Quid pro impedimento intelligatur. 99
Quid de habente perpetuum impedimentum. 99
Quid inepta lętitia ſit. 393
Quando Princeps posſit imponere talleas, & collectas, quando non. 450
Quid circumſtantia peccati, & quæ ſint eius ſpecies, quæ item de neceſſitate ſint confitendæ. 197
Quæ in die feſto liceāt procuratoribus, Doctoribusq. 485
Quid de eo qui beneficium curatum ante 25. annum accepit. 633
Quomodo clericus poſſit donarę bona eccleſiaſtica. 631
Qua caſu abſq. p̃ctõ poſſit quis miſſas duas celebrarę. 634
Quomodo impetrātes beneficia peccent. 629
Quid poſſint ſacerdotes in male ablatis. 237
Qui a ieiunio excuſentur. 389
Quomodo Monacho Regula ſit eſus carnium. 661
Quartum principale de examinatione conſcientiæ peccatoris, vel contritione eius, percunctabitur confeſſor. 171
Quæſtio, de his qui parum ſuam conſcientiam diſcutiunt. 172
Quomodo prelati Ord. Min. tenentur ſuum officium diligenter tractare. 643
Quocumq. modo non idoneus ad beneficia tenetur renuntiare, et quis dicitur idoneus. 633
Quid de eo qui beneficium precibus impetrauit. 627
Quomodo peccent clerici in multis. 620
Quomodo peccet, etiam non eccleſiaſticus non obediendo ſuo ſuperiori. 601

Quæ conceduntur clericis. 609
Quando, & quomodo fratres Prędicatores, & Minores poſſint ſine Epiſcopi licentia confeſſ. audire. 56
Quæſtio, de his, qui petita confeſſione obmuteſcunt, vel in hęreſim vertuntur. 84
Qũo poſſit diſpenſare bona eccleſiæ. 608
Quomodo incidit in irregularitate. 609
Quid religioſis poſſit in caſibus incertorum ſine prelatorum poteſtate diſpenſare. 73
Quomodo peccet Epiſc. conferendo beneficia. 602
Quomodo peccet circa viſitationem, & circa acceptationem donorum. 606
Quid de eo qui ſuſcepit ordines in excommunicatione. 615
Qui præter Papam poſſint ab hanc excommunicatione abſoluere. 88
Quis proprius ſacerdos dicatur mercatorum, ſcolarium, & ſimilium. 79
Quid de communitate, vel priuata perſona. 592
Quomodo Epiſc. in diuerſis pecc. 611
Qui hiſtriones, & qui dicantur mi. 577
Quid de eo qui ad horas conuenit principaliter propter diſtributiones principalis. 625
Quibus caſibus ſit præmittẽda reſtitutio abſolutioni. 210
Quomodo ſtatus perfectionis aggrauat peccatum. 668
Quomodo peccent religioſi mentiendo. 667
Quid ſi aſſiſſum ponatur ſuper uenialibus. 125
Quilibet ſacerdos an poſſit quemlibet ligare, & abſoluere. 39
Quis teneatur ex officio peccatis reſiſtere. 29
Quid de clericorum colonis. 126
Quomodo poſſunt cogi ad collectas clerici, & quando. 124
Quid circa voti diſpenſationem poſſint inferiores Epiſcopi. 148
Quid per Dei præcepta intelligatur. 22
Quæſtio de minori excommunicatione. 141
Qui omittit horas canonicas an peccet. 624
Quod & quibus gradibus ad peccatum perueniatur. 24

Quod ſi contemptus non adſit, licet ab irregularitate non excuſetur, remanet tamen habilis ad diſpenſationem. 4
Quid ſit, & quomodo fiat ſuggeſtio. 24
Quis & quando dicatur puer. 152
Quid poſſit ſummus pęnitentiarius circa vota. 147
Qui manifeſti vſurarij ſint. 134
Quomodo peccent Epiſcopi in ſuo officio. 600
Quomodo tenentur ſeruare paupertatem. 668
Quid faciat ad rationem voti ex Mairo. 156
Quomodo fratres prędicatores & Minores habere dicantur ampliorem poteſtatem quam curati. 58
Quærens domicilium in alia parochia 76
Qui per annum alibi habitauit. 76
Quæ ſit Vicarij Poteſtas ordinaria in pęnitentię foro. 48
Quomodo peccat Pontifex in diſpenſatione, ac in alijs, & in quibus caſibus posſit diſpenſare. 593
Quæſtio ſi clerici ad communitatis collecta teneantur. 120
Quomodo prohibetur accipere pedagia clericis. 115
Qui a proprio ſuo curato habet licentiam confitendi cui vult non licentiato ad confeſſ. ſacerdoti minime debet confiteri. 52
Qui poſſint noua imponere pedagia. 109
Quęſtio de Pedagijs eorum quę deferuntur in ciuitatem in proprium vſum. 111
Qui dicant contemnere ſacramentum euchariſtiæ. 583
Quomodo peccat in ſuo officio camparius. 584
Quomodo amplior ſit curatorũ poteſtas quam fratrũ 60
Quid de poteſtate fratrum locum in Diœceſi non habentium. 60
Quid pater, & tutor circa filiorum vota. 153
Quando fratres Pręd. & Minores habeant minus poteſtatis quam curati. 59
Quid de Capellanis, & reliqua Papæ familia. 43
Qui ex permiſſione prçeſt, vt ſubprior non habet poteſtatem eligẽdi ſibi confeſſ. abſq. priuilegio ſpeciali. 43
Quę dicantur incerta. 72
Quomodo Religioſus poſſit retinere aliquid. 671

Qui in diuerſis locis habitat, vel qui nauigat vel Peregrinat. 77
Qui cauſa iuſti belli deprędatur, non eſt excommunicatus. 112
Quatuor ſunt videnda circa queſtionem. 120
Quæſtio de ratihabitione Papæ. 85
Quinque caſibus mortaliter quis peccat, participando cū excommunicato. 141
Qui intelligantur excommunicati. 134
Quando peccat barbitonſor. 580
Quid de prelati inferioribus, 44
Qui interdicti. 134
Quomodo claues eccleſiæ diſtinguanr. 37
Qui in articulo mortis confeſſus eſt laico, ſi euaſerit mortem, eadem peccata ſacerdotem confitebitur. 83
Quid, vbi varie ſunt doctorum opiniones. 29
Quando petere ſit obtinere. 76
Quando diſpenſatio incertorum, ſit Epiſcopalis caſus. 68

R

RELIGIOSI pręſumentes abſoluere, &c. 99
Religioſus in mortis articulo miniſtrans S. Eucharistiam an ſubiaceat excommunicationi, varia eſt opinio. 85
Rati habitio non confirmat ſacramentum, quid eſt nullum. 85
Religioſus debet omnino vitare omnia ſcandala. 674
Religioſus tenetur regula obſeruare. 673
Religioſi profeſſi Ord. Min. an poſſint tranſire ad aliam religionem. 658
Religioſus non obediens Epiſcopo 665
Rex cui confitebitur, 46
Res hoſpitis in caupona ammiſſa. 571
Religioſus ord. Pręd. 664
Religioſus tenetur animarum curam dimittere nolente

Epiſcopo. 660
Reſtitutio acquiſitæ rei in alearum ludo. 380
Reſtitutio lucri ex mutuo. 543
Reficere viam ante domum ſuam quilibet tenetur. 126
Reuelator ſecretorum. 372
Emere bona eccleſiaſtica vel pia. 373
Regis franciæ priuilegium conferendi beneficia. 458
Ritus Iudæorum tollerandi, non autem Gentilium. 456
Religioſus abſoluens a ſententia etiam Papæ ab excommunicatione ſtatuti ſinodali, & per ignorantiam canonis peccat quidem, ſed non eſt excommunicatus. 101
Regulę confeſſ. in voti commutatione. 159
Ritus in uiſitando. 612
Res in torneamento acquiſita pauperibus erogetur. 382
Religioſorum pęnitentia bona eſt obſeruantia regulæ ſuarumque conſtitutionum. 234
Reſtitutio famæ qualiter fiat. 424
Retrahentes a religione profeſſos. 360
Res tempore feſtiuo acquiſita negotio, vel opere mecanico. 383
Recuperator proprium bonorum. 378
Redimuntur votiua ieiunia, & pęnitentialia, non ab eccleſia præcepta. 392
Reſtitutio ad quam tenetur, qui occidit, vel mutilauit. 314
Rerum ſacrarum piarumue affractor. 351
Res conſumptibilis ſublata tempore magnæ neceſſitatis, non eſt reſtituenda pingui ſubſequuta fortuna. 341
Res per cõtrabãnũ portatę poſſũt auferri a publicanis. 357
Ratio cur ſacerdos circa abſolutionem debeat eſſe prouidus. 205
Rapiens pirata. 349
Ratio peccati in huiuſmodi ſcandalo. 27
Retrahentes filios a religione. 306
Ruſtici quid ſcire debeant in ſpiritualibus. 582
Reiteranda eſt confeſſio, quam ſcienter facta eſt ignaro ſacerdoti. 32
Reuelator confeſſionis. 74

S

SI res turpitudinem continet. 162
Si res principaliter ē ad cōmodū hominis. 162
Si res cōcernit honorē Dei, vel continētiā. 162
Si ex ſeruitute eccleſiæ, vel loci pij. 162
Si ſit iuramentū vniuerſitatis. 161
Si ſit res principaliter pertinens ad Papam. 161
Si filius negligat educere patrem de carceribus, poteſt exheredari, & parentis furioſi non habet curam. 301
Secundum principale quod eſt interrogationis de conditione, & ſtatus perſonarum. 168
Semper tenentur peccator habitu habere contritionem peccati, actu vero non ſemper ſed ad tempus. 189
Specialis contritio de quolibet peccato requiritur, & maior de vno actualiter, quam de alio. 190
Sumptus honeſte facti. 541
Simonia. 165
Si res principaliter reſpicit honorem. 162
Simonia quo ad clericos. 626
Si excommunicatio ſit a iudice, & iniuſta, poteſt inuitus abſolui. Secus ſi iuſta ſit niſi &c. 209
Si a iure ſit excōicatio ab ea nequit abſolui quis inuit' 210
Societas. 513
Societas mercantię. 513
Solicitudo ſalutis filiorum ac ſubditorum. 305
Scandalum filiorum. 305
Sacrilegus reputatur, & homicida, qui parentum legata non perſoluit. 304
Sine ſcriptis cenſurarū ſententiam ferre, eſt mortale. 476
Seruanda eſt caſtitas mente, & corporis. 674
Si non habet copiam prȩlati ſuccedit ad hoc priuilegiū. 57
Si tutus ſit apud Deum ille cum quo Papa diſpenſauit in voto vel iuramento &c. 160
Scandali actiui declaratio. 27
Studium generale, vt Bononienſe. 111
Sacerdos in eccleſia participans excommunicato eſt inter

dictus ab eccleſiæ ingreſſu ſecus ſi extra eccleſiam. 97
Suſpenſus a diuinis diuina exercendo fit irregularis. 98
Sumens ſacramenta a temerarie miniſtrante. 101
Secus eſt de Cardinalium familia. 43
Simoniacis abſolutio non conceditur, niſi expreſſa de ea fiat mentio in bulla. 113
Sine populi electione, & inſtitutione Epiſc. non poteſt ſacerdos curam animarum exercere. 54
Si Parochus ſit indiſcretus vel ignorans. 76
Sacramentaliter abſoluens ſicut qui cętera ſacramenta miniſtrat niſi ſaltem ſit ipſe contritus, mortaliter peccat præterquam in caſu neceſſitatis. 3
Si poteſtatem in foro conſcientiæ habeant prædicatores, & Minores circa caſus Epiſcopi reſeruatos. 62
Si poteſt pęnitētiarius componere pro minori quod quis debeat, ſuper incertorum reſtitutione. 69
Superiores ſuſpenduntur vniuerſitates interdicuntur. 130
Semiplenus conſenſus. 25
Scandalum paſſiuum. 28
Scandalum actiuum, aliquando eſt circūſtantia peccati. 28
Secunda Clauis poteſtas. 37
Sutorum furta. 575
Simoniaci mentalis. 103
Studia vota ſeruanda non ſunt. 288
Si plura peccata venialia nequeunt fieri vnum mortale, tamen ad illud diſponunt. 260
Solita nocere animalia qui tenet mortaliter peccat, ſi grauiter nocet. 318
Superbiæ diffinitio, ex D. Auguſtino. 399
Simplicis ſacerdotis poteſtas in mutādas pęnitentias. 236
Status atq. officij ſignificatus ex diui Thomæ. 442
Sumptus nuptiarum. 533
Secretum reuelare. 284
Sepultura & exequiæ mortuorum. 635
Solutio decimarum. 352
Sophiſticum iuſiurandum. 283

T

TACITA profeſſio. 655
Tiranni vſura in officijs conferendis. 446
Tres famoſæ opiniones probatisſimorum doctorum circa ſatisfactionem in peccato mortale. 230
Triplex bonum quod poteſt ferri. 338
Tyrannus. 443
Tertium principale quod .ſ. interroget ſi pęnitens ſit excommunicatus. 170
Tempus in quo non eſt confeſſus peccator debet interrogare confeſſor. 192
Tribus caſibus poteſt confeſſor alterius quã confitentis peccata a confitente auſcultare. 173
Tardantes auxilium inquiſitorum. 116
Tenetur ad reſtitutionem pedagij qui non ſaluant merces & perſonas. 357
Temerarie quomodo intelligantur. 137
Triplex gradus conſenſus, in peccatum. 25
Tenetur clericus eccleſiæ ſuæ deſeruire. 631
Timor cadens in conſtantem virum. 313
Tria,quæ de ſigillo confesſionis ſunt tractanda. 240
Triplex cognatio ſpiritualis. 331
Triplex iurandi modus. 281
Tutores cur dantur. 588

V

VOTVM virginitatis. 289
Votum Religionis. 289
Vota impuberum. 290
Vouentis intentio. 290
Voti conditio. 190
Vir diſſipator parafrenalium vxoris. 307

Vna trium perſonarum Deitas. 277
Vſurarius etiam damna quæ incurrit quis propter vſuræ ſolutionem reſtituet. 549
Vnigeniti filij Dei per intellectum generatio. 276
Vicarius poteſt omnia quæ etiã ſpeciale mandatum requirunt, cum in eius mandato expreſſum eſt, & omnia poſſis, &c. 48
Vectigal, vel gabella. 115
Vbi incipiat feſtum, atq. vbi terminatur. 297
Vxor non habens parafrenalia. 291
Verbum præſumpſerit, quid notet. 100
Votum ante matrimonium per maritum irritum factum, poſt viri mortem, vxor implere tenetur. 154
Viri ſancti dæmonibus imperantur ſine peccato. 269
Vxorum percuſſores. 307
Violenta ſuſpitio quæ ſit. 308
Videant magiſtri, quid ſibi cauendum fuerit. 485
Vagabundi, mercenarij, mercatores, ſtipendiarij. 78
Votum temporale in perpetuam religionis obſeruantiam, ex iure poteſt commutari. 157
Vtilis doctrina parochis pro ſuo officio exercendo ac q̃ ſo peccent omittẽdo ea quæ ſuo oneri neceſſaria ſunt. 637
Viuente patre, quæſita ab altero filiorum. 535
Vſurarius quæſtus patris poſt illius mortem. 535
Verba iuris ligant mortaliter cum de morte peccato, vel excommunicatione poſita ſiue cõminata fit mentio, vel etiam de reatu æternæ maledictionis, aut ſi præceptiua, vel prohibentia ſint, canonis verba, in materia neceſſaria: imperatiua non ſemper. 15
Vxor ad viri præceptum, votiuum poteſt frãgere ieiuniũ, non autem eccleſiaſticum. 393
Verba præceptiua canonum quando ligent, quando non. 16
Vſurpator eccleſiaſticarum rerum. 351
Vide quid fiet cum non poteſt haberi copia confeſſ. præterquam proprij ſacerdotis. 76
Vbi ſcandalum timetur non licet ad ſua damna reſarcienda, aliquid ſubripere debitori. 340

FF

Vſura ratione emptionis. 533
Verba imperatiua in canone quomodo obligent. 17
Votorum diſpenſatio,& iuramentorum atq. incertorũ.49
Votum vltra marinum. 151
Votum S. Iacobi,& ad limina Petri, & Pauli. 146
Votum filij. 152
Votum Religionis. 145
Votum Hieroſolimitanum. 146
Votum continentiæ, & crucis. 146
Vbi,vel quibus reſtituenda ſint incerta. 72
Vbi imminet neceſsitas, velut pontis, requiſiti tenentur clerici pro portione contingenti. 123
Verbum tenetur,quomodo obligent. 17
Venialia confiteri, prodeſt ad vitæ perfectionem, non tamen religioſus tenetur illud facere. 261

FINIS.

PROLOGVS

TIBI dabo claues regni cęlorum. & quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum,& in cęlis. Matthęi 16. Magna quidem,& admirabilis eſt ſacerdotis poteſtas. Cuius ſacrum miſterium tante vis eſt;vt ex animis hominũ mortem fuget, peccata diſſoluat, tenebras depellat, & mutatione mirifica, (vt ſic dixerim) terram cõmutet in cęlum: dum in ipſas animas quas ex Sathanæ ſaucibus potenter eripit, diuinã reformat imaginem, ſi ex hominibus angelos,deiq; filios eſſe conſtituit. Quippe & ſi Chriſtus ſuæ gratiæ infuſione peccata hominum deleat effectiuè; miniſterialiter attamen (vt cęlorum regnũ hominibus pateat) Chriſto ſacerdos cooperatur: ſi modo diligenter & accuratè curam gerit animarũ. Cui nempe & Chriſtus ipſe hanc tribuit poteſtatem,cum Apoſtolo Petro pręſcripta loquitur verba. Tibi dabo claues: & ea quæ ſequuntur. Verum enimuerò oportet ſacerdotem ſeptem virtutibus, totidem veluti margaritis inſignitum, atq; circumſceptũ eſſe: vt ſuæ aliorumq; hominum benè atq; rectè conſulat ſaluti. Primò videlicet,quòd ſit bonitate cõſpicuus. Secũdò,quòd ſit ſcien

tia idoneus. Tertiò, quod ſit poteſtate præditus. Quartò, quod ſit in interrogādo cautus. Quintò, quod ſit in abſoluendo prouidus. Sextò, quod ſit in pęnitentijs dandis circumſpectus. Septimò, quod ſit in auditorum celatione ſecretus.

TITVLVS I.

De Bonitate confeſſoris, vbi quæritur.

1. Si confeſſor in mortali coſtitutus, ſacramentaliter abſoluendo, mortaliter peccet.
2. Si excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, ſacramentaliter abſoluendo fiat irregularis.
3. Quomodo fiat irregularis, qui ſuſpenſos, ſacramenta adminiſtrat.
4. Si ab excommunicato vel ſuſpenſo, quis poſsit abſolui: Et ſi peccat quis ſuſpenſum confeſſorem in ſacramentis non euitando.
5. Quę & quotuplex eſſe debeat confeſſoris bonitas: Potens, & ſciens bonum ſibi confeſſorem eligere, non eligendo, peccet.

Caput

Caput Primum.

BONITATE *conſpicuum eſſe oportet, qui aliorum vulnera curaturus accedit vt Aurelius Aug. lib. de pęnitentia ſcribit, & tranſumptiuè ponitur, de pęn. diſt. 6. Qui vult. vbi dicitur. Sacerdos cui omnis offertur peccator, in nullo eorum ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt promptus: Iudicans enim qui eſt iudicandus, cõdemnat ſeipſum.*

Confeſſor cur bon⁹ eſſe debeat.

Quæritur ergo ſi confeſſor in mortali conſtitutus, alium in foro pęnitentiæ abſoluendo, peccet mortaliter. Reſpon. ſecundũ. Franc. de May. in 4. di. 17. Officium adminiſtrationis clauium, eſt officium mediatoris, & reconciliatoris. Et illa auctoritas eſt iudiciariæ poteſtatis; Sed nullus eſt bonus mediator qui eſt inimicus: nec aliquis eſt bonus iudex in ea cauſa, in qua eſt reus; igitur ad debitum vſum clauiũ, oportet ſacerdotem mundum, & ſanctum eſſe: Alioquin licet ſit miniſter, non tamen idoneus, ſed indignus: propter quod in mortali exiſtens peccato, pęnitentiæ, vel aliud ſacramentum ad miniſtrando, peccat mortaliter: niſi in caſu neceſſitatis, baptiſmi ſa-

Sacramẽtaliter abſoluẽs ſicut qui cætera ſacramenta miniſtrat, niſi ſaltem ſit ipſe contritus, mortaliler peccat; præterquam in caſu neceſſitatis.

cramentum adminiſtraret, cum puer ſit in periculo mortis; nec alius ſit qui eum valeat baptizare. Hæc Franciſcus. Si tamen ſacerdos de peccato contritus abſoluat alium, mortaliter non peccat; ſecundum Do. Bon. in 4. diſt. 19. in expoſitione litteræ. q. 2. vbi ait. Dico, ꝙ ſacerdos quando abſoluit pęnitentem tenetur de culpa ſua pęnitere; alioquin indignè ſacramentum adminiſtrat: & ideo peccat grauiter; quia in quo alterum iudicat, ſeipſum condemnat.

Caput Secundum.

Nequaquam ſit irregularis cū ſacramenta miniſtrat, qui ꝓbabiliter ſe excommunicatum, ſuſpēſum, vel interdictū neſcit; ſed qui vel nouit, vel craſſe ignorat. Quòd ſi contemptus nō adſit, licet ab irregularitate nō excuſetur, remanet tamē habilis ad diſpenſationem.

NVNQVID ſacerdos excõmunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, abſoluendo in foro conſcientiæ, fiet irregularis? Reſpon. de hoc duæ ſunt opiniones, vt ponit Richar. in 4. diſtinct. 18. articu. 2. quæſtione. 5.

Prima eſt, ꝙ talis non incurrit irregularitatem, quia non eſt iure expreſſum, vnde quis non ſit irregularis, niſi in caſibus a iure expreſſis ca. Is cui. de. ſen. excõi. lib. 6.

Secunda quæ verior, & communior eſt, tenet, ꝙ talis ſit irregularis: ſed cum diſtinctione; quia aut ſacramenta in contemptū clauium adminiſtrat, ſciens ſe excommunicatum, interdictū vel ſuſpenſum: Vel ignorans ignorantia craſſa, & ſupina; quia cū

de ſua excõmunicatione, vel ſuſpenſione de facili potuiſſet certificari, non curauit. Et tunc exercens officium alicui ordini deputatum: vt abſoluere in foro conſcientiæ; quod ad ordinem ſacerdotalem ſpectat, fit irregularis: vt dicit d. Abb. Siculus in cap. fi. de exceſ. præla. ſecundum Inno. & alios doc. Quod & tenet Hoſti. Spe. Io. An & Do. Dom. de S. Gem. qui prædictos allegat in ca. 1. de ſen. excom. in 6. Et Do. Marian. de Senis in repertorio. c. ad audientiam de homi. Aut talis ſacerdos ſacramẽta adminiſtrat, probabiliter ignorans, ſe excommunicatum vel ſuſpenſum, & ſecundum præfatos doctores non ſit irregularis; & habetur in c. Apoſtolicæ. de Cler. excõm. miniſt. Addit Dominicus in eo. c. 1. licet ignorãtia craſſa, & erronea in prędicto caſu nõ excuſet ab irregularitate, talem tamen reddit habilem, ad diſpenſationem obtinendam à delegato de latere: quia claues eccleſiæ non contempſit; ſicut no. ſuper. i. glo. d. c. apoſtolicæ. Not.

Caput Tertium.

SED quomodo intelligi debet, ꝙ ſuſpenſus fiat irregularis celebrando: vel ſacramenta miniſtrando, aut actum alicui ordini deputatnm exercendo? Dic ſecundum d. Abb. c. ſi celebrat de cler. ex. miniſt. Et. D. Non qui tam tũ à Deo: ſed qui à Deo, à Canone, ab homine, maiori dumtaxat ſuſpenſione, etiam

propter inſamiã vel ſcandalum, ſuſpenſus eſt, ſacramenta miniſtrando ſit irregularis.

Marian.in ca. Ad audientiam de homi. Aut quis ſuſpenſus eſt a Deo tantum, propter peccatum ſuum; Aut à Deo, & à canone; Aut à Deo, & ab homine, ſeu iudice eccleſiaſtico.

Multiplex ſuſpenſionis modus.

Primo caſu ſecundum omnes ſic ſuſpenſus miniſtrando ſacramenta, vel celebrando, non ſit irregularis; quia iure non cauetur. ca. Is cui. de ſen. excõm. in. 6.

Secundo caſu, & tertio: Aut eſt ſuſpenſus minori ſuſpenſione, quæ priuat à participatione ſacramentorum tantum: vt cum contrahitur minor excommunicatio ex participatione cum excommunicato, vel ſi iudex quem excommunicet, minori excommunicatione. c. Engeltrudam 3. q. 4. licet illa non ſit in vſu. Et talis etiam ſacerdos ſic ſuſpenſus ex ſacramentorũ adminiſtratione, vel celebratione non ſit irregularis; dicto. ca. Si celebrat. Aut eſt ſuſpenſus maiori ſuſpenſione à canone, vel ab homine, ſcilicet a diuinis, vel ab officio, propter delictũ ſuum, & ſic ſit irregularis celebrando, vel ſacramenta adminiſtrando: vt eſt caſus in c. 1. de ſenten. ex. & in c. Cum ęterni. de ſen. & re. iudi. li 6. Vbi etiam Io. And. Et eſt communis opinio & vera. Et hoc tenendũ eſt, ſiue ſuſpenſio ſit ſimplex: ſiue ad certum tempus, vel donec ſuſpenſus ſatisfaciat, vel pęniteat, ſecundum Inno. & Io. An. in c.

Cum

Cũ Bonç. in c. Suſpenſionis. de Aeta. et quali.

Suſpenſus vero propter infamiam, & ſcandalum: vt quia eſt notorius fornicator ſit etiã irregularis ſecũdum Hoſt. Io. And. Io. calde. Vinc. & d. Anto. in c. Sicut de Co ba. cler. & mu. per c. Præter hæc. diſt. 32.

Suſpenſus vero, quia illegitimus eſt: vel quia patitur defectum in corpore, propter quem promoueri prohibetur, diuina miniſtrando, non ſit irregularis, ſecundum Io. And. & d. Marian. vbi ſupra, vt probatur ex ſtilo Curię: quia, quando cum talibus diſpenſat, non facit mentionem de irregularitate, vt de Fil. presby. c. veniens, & c. peruenit.

Illegitimus uel corpore defectuoſus ſacramenta miniſtrando non ſit irregularis.

Caput Quartum.

CONSEQVENTER quæritur ſi parochianus abſolutus a ſuo ſacerdote excommunicato vel ſuſpenſo maiori ſuſpenſione, ſit verè abſolutus: Aut ipſe confitens ſcienter tali ſacerdoti, mortaliter peccet.

Ad quod dicendum, & primo quo ad primum, quia aut dictus ſacerdos eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus à iudice; Aut prædictas cenſuras vel aliquam prædictarum notoriè incidit: puta clericum verberando, vel ſymoniam in ordine, vel beneficio committendo, vel concubinam publicè

Maior excõmunicatio vel ſuſpenſio lata per iudicem, vel quam ſacerdos notoriè inciderit, prohibet, ne per eum impenſa abſolutio teneat; peccatq; mortaliter, qui eũ i ſacris ſciẽter non euitat. Secus cũ apud ſe tenen-

tenendo, & huiuſmodi: ita ꝙ id nulla poteſt tergiuerſatione celari: Aut incidit, ſed non notoriè. Primo & ſecundo caſu abſolutio non tenet, cum dictus ſacerdos ſuſpenſus ſit quo ad ſe, & quo ad alios 11. q. 2. Cum excommunicato. & §. Euidenter. di. 32. Nullus. de Cohabi. cle. & mu. veſtra. Et patet ſatis in. §. præcedenti. Nec in prædictis caſibus aliquid ſuffragatur Extrauagans ad vitandum ſcandala, edita in Concilio Baſilienſi. In tertio caſu valet, vt in prædicta Extrauaganti patet.

Et nō autem notoriè incideri, vel ſuſpenſus ſit.

Quo ad ſecundum principale dico, ꝙ confitens tali ſacerdoti, in primis duobus caſibus mortaliter peccauit, cum debuerit talem in ſacris euitare, vt in prealleGatis c. Excommunicato. Nullus & c. Veſtra.

In tertio caſu non peccat; quia hoc iuris conceſſionē facit vt in prefata extrauaganti patet: Nec eſt contra, quia Papa non poteſt diſpenſare in doctrina Apoſtolorum, cum hæc pertineant ad ius diuinum. 25. q. 1. Sunt quidam. Sed non communicare cum excommunicatis maximè in ſacramētis eſt de doctrina Apoſtolorum. 11. q. 3. Sicut apoſtoli. Et primæ ad Cor. quinto. Ad quod dicendū: Quia non omnia quæ in epiſtolis Apoſtolorum continentur, pertinent ad ius diuinum; prout propriè ſumitur ius diuinum ſecundum Thom. in 4. pro hijs quę per-

Ex apoſtolorū epiſtolis, quæ ad diuinū ius perti-

pertinent ad fidem & ſubſtãtiam ſacramentorum, & moralia ad ſalutem neceſſaria: in quibus Papa diſpenſare non poteſt: vt in prædicto. ca. Sunt quidam. In Epiſtolis autem apoſtolorum plura ſunt, quæ pertinent ad ritus, & doctrinam Chriſtianæ religionis, quæ ſunt puræ ordinationes Apoſtolorum, & non Dei vel iuris diuini: in quibus proculdubio Eccleſia ſeu Papa poteſt diſpenſare, præſertim ad tollendum ſcandala, quę multum euitari debent. l. di. vt conſtitueretur; ad quod emanauit præfata extrauagans: vt in eadem patet. neant; quæ non.

Caput Quintum.

SACERDOTIS *bonitatem duplicem eſſe oportet. Extrinſecam per morum honeſtatem; vt in c. Graue de præben. Et intrinſecam per ſanctitatis pietatiſq; affectionem ad illos, qui ſibi in foro ſpirituali offeruntur, diligentiſſime ſine ſui contaminatione mundandos: de quo Aug. & habetur de pęn. diſt. 6. c. 1. vbi dicitur; ſpiritualis iudex diligens ſit inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator, ſapienter, & quaſi aſtute interroget a peccatore, quod forte ignorat, vel verecundia velit occultare; confitentem adiuuet leniendo, conſulendo; & ſpem promittendo; Caueat ne corruat. Auguſt.* In confeſſore, non ſolũ honeſta q̃dã morũ extrinſeca bonitas, ſed & intrinſeca, pia & affectuoſa requiritur.

QVI

Potens & ſciens eligere ſibi confeſſorem vita & ſcientia bonum, nec cōſultò eligit, grauiter peccat.

Qvi poteſt eligere confeſſorem vita ac ſcientia bonum, nunquid ſcienter malum eligendo, grauiter peccet. Reſp. videtur quod ſic, in eo qui eſt in ſua libertate eligendi bonum, & eligit malum, per illa verba Auguſt. quæ ponuntur à Magiſtro ſententiarum in 4. diſtinct. 17. Et de pen. diſt. 1. quē penitet: Vbi dicitur. Qui confitetur, ſacerdoti meliori quàm poteſt confiteatur: ſecundum dom. Bon. in 4. diſt. 17. ſuper litteram. quæſtion. 2.

TITVLVS II.

De Scientia quam ſacerdos confeſſiones audiens habere tenetur, in quo hæc principaliter quæruntur.

1. De Clauibus ſcientiæ.
2. Quæ quantaq; ſcientia ſit confeſſori neceſſaria.
3. Quid ſcire teneantur, qui preſertim confeſsionibus audiendis ſponte ſeſe ingerunt.
4. Quomodo quid preceptū ſit, quidq; prohibitum, quid in genere quid in ſpe

ſpecie peccatum ſit, confeſſor tenetur ſcire.

5. Quando ad mortale peccatum obligent, legum vel canonum verba; Et num ſimul Clericos Laicoſq; ſemper liget Canon.

6. Quomodo noſcatur mortale peccatũ nouem regulis declaratur.

Caput Primum.

SACERDOTEM, *animarũ curam gerentem, vt ſcientia idoneus ſit, oportet; iuxta illud Aug. lib. de pęn. & tranſumptiue de pęn. diſt. 6. cap. 1. vbi dicitur. Caueat ſpiritualis iudex, vt ſicut non commiſit crimen nequitię, ita non careat munere ſcientię; oportet enim ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare.*

Clauis ſcientiæ, quæ eſt in ſacerdote curam animarum habente, diuerſimode à diuerſis accipitur: Nam quidam dicunt, ꝙ eſt habitus ſciẽtiæ, vel ſciendi: Aliqui (quod eſt verius ſecundum Richar. in 4. diſt. 18. ar. 1. q. 3.) dicunt, ꝙ eſt quædam poteſtas diſcernendi in cauſæ examinatione, ordina-

Clauis ſcientię prima diffinitio.

Clauis ſcientiæ, ſecũda & verior diffinitio.

ta

ta ad poteſtatem diffiniendi, in cauſæ determinatione, in foro pęnitentiali. Quod etiã ſic probat Scotellus in ca di. dicens. Sicut poteſtas iudicandi non eſt iuſtitia, immo poteſt eſſe ſine iuſtitia: ita poteſtas cognoſcendi, nõ eſt ſciẽtia; immo poteſt eſſe ſine ſcientia: ſicut de facto in multis ſacerdotibus eſt: ideoq; de ea in ſeq. c. congruentius ſubijcietur, agendo de poteſtate ſacerdotis.

Caput Secundum.

Qua neceſſario requiritẽ ſciencia in confeſſore; vt in communib⁹ peccatis ſciat diſcernere; qd mortale, qd veniale, quæ pctõrum ſint genera, quæ ſpecies, & q̃ ſua ipſius poteſtas ſit, & quis poteſtatis termin⁹.

QVAERITVR *quam ſcientiã ſacerdos qui confeßiones audit habere teneatur. Dicendum ſecundum do. Bon. in 4. diſt. 17. ſuper litteram. q. 3. Siue ſcientia ſit clauis, ſiue non: tanta ſcientia eſt neceſſaria ſacerdoti, ꝙ ſciat diſcernere in peccatis communibus; & quid veniale, & quid mortale: & ad quæ ſua poteſtas ſe extendit, & ſi ad aliquod genus peccati nõ poteſt extendere manum; alioquin in periculum animę ſuæ, & confitentium audit confeßiones. Et ſi ſubditi cognoſcunt ſuam ſimplicitatem: tenentur diſcretos conſulere; alioquin vtriq; grauiter peccant. Quod autem ſciat perplexitates peccatorum hoc eſt de bene eſſę: ſed in talibus debet ſecuriorem viam eligere, & ſapientes cõſulere. Hæc Bon. cõcordat Albertus in 4. in eadem di. dicens, ꝙ ſi confeſſor*

Ignorãtium cõfeſſorum periculũ, & cõfitentium damnum.

Cognoſcentes ſuorũ cõfeſſorũ igno

ſor neſcit quæ ſint peccata capitalia,& quę ſunt mortalia in communi, & quæ venialia ex genere,de quibus in.§. criminis. diſt. 25.peccat mortaliter confeſſiones audiendo. Et plus etiam peccat eum inſtituens, & inſtitutum miniſtrare permittens; ſi ſua intereſt talem prohibere.

rantiam, ni doctos cōſulant, grauiter peccant

Inſtituente confeſſores ignaros, vel inſtitutos p mittentes, pluſq̃ mortaliter peccāt.

Caput Tertium.

VTRVM confeſſor ſcire teneatur cenſuras excommunicationum, quarum abſolutio ad dominum Papam vel epiſcopos ſpectat; & qui ſint liciti vel illiciti contractus: talliæ, exactiones principum: bella iuſta, ſiue iniuſta, & huiuſmodi: Reſp. Si cōfeſſor ſe ingerit ad audiendum confeſſiones eorum qui in talibus verſantur: aut obuoluti ſunt: proculdubio tenetur ſcire inter talia diſcernere,ad hoc vt ſciat,vtrum pęnitens ſit excommunicatus vel non; aut tale quid iuſte agere poſſit, vel non poſſit. Et ſi eum debeat, vel non debeat à communione prohibere; vt dicit Duran. lib.1. ti. de Confeſſoribus. q. 2. Et Alex.de ales in 2. parte, tractatu de ignorantia, etiam dicit: Confeſſores, & curam animarum habentes, ſcire tenentur iura Canonica, quæ tractant de ſacramentis, excommunicationibus, reſtitutionibus, furto, homicidio, & hu-

Qui non ex obedientia, ſed ſua ſe ſpōte ad cōfeſſionū audientiam ingerit omnia ſcire tenet, de quib⁹ habet confitentem iudicare; & cū ius canonicū de his præſertim tractet quæ ſub hoc iudicio cōmuniter cadunt; illud quoq; debet neceſſario non ignorare.

huiuſmodi. Quod etiam aperte ex verbis d. Bon. in præcedent. §. elici poteſt, a verbis Aug. dicentis. Oportet enim vt ſciat cognoſcere quicquid debeat iudicare; præſertim autem tenetur ad iſta confeſſor qui non obedientia, ſed propria impulſus volun tate, ſe ad confeſſiones ingerit audiendas: cum ſponte ſe offerens teneatur ad omnem extractam diligentiam ex leuiſſima culpa. ſibi etiam imputatur ar. l. 1. ff. depoſiti. & extra. eo. c. fi.

Caput Quartum.

Quæ præcepta ſint, & q̃ prohibita, quæ peccata capitalia, quæ eorum ſpecies q̃ venialiaq́ mortalia, quæ ex ſui actus ſubſtãtia defor mitatẽ hñt ſcire confeſſor debet. De his autem quorum variæ ſunt doctorũ ſen tentiæ Eps cõſulẽdus videtur.

QVOMODO *intelligi debet, ꝙ confeſſor ſciat capitalia peccata, & communia mortalia. Dicendum ſecundum Henricũ in quolib. Aliqua ſunt peccata, quoniã præcepta, vel prohibita ſunt a iure poſitiuo, ſicut non manducare carnes in Sabbato, & ſexta feria; communicare, & confiteri ſemel in anno; miſſam audire feſto die, & huiuſmodi: ad quæ ſciendum confeſſor quicunq; ten.tur. Alia ſunt prohibita, quia de ſe mala ſunt etiam ſi non prohiberentur; & horum aliqua ſunt capitalia; & quaſi elementa & principia peccatorum: vt Superbia, Luxuria, Gula, & huiuſmodi. Quædam ſunt peccata, quæ ſunt ſpecies horum capitalium: vt illa quæ recipiunt horum prædica-*

ca-

cationem ſicut fornicatio, ebrietas, & hũiuſmodi; fornicatio enim eſt quædam Luxuria; & ebrietas eſt quædam Gula; hæc peccatorũ genera ſcire tenetur confeſſor, vtrũ ſint mortalia, vel non. Quędã vero ſunt quę de ſubſtãtia ſui actus nõ habent deformitatem, ſed ex libidine facientis; ſicut cognoſcere vxorem propriam non eſt peccatum de ſe ſed tamen tanta libidine cognoſcere poteſt, ꝙ erit mortale: vt ſi cognoſceret etiam ſi non eſſet vxor ſua: Et de talibus non oportet vt confeſſor ſciat diſcernere, vtrum ſint mortalia, vel venialia: ſicut nec illa de quibus ſæpenumero contrariæ ſunt opiniones doctorũ vtrũ peccata ſint, vel non, vt eſt in multis caſibus diuerſorum contractuũ: quæ tamen epiſcopos, & ſuperiores prælatos qui habent alios purgare, perficere, & illuminare, & ſcire tenentur nouum vetus teſtamẽtũ, ignorare nõ licet. Hæc. Hẽricus.

Epiſcoporũ munus eſt ſubditos illuminare, docere, pficere.

Caput Quintum.

CONFESSOR *cũ ſcire teneatur præcepta iuris poſitiui ſicut in præcedenti. §. dicitur ſecundum Henricum: quæritur quãdo verba Canonis aut legis ligẽt ad mortale. Reſp. Quando in iure fit mentio de morte vel peccato mortali, aut de excõmunicatione: vt dicit glo. in cap. 2. de ma. & obed. Siue enim*

Verba iuris ligant mortaliter, cum de morte peccato, vel excõmunicatione poſita ſiue comminata, fit mẽtio: vel etiã

canon

Ereatu ęternę maledictionis, aut ſi præceptiua, vel prohibentia ſint canonis verba, in materia neceſſaria; Imperatiua nō ſemper.

canon imponat excōmunicationem: ſiue eā comminetur contra faciens mortaliter peccat: quia niſi mortali, quiſquam excommunicandus eſt. 11. q. 3. Nullus. Et c. nemo epiſcoporum. Et peccatum mortale neceſſario præambulum eſt ipſi excommunicationi. de off. dele. præterea. Item quando Canon vult aliquid fieri per obedientiam. 11. q. 3. qui reſiſtit. Et Thom. 2. ſecundę. q. 104. Vel ſi Canon dicit, contrafaciens reum ſe cognoſcat, in extremo examine: vel decreuimus fieri ſub interminatione diuini iudicij, vel maledictionis æternæ: aut ſimilia dicantur verba: vt in c. vno. de ſta. regu. l. 6. Similiter obligat ad mortale ſi verba ſunt præceptiua: vt mando, iubeo, præcipio, quia, quod præcipiam neceſſe eſt fieri: Et ſi non fiat, peccatum habet; vt dicit tex. c. Quod præcipitur. 14. q. 1. Et 11. q. 3. Qui reſiſtit.

Verba præceptiua canonum quādo ligent, quando nō.

Si tamen vbi talia verba ponūtur in canone materia non ſit neceſſitatiua, exponuntur, pro rogo, nec obligauit ad mortale: ſicut è conuerſo, Verbum rogo, exponitur. i. præcipio, quando materia eſt neceſſitatiua, vt dicit glo. diſt. 1. c. 1. & allegat 11. q. 3. c. Rogo. quia verba deſeruiunt intentioni: & intelligentia verborum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus: de verborū ſigni. Intelligentia.

Ex cauſis dicendorū aſſumenda eſt intelligētia verborum.

Ver

Verbum quoq; prohibemus, ſicut & verbum iubemus, obligat ad mortale, ſecundũ Archid. 56. diſtinct. in ſumma. Et Abb. Siculus, in c. Nam concupiſcentiam. de conſtit.

Verba autem imperatiui modi non important de ſe præceptum, niſi genus materiæ id requirat: vt Clemẽ. Exiui. §. Itẽ, quia de verborum ſignificatione ſecundum Abba. in eo. ca. Nam concupiſcentiam. Exemplum de verbo illo euangelico. Si quis percuſſerit te in vna maxilla præbe ei, & alteram: præbe, hic eſt conſilij, non præcepti. Ad quod tex. 24. quæſtione. 1. Paratus. E contrario eſt illud Pſal. Vouete, & reddite: quia præceptum eſt iuſtitię reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. l. iuſtitia in principio. & §. iuris præcepta. ff. de iuſtitia, & iure. Verba imperatiua in canone, quomodo oblegent.

Verbum quoq;, tenetur, eſt præcepti, & neceßitatis, vbi materia eſt neceßitatiua, vel ſit conſuetudo, vt equipolleat precepto: dicta clementina, exiui. §. vt autem. Verbum, tenetur, quomodo obligent.

Quod etiam dicendum eſt de verbo, debeat, ſecundum glo. in cle. Attendentes. in verbo debeatur, de ſtatu. regu. glo. in c. propoſuit, de appel. Verbum, ſtatuimus, decernimus, ordinamus, ſancimus, innouamus, & ſimilia, contrauenientem non obligat ad mortale, ſecundum Abba. in eodem. c. Nam concupiſcentiam, & Thom.

vt eum Abb. allegat in c. c.

Non ſemper ligant prę-cepta legis laicos ſimul & clericos.

Vtrum præcepta legum equè ligent clericos, vt laicos. Reſp. ſecundum Io. de imola.c.ſi quis,de maiori. & obedient. quòd non: laicus enim veniens contra legem imperialem iuſtè præcipientem, aut canonem eccleſiæ aut conſtitutionem ſynodalem, peccat mortaliter. Sed clericus cum ſit exemptus iure diuino a conſtitutionibus laicorum, diſtinct. 10. Imperium. Et ca. ſuſcipitis, non peccat veniens contra leges Imperatoris: ſecus ſi contra canones; vt vult gloſ. in hoc. c.ſi.quis. Quod eſt verũ ſi natura ſubiectę materiæ obligat ad mortale: argum. l. Si vno. in principio. ff. loca.

Caput Sextum.

Nouem regulæ quibus confeſſor cognoſcere poteſt peccatum mortale.

1. Regula.

PONERE *vltimum finem in creatura, eſt mortale peccatum: Bon. in 3. diſt. 29. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 55.*

Primæ hui9 regulæ declaratio, Qũo. ſ. quis dicatur ponere ultimũ finẽ in creatura.

Vltimus finis ponitur in creatura, quando quis nec actu nec habitu ordinat eam: aut eius dilectionem, ac & ſeipſum in Deũ, immo propter creaturam cum tentare non curat Deũ in ſuis præceptis offendere eiuſq;

gra-

gratiam & amicitiam perdere: vnde cum creaturam plus deo diligat, & eam illi pręponat, hoc eſt frui creatura: & vltimum finem in eam ponere. Et idem ſi velit, cum creatura ſemper hic manere, nihil de æterna beatitudine curans. Aut cum credit totum hominis bonum eſſe in creatura, puta in delectatione carnis, vel diuitiarum: vel glorię huius ſæculi, & huiuſmodi ſecundũ Bon. & Thom. vbi ſupra. & Sco. in. 1. di. 1.

Si tamen homo pluſquam debet creaturam diligat, non tamen propter hoc Deum offendere vellet, vel eius gratiam perdere: aut mandatum tranſgredi. Vel ſi inordinatè afficitur ad creaturam: vt ad delectationem carnis, vel diuitiarum, & huiuſmodi; non tamen credens totum hominis bonum ibi eſſe, hoc non eſt frui creatura, vel ponere in ea vltimum finem; nec eſt mortale peccatum; ſed tantum veniale ſecundũ Bonau. Thom. & Sco. vbi ſupra.

FACERE *quod cõtrariatur charitati per quam eſt animæ vita, mortale peccatum eſt, ſecundum Thomam, ſecunda ſecundæ. q. 49. artic. 4.* 2. Regula.

Ad huius regulę declarationem ſciendũ, ꝙ quamuis in charitate nõ ſit diſtinctio ex parte habitus, eſt tamen diſtinctio ex parte diligendorum, & ex parte actuum. Ex parte diligendorum diſtinguitur, vt videlicet 2. Regulę declaratio. Ex parte diligendorum

& actuum charitatis diſtinctio.

licet deum, & proximum ex charitate diligamus. Matt. 23. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo., & ex tota anima tua, & proximum tuum ſicut teipſum.

Ex parte actuũ etiam diſtinguitur, quia deus aliter diligendus eſt quã homo, & homo quã alia inferior creatura: vnde ratione huius diuerſitatis, mandata charitatis habent multiplicari, & ipſa charitas habet ordinari.

Quõ contra charitaté erga Deũ quis faciat.

Quantum ad charitatem erga Deum habendam, hæc regula habet multum ſimilitudinem cum prima: quia contra charitatem Dei agit, non ſolum qui eũ in ſuis præceptis offendit, ſed qui ſupra eũ aut ęquæ illi aliquid amat. Nã cum Deus ſit ſummum bonũ, non habens aliquod bonũ ſupra ſe, aut ęquale ſibi; contra legem charitatis amat, qui aliquid plus aut ęqualiter Deo diligit. Quantum.n.res plus habet de bonitate, tantũ plus habet de diligibilitate; ſed bonitas Dei tranſcendit bonitatem creaturæ in infinitum, ergo plus quam tota creatura Deus eſt diligendus.

Sed & ſi quis Deũ non propter ſe; ſed propter aliud temporale diligit, cum illud temporale ſit finis dilectionis, plus Deo diligitur. Iuxta illud philoſophi in primo poſteriorum propter vnũ quodq;, et illud magis.

Cõtra chari

Contra autem proximi charitatem facit

qui

qui in eius notabile nocumentũ aliquid co gitat, aut agit iniuſtè, ſecundũ Thom. vbi ſupra: vel ſi minus diligibile, illo plus diligit, de quo diligendi ordine neceſſario ſeruando, tam proximi, quam Dei, Dicit Aug. lib. de doctrina Chriſtiana; Primo diligendus eſt Deus, qui eſt ſupra nos; ſecundo quod nos ſumus; tertio quod iuxta nos eſt; quarto quod infra nos, ideſt poſt Deum anima noſtra, anima & proximi; quarto loco corpus noſtrum. Diligens, igitur plus temporalia, vel corpus proprium, quam animam proximi, mortaliter peccat: quia cum quis plus diligere teneatur, id quod plus continet in ſe de bonitate, & bonitas animi proximi excedat bonitatem corporis proprij; eo, ꝗ magis eſt capax Dei per cognitionem, & amorem, quod non conuenit corpori noſtro; ideo ſi quis plus corpus proprium diligit quam animã proximi, præpoſtero & inordinato amoris affectu, diligit. Hæc ſecundum Bon. & Richar. in 3. diſt. 29. tatem proxi mũ, q̃uo peccet. Ordo charitatis ex D. Auguſt.

AGERE *contra Dei preceptum, vel naturæ, vel eccleſiæ, vel ſuperioris, voluntate, vel opere, ſeu corde, ore, vel opere, mortale peccatum eſt.* 3. Regula.

De primo dicit Aug. contra manicheos. Peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei: Et in pſal. dicitur Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Diffinitio, peccati ex D. Auguſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quid p Dei præcepta intelligatur.

Præcepta Dei intelliguntur moralia, quæ ſunt in lege Moyſi: & quæ ponũtur in euangelio, ſicut de indulgentia inimicorũ. Mat. 5. & huiuſmodi.

De ſecundo habetur Matt. 7. c. & diſt. 1. c. 1. hoc eſt quod in princ. decretorum dicitur: Ius naturæ eſt quod in lege, & in euãgelio continetur, quo quiſq; iubetur alij facere quod ſibi vult fieri: & prohibetur alij facere, quod ſibi non vult fieri.

Præcepta naturæ duo.

Sunt igitur duo præcepta naturæ quorũ primum eſt affirmatiuum, alterum negatiuum: exemplum primi: ſi habens tantum neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ ſuæ, & ſuorum, non ſubuenit patienti extremam neceßitatem: vel ſi habens ſuperflua pro ſuſtentatione ſui, & ſuorum, ac decentiæ ſui ſtatus: & ſubuenire non vult magnam habenti neceßitatem: licet nõ extremam, ſecundum Richar. in 4. diſt. 15. In exemplum ſecũdi, ſunt omnia præcepta decalogi negatiua.

Præcepta eccleſiæ quam plura.

De tertiò dicitur Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit ſibi tanquam ethnicus, & publicanus. Sunt autem eccleſiæ precepta quàm plura vt confeßionis, communionis, Miſſæ, ieiunij, & huiuſmodi de quibus in ſuis locis habetur, in ſecunda parte interrogatorij. De præcepto ſuperioris dicitur in c. Qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. Qui reſiſtit poteſtati

teſtati Dei ordinationi reſiſtit: Quod intelligendum eſt, de iuſto ſuperioris præcepto: ſiue ſit prȩlatus, ſiue princeps, ſiue pater; de quibus in quarto præcepto. Et in c. de principibus, & de religioſis, infra dicetur. 69. 103. 161. Principum mandata.

Facere contra conſcientiam eſt mortale peccatum, vt c. per tuas: De ſymonia. Hoc autem eſt contra conſcientiam facere, ſecundum Bona. in 2. diſt. 39. quando fit cõtra eius dictamen per modũ præceptionis, vel prohibitionis: non autem per modum conſilij ſiue ſuaſionis, quia tunc veniale. Contra conſcientiam facere, quid ſit, & multiplex declaratur modus.

Vnde aliquãdo conſcientia dictat, ꝙ eſt ſecundum legem Dei, aliquando quod eſt præter legem Dei, aliquando quod eſt contra legem Dei.

Si primo modo: conſcientia ligat ſimpliciter.

Si ſecundo modo ligat quandiu manet: vnde vel tenetur homo deponere conſcientiam, vel id quod ipſa dictat adimplere: vt pote ſi dictat, ꝙ eſt neceſſarium ad ſalutem feſtucam de terra leuare.

Si tertio modo conſcientia non ligat ad faciendum, vel non faciendum: ſed ligat ad ſe deponendum, pro eo, ꝙ cum conſcientia ſit erronea, errore repugnante diuinæ legi, neceſſario quandiu manet, ponit hominem extra ſtatum ſalutis: Nam ſiue faciat ho- Conſcientia erronea.

mo ſiue non, peccat mortaliter; Si enim facit quod conſcientia dictat, & illud eſt contra legem Dei, cū agere contra legē Dei, ſit peccatum mortale, abſq; dubio mortaliter peccat; Si etiā faciat oppoſitū eius quod cōſcientia dictat, ipſa manente adhuc mortaliter peccat, nō ratione operis quod facit, ſed quod malo modo facit; facit enim in contemptum Dei, dum credit dictante ſibi conſcientia, per hoc Deo diſplicere: quamuis Deo placeat. Hęc. Bon.

5. Regula.

CONSENSVS in peccatū, vel in delectationem peccati mortalis, eſt mortale peccatum, de pęn. diſt. 2. Sicut tribus. vbi dicitur. Tribus gradibus ad peccatum peruenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu.

Quot & quibus gradib9 ad peccatū perueniatur.

Ad huius ergo declarationem duo videnda ſunt.

Primo, quomodo per varios gradus mens hominis ad peccatum perducitur.

Secundo, quotuplex cōſenſus in peccatū, vel peccati delectationem, eſt mortale peccatum.

Quid ſit, & quō fiat ſuggeſtio.

Ad primum dicendum ſecundū Bon. in 3. lib. diſt. 29. ar. 1. q. 2. Quod primo nobis offertur delectatio rei, quæ eſt mortale peccatum: Et hæc dicitur ſuggeſtio.

Interpratatus conſ.

Secundo ſenſualitas, quæ eſt quædam vis inferior animæ, ex qua fit motus intendens in corporis ſenſus, atq; appetitus rerum

ad

ad corpus pertinentium apprehendit dele-ctationem illam ſibi oblatam, & in ea oble-ctatur, & inclinatur, antequam ratio hęc percipiat: & hoc eſt peccatum per ſurre-ptionem mentis tantum.

Tertio ratio ipſa percipit hanc ſenſuali-tatis delectationem, & ei voluntariè con-delectatur: Ita, ꝙ delectatio rei, quę eſt pec-catum mortale, tranſit a ſenſualitate, in ipſam rationem; & ſic homo ſe auertit a Deo, per conſenſum rationis, & contemnit Deum, in quo eſt perfecta ratio pecccati mortalis. Modus pec-cati pro cō-ſenſum.

Ad ſecundum dicendum ſecundum Bon. ea. di. ꝙ conſenſus in peccatum, vel pecca-ti delectationem, triplex eſt: plenus, ſemi-plenus, interpratatus. Plenus, eſt cum pla-cet ipſa delectatio peccati, & operis cōſum-matio: ſi facultas adeſſet. Semiplenus, eſt cum placet delectatio, ſed diſplicet operis conſummatio. Interpratatus, eſt cum v-trumque diſplicet, delectatio, & ope-ris conſummatio. Sed ratio aduertens pe-riculum delectationis non repellit. Im-mo ſinit mentem in talibus, reuolui co-gitationibus; quo caſu peccat homo; quia cum teneatur ratione compeſcere, talem delectationem non compeſcit. Et quamuis hoc aliqui dicant non eſſe peccatū mortale, tamen ſecurior via tenenda eſt. Et ſci

Triplex gra-dus conſen-ſus in pecca-tum.

Plenus con-ſenſus.

Semiplenus conſ.

Interpræta-tus conſ.

ſciendum, quod hic non loquimur de quacunque delectatione, vt pote cum quis delectatur cogitando de pulchritudine mulieris: ſed de illa quæ ſurgit ex cogitatione illius operis nepharij. Hæc. Bonauen. ea diſt.

6. Regula. In dubijs exponere ſe periculo mortalis peccati, peccatum eſt mortale.

EXPONERE *ſe periculo peccati mortalis eſt mortale. Bon. in 4. diſt. 17. vbi ponitur exemplum. Si quis dubitans aliquod ſuum peccatum eſſe mortale, vel veniale, niſi illud confiteatur exponit ſe periculo peccati mortalis. Et hoc eſt mortale peccatum.*

Item ſacerdos qui dubitat, an ex ſuo vulnere aliquis ſit mortuus: ſi in hoc dubio cõſtitutus celebrat mortaliter peccat: quia non debet in hoc caſu ſe exponere periculo peccati mortalis: vt in c. ad audientiam; de homici.

Si dubitans aliquem cõtractũ eſſe vſurariũ, vel ſymoniacũ, propter diuerſas doctorũ opiniones, et ſic perplexus, et in ſeipſo indeterminatus contractũ illum facit, peccat mortaliter ſecundum. Alex. de Ales in 2. in tractatu de ignorantia.

Item ſi amici, & cognati vocentur ad prœliandum in bello, quod dubitatur an iuſtum ſit, exponentes ſe periculo peccati mortalis, mortaliter peccant ſecundum Monaldum in ſumma: Quamuis ſubditi in tali dubio propter obedientiæ bonum excuſentur. 23. q. 1. Quid culpatur. Si quis dubitat de

vino

vino quod bibit inebriari,& bibens inebriatur, eſt mortale; quia ſe exponit periculo peccati mortalis, voluntariè ſe priuans vſu rationis: quod eſt mortale. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 150.

PRAETARE *fauorem peccato mortali eſt mortale: ad Rom. 1. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt; ſed qui conſentiunt facientibus, ſcilicet conſenſu cooperatiuo; qui igitur ſuo conſilio, fauore, vel auxilio eſt cauſa peccati mortalis, mortaliter peccat: Quia vt dicitur in c. ſi culpa, de iure iurã. Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. Et in regula: Nullus, lib. 6. Et de hoc vide infra in ſeptimo pręcepto.* 7. Regula. Cooperarĩ pc̃ō mortali, mortale peccatũ eſt.

Scandalizare proximum eſt mortale peccatum: de renun. c. Niſi §. pro graui quoq; ſcandalo: Et de regu. iur. Qui ſcandalizauerit. Diuiditur vero ſcandalum, in actiuũ & paſſiuum, ſecundum Richar. in 4. diſt. 38. Actiuum eſt cum verbo vel facto, quis alium ſcandalizat: puta ſi vir poſitus in ſtatu perfectionis mendacium dixerit; licet non pernicioſum; eſt mortale propter ſcandalum, ſecundum Bon. in 3. diſt. 38. vbi dicit viris publicè perfectis, adhibetur fides, tanquam obſeruatoribus veritatis. Et quia mendacium deprahenſum facit, vt homo alteri non credat; ſi viri perfecti mentirentur; iam nec ipſis crederetur nec aliquibus: 8. Regula. Duplex ſcandalum. Scãdali actiui declaratio. Ratio peccati in huiuſmodi ſcandalo.

&

& magnũ ipſi veritati fieret præiudiciũ, & datur alijs occaſio ſcandalizandi. Ideoq; eorum mendacium eſt mortale peccatum, cũ alios actiuè ſcandalizent. Scandalum tamẽ actiuum, aliquando nõ eſt per ſe peccatum, ſed eſt circũſtantia aggrauans peccatũ. Exẽplũ, ſi quis votũ ſolẽne violet, vel cũ aliqua publicè fornicetur, nec valet ſi dicis frangens votum, primo peccat in Deum, & ſic eſt vnum peccatum; ſecundo, ſcandalizat proximum; & ſic eſt aliud peccatum; quia idem peccat. i. in Deũ, & in proximũ eſſe poteſt: ſed in Deo principale, in proximũ ratione circunſtãtiæ adiunctæ, vbi nõ ſunt diuerſa peccata; quia peccatum numeratur rõne actus circa quem eſt, nõ ratione eius in quẽ eſt. Si quis.n. vna actione offenderet plures homines, vno pctõ peccaret: Hęc Bon. in 4. diſt. 38. ſuper litteram. q. 2.

Scandalum actiuum aliquando eſt cõſtãtia peccati.

Pctõrũ numerus, ex actuũ pluralitate attenditur, non perſonarum in quas peccata fiant.

Paſſiuum eſt ſcandalum, & mortale peccatũ, ſecundũ Rich. vbi ſupra. Cũ quis ſciens proximũ ex ignorantia, vel infirmitate, probabiliter ſcandalizari de aliquo ſuo actu, quod poteſt bene ac male fieri, & a tali operę nõ ceſſat, vſq; dũ ſe proximo non declarauit, mortaliter peccat: vt puta, quis propter occultam infirmitatem comedit carnes in quadrageſima; de quo proximus veriſimiliter ſcandalizatur mortaliter; ſi ergo talis comedens non declarat ſcandalizato,

Scandalum paſſiuum.

quia

quia hoc ex neceſſitate egritudinis facit, mortaliter peccat: Negligit enim famam ſuam, & ſibi crudelis eſt ſecundum Aug. Et habetur. 12. quæſt. 1. Nolo. Vide in peccato ſuperbiæ.

9. Regula. Non reſiſtere peccato, peccatũ eſt his qui ex officio tenentur.

QVI ex officio tenetur peccato reſiſtere, nec reſiſtit, mortaliter peccat: vt enim dicitur diſt. 83. in c. error: error cui non reſiſtitur, approbatur. Item in c. conſentire. ea. diſt. & in c. Sicutdignũ, de homi. De hoc infra in 7. pręcepto. Ex officio tenetur omnis qui alijs præeſt in regimine vitæ: vt princeps, prælatus, pater, patronus, & magiſter, ſecundum Alex. de Ales in 3. parte. Richar. & Thom. in 4. diſt. 15. Et de offi. or. c. Irrefragabili.

Qui teneantur ex off. peccatis reſiſtere.

Quid vbi varię ſunt doctorum opiniones?

QVANDO variæ, vel contrariæ ſunt opiniones doctorum, cui earum confeſſor adhebebitur: Dicendum ſecundum Pe. Cheſuelem in prohemio, li. directorij iuris vbi canones deficiunt, et doctorum opiniones ſunt contrariæ, Theologorum opinionem præferas: quia melius ſciunt diſcernere inter lepram, & lepram, & rationes ſpeciales aſſignare. ca. per venerabilem. qui filij ſunt legi. Et quia theologhi tenent in eccleſia loca Aug. & huiuſmodi ſanctorum doctorum. Vbi vero theologorum ſolennium opiniones inuicem cõtrariæ ſunt, nec textus iuris videtur expreſſus, põt cõfeſſor cui libuerit

Potior eſt Theologorũ quã canoniſtarũ opinio.

rit adherere: vt ex doctrina Richar. & Bon. colligitur, qui ſæpenumero videntes opiniones doctorum contrarias, & vtrãq; benè fundatam, dicunt. Qui vult tenere primam ſic, reſpondeat ad argumenta ſecundæ opinionis; Et qui vult tenere ſecundam ſic reſpondeat ad argumenta prima.

Communem tamen opinionem tum theologorum quam canoniſtarum in rebus conſcientiæ ſequi, videtur tutius omnino.

Cõmunior opinio ſi teneatur, videtur tutius.

Sed caueat confeſſor, ne ſi vnã opinionem damnat vt iniuſtam, poſtea ſecundũ illam conſulat, vel abſoluat contra conſcientiam: quia ſic ędificat ad gehennam. de reſt. ſpo. olim litteras. §. horum. de ſymo. per tuas. 2.

Qui tamen dicunt, ꝙ vbi doctorum opiniones ſunt contrariæ, melius eſt, in foro conſcientiæ conſulere: vt non fiat: quod aliqui dicunt eſſe peccatum; quamuis alij licere dicant. Vnde Alex. de Ales in ſecunda parte, tractatu de ignorantia, ait: Cum quidam iuris periti dicunt contractum eſſe ſymoniacum, vel vſurarium, & quidam nõ abſtinendum eſſe, à tali contractu, ne committas te diſcrimini; melius eſt enim incidere damnum temporale, quàm ſpirituale. Quod dicit Alex. ſecundum aliquos intelligendum eſt, quando quis ex contrarijs doctorum opinionibus remanet dubius; &

perplexus; ſi vni opinioni ratione fundatę velit magis inhærere, & ei aſſentire, ſine formidine alterius, poterit tuta conſcientia hoc facere; ſicut dicit Io. 20. diſt. in c. de libellis. Quod vbi diuerſę ſunt doctorũ opiniones, non redactę in corpore iuris, licet cuilibet accipere quam voluerit: quia, & Papa hoc facit in c. cũ Marthæ. de cele. miß. Et de reſtit. ſpo. c. litteras. §. nos autem: vbi dicit: Nullã de prædictis ſententijs reprobamus, nec alicui earum aliquod pręiudicium ex noſtra reſpõſione volumus generari. Et idem vult Inno. in c. Ne initaris de conſtit.

Verba hæc Innocẽtij. 3. bene nota.

Sed caueat confeſſor ne ſit ſolus in opinione ſua, ne in hoc prudentiæ ſuæ initi videatur, contra prædictum ca. Ne initaris.

Igitur ſi ipſe cõfeſſor tenuerit licita eſſe impræſtita Venetiarum, montes Florentiæ, & loca Ianuæ cum plurimi doctores hoc teneant & affirment.

Et ſimiliter, ꝙ nõ peccarẽt qui parati ſunt ſoluere decimas: & tamen non ſoluentes, vbi conſuetudo nõ eſt, vt ſoluantur; cũ Th. Archidy. Io. An. & alij idem teneant, non eſt dicendus præcipitare ſententiam, aut temerariè diffinire, vel conſulere: quamuis plurimi doctores contrarium ſentiant. Et idem ſi quis inhæreret opinionibus, Scoti & eum ſequentium, dum dicit in quarto, ꝙ ſa-

ꝙ ſatisfactio facta in peccato mortali non obligat ad reiterandum confeßionem, & ꝙ non habens niſi venialia, non obligatur ad præceptum eccleſiæ, ſcilicet c. Omnis. de pœn. & re. Ad ſemel ſaltem confitendum in anno.

Et quod Richar. & Bon. dicunt, ꝙ incidens in mortali peccato, non tenetur ſtatim confiteri, habita etiam confeſſoris oportunitate, licet Inno. & Arch. cõtradicant.

Et vt tenet Bona. in 4. diſt. 29. ꝙ quis Papę obedire non tenetur: quod ſibi epiſcopatus officium imperat, ſi hoc eſſe videat detrimentum animæ ſuæ: & in multis ſimilibus.

Reiteranda, eſt cõfeſſio, quam ſcienter facta eſt ignaro ſacerdoti.

AN pœnitens qui confitetur ſacerdoti ſcientiam ſufficientem non habenti peccet, & ad reiterandum confeßionem teneatur? Reſp. ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. ar. 3. q. 8. Qui ſcienter confitetur ſacerdoti qui neſcit ligare, nec ſoluere, eo ꝙ eſt idiota, totaliter ignorans; non verè eſt pœnitens. Nec ille rite abſoluit: vnde de pœn. diſt. 6. Qui vult. dicitur. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cum negligens eſſe ſe extiterit, negligatur ab illo qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant. Vnde credo, ꝙ tali ſacerdoti ſcienter confeſſus eadem pec-

cata

cata denuò ſacerdoti ſcienter, & diſcreto, confiteri teneatur. Hæc Richar.

Sed addi poteſt, ꝙ bonum eſt conſilium, atq; neceſſarium, vt ſi quis ſacerdoti ignoranti, & idiotę ignoranter confeſſus, poſtea perpēdit dicti ſacerdotis ignorantiā omnia alteri cōfiteatur: Præſertim ſi habet caſus arduos, & difficiles aliquorū cōtractuū, vel cenſurarū, aut ſi dubitat in eis inuolutū, ſe eſſe. Conçor. Bon. vt ſupra in hoc 2. tit. c. 2. Nota ſalubre conſiliū.

TITVLVS III.

Qui eſt de poteſtate confeſſoris, quā in foro pœnitentiæ habere debet, in quo hæc principaliter docentur: De excommunicationibus etiam breui tractatu addito.

1. Poteſtas, ac poteſtatis neceſsitas, in foro pęnitētię ſacerdoti collata, ꝓbatur
2. Claues Eccleſię quot ſint; & effectus earum,
3. Num ſacerdos quilibet, quemlibet ligare poſsit, & abſoluere; & abſoluendi poteſtas quanta ſit.
4. Quis ꝑlatorū cōfeſſor: cui Abbatiſſa exēpta cōfitebitur: cui nō exēpti, atta-

mē in dignitate cōſtituti, ſed Epō inferiores: Et ſi Papa teneatur cōfiteri.
5. Quæ ſit poteſtas confeſſoris electi a prælatis exemptis; Vt epiſcopis, & his ſuperioribus: & cui confitebitur Imperator, cum principibus.
6. Quæ ſit archipręsbyteri vel decani poteſtas in foro pœnitentiæ: Et quę capituli, vacãte ſede: Et quæ Vicarii.
7. Quę ſit poteſtas illius confeſſoris cui caſus Epiſcopi conceduntur.
8. Mortuo Epiſcopo, nũ Vicarii authoritas finiatur: Quę item ſit proprii ſacerdotis in ſuos ſubditos, intra vel extra diœceſim.
9. Parochus poſsit ne ſacerdotem non licentiatum ad confeſsiones audiendas, ſibi in auxiliũ aſſumere: Et quomodo ſacerdotes non curati poſsint ſecularium confeſsiones audire.
10. Num religioſus pro audiendis confeſsionibus non habilitatus ab Epiſcopo, de ſui pręlati conſenſu poſsit, eum, qui per bullam habet poteſtatem, eligendi ſibi confeſſorem, abſoluere. Et quomodo Fratres Pręedicatores, & Minores poſsint ſecularium audire confeſsiones. Quæ item ſit Prouincialium, & Priorum conuentualium eorundem authoritas circa
ſub

ſubditos ſuos confeſsionibus audiendis exponendos; Cum pręſertim pręlatus eccleſiæ negligit exponere, vel illius copia haberi non poteſt.
11. Num prælati ex ſua mera voluntate poſsint, Fratrem ſibi præſentatũ recuſare; & ſi fratres Pręd. & Min. in cõfeſsionibus audiendis ampliorem quàm curati habeant facultatem.
12. Poſſent ne eccleſiarum pręlati licẽtiam audiendi confeſs. fratribus datam reuocare: Et ſi Parochianos ſine ſui parochi licentia poſsit Fratribus hiſce confiteri. Item ſi parocho ſuo teneatur ſemel in anno cõfiteri: Et ſi parochiano ſuo aſſerenti ſe his Fratribus confeſſum teneatur parochus S. Euchariſtiam miniſtrare.
13. Quam poteſtatem habeant dicti fratres in pœnitentiæ foro: pręſertim in caſibus reſeruatis.
14. Qui caſus de iure reſeruentur Ep̃o.
15. Interdictorum diſpẽſatio qũo intelligatur eſſe caſus Ep̃alis. Et an poſsit pęnitẽtiarius ꝓ minori cõponere quã debeat qui hẽt reſtituere; Quæ itẽ incerta dicãtur, & an religioſi in huiuſce modi incertis ſe poſsint intromittere
16. Quibus in caſibus poteſt quis alteri quàm proprio ſacerdoti confiteri.

Caput Primum.

Neceſſitas poteſtatis in ſacerdote.

POTESTATE *prædictum ſacerdotem qui aliorum cõfeſsiones audit, eſſe oportet; de qua poteſtate Iohan. 20. ca. dicitur. Accipite ſpiritumſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Multiplex poteſtas ſacerdotis.

SED *de multiplici ſacerdotis poteſtate dicitur in c. Abſit, 11. q. 3. Qui apoſtolico gradui ſuccedentes corpus Chriſti ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes, ante iudicij diem iudicant.*

Probatio ſacerdotalis poteſtatis.

QVAERO *quomodo probetur, ꝙ data ſit ſacerdoti poteſtas in foro pęnitentiæ: Reſp. ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. ar. 2. q. 1. per auctoritatem illam Io. 20. c. Accipite ſpiritumſanctum &c. Chriſtus poſt reſurrectionem dedit poteſtatem in foro conſcientię. Non tantum apoſtolis quorum ſunt epiſcopi ſucceſſores: ſed, & diſcipulis quorum ſucceſſores ſunt inferiores ſacerdotes. Quibus vero datur poteſtas iudicandi de aliqua cauſa; implicite datur eis poteſtas cognoſcendi de illa; nullus enim poteſt eſſe bonus iudex de hijs quæ ignorat. Sa*

cerdos autem non poteſt cognoſcere facta conſcientiæ peccatoris, niſi peccator ei per confeßionem conſcientiam ſuam aperiat. Et hoc euangelicum præceptum de confeſſione peccatorum ſacerdoti facienda promulgauit auctoritas apoſtolica. Vnde Iacob. in ſua canonica poſtquam dixit: Infirmatur quis ex vobis inducat præsbyteros eccleſiæ; & poſt dicit: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Hæc Richard.

Præceptũ de confeſsione peccatorum.

Caput Secundum.

CLAVES eccleſiæ quot ſunt? Reſp. ſecundum Richard. in 4. diſt. 18. art. 1. q. 3. duę quantum ad effectus iudicandi in foro animarum: Quæ poteſtas ex duobus integratur, ſcilicet ex poteſtate diſcernendi in cauſę examinatione; & poteſtate diffiniendi in cauſæ determinatione. Et prima clauis dicitur clauis ſcientiæ; ſecunda dicitur clauis potentiæ: cuius actus eſt determinare cauſam, ligando vel abſoluendo: & hæc eſt principalior ad quam altera ordinatur. Et quamuis dictæ claues diſtinguantur pęnes actus, vt dictum eſt, tamen in vna radice ſunt: non tamen inter ſe, ſed etiam cum poteſtate conficiendi; quia iſte tres poteſtates fundantur in ſacerdotali caractere. Hęc Richar.

Eccleſiæ claues.

Prima clauis, quæ eſt ſcientiæ.

Secunda poteſtatis.

Quõ hæ claues diſtinguantur.

Effectus clauium declaratur.

QVAERO *quis effectus ſit harum clauium, in foro pęnitentię? Dicendum ſecūdū Fran. de mayro. in 4. diſt. 18. Per poteſtatem clauium peccatum remittitur quantū ad maculam, & quantum ad aliquam partem pęnę temporalis: non dico effectiuè: quia hoc ſolus deus poteſt: ſed inſtrumentaliter ſeu miniſterialiter: quia pęnitēti, qui per attritionem remouet obſtaculum ſpiritusſancti, ſacerdos diſpoſitiuè remittit maculam peccati, in quātum videlicet virtus diuina aßiſtit miniſterio ſacerdotis, qui remittit peccatum. Et quia macula peccati eſt diſpoſitio, qua poteſt parari igni infernali: eſt enim priuatio ſimilitudinis Dei, à quo auertitur per peccatum. Ideo ſacerdos virtute clauium diſponit ad remißionem pœnę æternæ quām virtus diuina principaliter, & effectiuè remittit, ſicut & maculam peccati. Vnde, De Conſe. diſt. 4. Nemo, dicitur; Nemo tollit peccata, niſi ſolus Chriſtus, qui eſt Agnus tollens peccata mundi. Poteſtate quoq; clauium tollit partem pęnę temporalis, quæ in purgatorio eſt explenda, & hoc plus, & minus ſecundum pęnitentis diſpoſitionem: vbi dicit magiſter in littera. Concor. Richar. in 4. diſt. 18. ar. 2. q. 1. Et Bon. ea. di. dicens. Poſtquam pęnitenti culpa dimiſſa eſt; adhuc eſt obligatus ad temporalē pœnā. Et hæc remoueri poteſt per illū*

Macula peccati quid.

qui

qui poteſt peccati pœnam taxare, ſcilicet per ſacerdotem Chriſti miniſtrum.

Caput Tertium.

VTRVM quilibet ſacerdos poſſit quemlibet ligare, & abſoluere. Reſp. ſecundum Richar. in 4. diſt. 19. art. 1. q. 3. Non, niſi ſuper illum habeat iuriſdictionem: quia ad actus ligandi, & ſoluendi, qui ſunt a poteſtate clauium, requiritur debita materia in qua recipiantur; ſed niſi ſacerdos aliquam iuriſdictionem habeat ſuper perſonas abſoluendas non ſunt debita materia. Iuriſdictiones autē ſunt diſtinctę in eccleſia, ad inſtar eccleſiæ triumphantis: in qua ſicut ſub Chriſto principe ſunt angeli, quorum quidā ſunt ſuperiores, quidam medij, quidam inferiores: nec eſt æqualis omnium poteſtas. ita, & in eccleſia militante ſub vicario Chriſti, ſunt Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & inferiores ſacerdotes: & iſtorum poteſtas diſtincta eſt, in plus, & minus ſecundū ordinationem Vicarij Chriſti. Ideoq; quilibet ſacerdos non poteſt quemlibet perſonam ligare, & abſoluere. Quod etiam in c. Nullus: de Parochia. dicitur. Nullus epiſcopus, alterius Parochianum iudicare præſumat: Hęc Rich. Et hoc regulariter verū eſt: excipiuntur tamen nouē caſus, in qui

Quilibet ſacerdos an poſsit quemlibet legare & abſoluere

Neceſſaria ē iuriſdictio in ſacerdote.

Diſtinctio iuriſditiōis eccleſię ſecūdū militantis ꝓportionē, ad triumphātē.

bus ſacerdos alienum parochianum abſoluere poteſt. Et de his dicitur infra.

Multiplex abſoluendi poteſtas.

Quottuplex eſt poteſtas abſoluendi in foro animarum? Reſp. Quintuplex, ordinaria, delegata, conceſſa, commiſſa, & gratioſa. Primam habet Papa, & modo principaliſſimo: quia eſt ſacerdos omnium Chriſtianorum habens plenitudinem poteſtatis 9. quæſt. 3. Aliorum, & cap. Cuncta. Item eam habet legatus in ſua prouincia De offi. delega. c. 1. & 2. Item epiſcopus in ſua Diœceſi: De off. ordi. c. 1. Item Archipræsbyter eccleſiæ Cathedralis totius Diœceſis: De offici. Archi. capi. Officium, & Archipręsbyter ruralis, ſiue decanus in ſuo decanatu, vel plebanatu. d. capitu. Officium.

Ordinaria poteſtas.

Item ſacerdos parochialis in ſua parochia de pen. & re. capitulo. Omnis.

Delegáta poteſtas.

Secundam, ſcilicet delegatam, habet quicunq; ſacerdos ab aliquo prædictorum: De elec. cap. ex eo. & cap. 1. & 2. De offi. Vic. lib. 6.

Cõceſſa poteſtas.

Tertiam, ſcilicet conceſſam, habet ſacerdos quem epiſcopus, abbas, & prælati exempti eligunt ſibijpſis in confeſſorem: conceditur enim prædictis prælatis, vt diſcretum, & prouidum confeſſorem ſibi eligere poſſint: De pen. c. Ne pro dilatione.

Sed, & in pluribus caſibus iura conce-

dunt

dunt diuerſis ex cauſis, quem confiteri poſſe, alteri quàm proprio parochiali, vt infra dicetur.

Quartam, ſcilicet commiſſam, quam habet in auxilium ſumptus, a curato: de quo infra, in hoc titulo. Cõmiſſa poteſtas.

Quintam, ſcilicet gratioſam, poſſumus appellare eam, quæ ex gratioſa ordinatione Papæ, in fauorem animarum confertur fratribus prædicatoribus, & minoribus, qui electi a ſuis prælatis ad confeßiones audiendas ſecularium perſonarum, ſi recuſantur ab ordinarijs, nec eos admittere volunt, & ſine iuſta cauſa, quia tunc licite, & libere hoc poſſunt, auctoritate apoſtolica, vt in Cle. Dudum. §. ſtatuimus. verſi. Nos ex nunc: De ſepul. Et de his omnibus infra ordinate ſubijcietur. Gratioſa poteſtas.

Caput Quartum.

PRAELATORVM *cõfeſſor quis ſit. Dicendum, ſecundum Hoſtien. in ſumma: De pœn. & re. §. Cui confitendum. Papa, cum ſuperiorem non habeat, poteſt quemcunque ſacerdotem eligere ſibi in confeſſorem. Cardinalis cauſa legationis abſens ſimiliter poteſt ſibi confeſſorem eligere. Item ſi eſt in curia, & ſit epiſcopus: De pœn. c.* Papæ, & prælatorũ quis confeſſor.

Ne pro dilatione. Si vero non ſit epiſcopus debet Papæ, vel eius pęnitentiario confiteri. Et in eius eſt, ꝙ de licentia Papæ alteri vel alteri confiteatur,ſi quem eligit in confeſſorem.

Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & inferiores prælati exempti,ſimiliter poſſunt eligere ſibi confeſſorem:d. c. Ne pro dilatione. Vbi D. Abb. Sicu. ſecundum Ho. dicit. Intellige de prælatis exemptis,qui immediate ſubſunt Papæ: quia ſi ſuperiorem ſupra ſe habeat exemptus, vt patrem abbatem; generalem; debet ei confiteri; vel de eius licentia, confeſſorem ſibi eligere. Contra hanc opinionem ſunt alÿ dicentes, ꝙ prę-
Cõtraria opinio.
latus exemptus, qui eſt per electionem, vt eſt prior,in religione habente alium ſuperiorem, habet priuilegiũ eligendi ſibi confeſſorem, ſicut & epiſcopi,qui quamuis ſubſint archiepiſcopis immediate,nihilominus poſſunt ſibi cõfeſſorem eligere ſine archiepiſcoporum licentia,cum ſint ordinarÿ. Ad quod etiã facit,quod in eo.c. Ne pro dilatione,ſcribit ipſe Do. Abb.dicẽs. Et prelatus exẽptus,
Exempti prę lati qui dicã tur.
hic debet intelligi in lata ſignificatione,vnde & rectores eccleſiarum parochialiũ, qui largo modo dicuntur prælati: De cle.ęgro. c. Tua etiam,hic comprehẽduntur. Nam cum hic tractemus de fauore animarum,& cum ſit beneficium principis, nulli nocens debet

fieri

fieri largiſſima interpretatio:c. Olim: de ver bo .ſignifi. ff. de conſt. prin. l. fi. Igitur hic non ſolum comprehenduntur prælati exempti habentes iuriſdictionem fori contentioſi qui ſtricto modo dicuntur prælati : vt eſt text.cũ glo.c.2. De iudi. ſed etiam prædicti.

Quid de Abbatiſſa exempta ? Reſpond. quamuis Abbatiſſa ſit Papæ immediate ſubiecta , & exerceat iura epiſcopalia ponendo officialem;non tamen poteſt, ex hoc ſibi confeſſorem eligere; niſi habeat in hoc ſpeciale priuilegium:& hoc quia non habet claues iuriſdictionis;vt aliqui dicunt. Simi liter , & qui præeſt ex permiſſione alterius quãuis exemptus, non poteſt dici prælatus , vt in religione Subprior , vel vicarius ; aut etiam prior non cõuentualis,qui non eſt per electionem , ſed a ſuperiore prælato de conſi lio ſeniorũ inſtitutus;niſi forte,mortuo prio re,loco eius,ipſe inſtitueretur.

Cui confitebitur Abbatiſſa.

Qui ex permiſſione prę eſt , vt ſubprior , non habet poteſtatem eligẽdi ſibi cõfeſ. abſq; priuilegio ſpeciali.

Capellani vero , & familia Papæ confite ri debent Papæ, vel pęnitentiario eius : Sed qui ſunt de familia cardinalium poſſunt de cõſuetudine curiæ confiteri alicui ſacerdoti de licentia domini ſui : ar.c. Omnis. De pęn. vel Papę pęnitentiario.

Quid de Capellanis , & reliqua papæ familia

Secus eſt, de cardinalium familiam.

Quęro nũquid Papa confiteri teneatur ? Reſp. ſecũdũ Rich. in 4.di.17. ar.2.q.4. Quã uis Papa nõ teneatur ſecundũ formã præce pti:in c. omnis de pęn. & re. Quia par in pa

Papa ſi teneat cõfiteri

rem

rem non habet imperium: vt de elect. c. In notuit. Tamen quia Deus cui Papa ſubeſt, & qui ſuper omnes habet imperium implicite præcepit confeſsionem ſacerdoti faciendam, ratione huius præcepti Papa tenetur. eſt enim ius diuinum, in quo Papa circa ſe, vel circa alium diſpenſare non poteſt, vt 25. q. 1. Sunt quidam. Idem tenet Do. Abba. in d. c. omnis.

Quid de prælatis inferioribus.

Inferiores epiſcopo non exempti, vt ſunt Abbas, archipræsbyter, archidyaconus, canonici, decanus, præpoſitus, theſaurarius, ſacriſta, cantor, magiſter ſcholarium, Presbyter parochialis, & huiuſmodi, ſecundum Hoſt. vbi ſupra debēt confiteri epiſcopo, vel alteri de eius licentia: De peniten. diſtinct. 6. Qui vult. & c. Placuit. Tum etiam, licet aliqui prædictorum ſint in dignitate conſtituti, & exempti; non tamen habent priuilegium eligendi ſibi confeſſorem, ſi non ſint prælati habentes curam animarũ, ſecundum Pe. de Paul. in 4. diſtinſt. 17. Monachi, & religioſi non exempti confiteri debent Abbati, vel prælato ſuo aliter dicto, aut ſecundũ ſtatuta ſuę religionis, alteri, de eius licentia: ar. de ſta. mo. c. Cũ ad monaſteriũ. §. prior, & ſequen. Et etiã epiſcopo qui penitentiã abbatis poterit relaxare: quia ſuperioris auctoritas ſemper videtur excepta: ar. de iureiur. veniẽtes.

Caput

Caput Quintum.

Sed quam poteſtatem habet confeſſor electus a prælatis exemptis epiſcopis, & ſuperioribus? Reſp. poteſt abſoluere prædictos eligentes: non tantum a peccatis etiã manifeſtis, ſed etiã ab excõmunicatione maiori; & relaxare circa eos vota, & iuramenta: & breuiter omnia facere in foro animarum, quæ ipſi eligentes poſſunt circa ſubditos exercere, de quibus videlicet non ſit ſedes apoſtolica conſulenda. aut ſi epiſcopus eſſet excommunicatus ab archiepiſcopo. Secus in epiſcopo qui deſinit eſſe epiſcopus, vt quia cedit loco, & dignitati. Sic enim intelligitur, c. Ne pro dilatione, de pen. ſecundum. D. Ant. de But. Quod etiam tenet Federi. de Senis. conſilio 101. *Et Pe. in directorio iuris lib.* 1. *tit.* 15. § 110. *Et Pe. de palu. in* 4. *diſt.* 17. *& Hoſti. vbi ſupra. quicquid dicatur in contrarium in ſumma piſana.* Electus confeſſor a prælatis exemptis quã habeat poteſtatem.

Imperator, & alij principes cui debeant confiteri? Dicendum ſecundum Hoſt. vbi ſupra. Imperator, & imperatrix de antiquiſſima conſuetudine per Papam non reprobata, confiteatur ſuis capellanis, qui habeant curam animarum ſuarum: art. cap. cum contingat: De fo: compe. Sed Cui confiteri debeat imperator.

tutius

Cui rex confitebitur.

tutius eſſet, vt pro ſe, & pro familia ſua impetraretur licentia eligendi confeſſorem ſi in hoc, priuilegio non ſint muniti. Rex ſi habet principale domicilium in aliqua ciuitate illi epiſcopo confiteri debet: niſi ſecus obtineat de conſuetudine dante hoc priuilegium alicui eccleſiæ, vel ipſe priuilegium habeat eligendi confeſſorem. Et hoc idem dicendum de omnibus principibus habentibus latas iuriſdictiones; ſiue ſit Dux, Marchio, Baro, Comes, & huiuſmodi. Si tantum caſtra habet, confiteri debet illi ſacerdoti, infra cuius Parochiam habet domicilium principale, vel de illius ſacerdotis licentia, alteri: De pœn. & re. c. Omnis.

Habens domicilium in diuerſis caſtris, cui ſacerdoti cōfitebitur.

Si in diuerſis Caſtris habens domicilium, & non apparet quod eorum principale, cuilibet eorum confiteri poteſt, quamdiu ibi moratur; vel de licentia ſui epiſcopi eligat confeſſorem.

Et ſi caſtra ſint in diuerſis epiſcopatibus ab vtroq; epiſcopo, vel a metropolitano licētiam impetret: Et ſi ſunt in diuerſis prouincijs recurrat ad primatem, vel ad Papam. Sed ſi Baro pro parte anni habitat in vna Parochia, & pro tempore anni habitat in altera; cui vult ſacerdoti, vtriuſque domicilij poteſt confiteri, vel de vnius licentia alteri confiteri: quando nullum habet in hoc, priuilegium a Papa: Hoſti.

Caput

Caput Sextum.

QVAM poteſtatē habet in foro pœnitentiæ archipresbyter cathedralis eccleſiæ, vel ruralis qui etiam appellatur decanus, vel plebanus? Reſp. ſecundum D. Ant. & gloſ. in c. officium, de offi. Archi. Archipresbyteri vel decani poteſtas.

Ab archipresbytero eccleſiæ cathedralis quilibet de ciuitate, & Diœceſi, & peregrini, & deforis venientes poſſunt accipere ſacramenta in eccleſia maiori, ſicut & ab epiſcopo.

De ſecundo diſtingue, aut decanatus eſt annexus Curæ ſpirituali, & decanus reputatur ordinarius in parochijs ſui decanatus, poſt epiſcopum ſupra curatos, & laicos, & ſic curati de eius licentia ſicut, & de epiſcopi licentia poſſunt confiteri: Aut epiſcopus, vel archidiaconus confert iſtū decanatum, modo huic curato, modo illi; & tunc in caſibus qui ſunt retenti de iure, vel conſuetudine epiſcopo, ſine ſpeciali auctoritate epiſcopi, nihil poteſt. Adde ſecundum Gemi. in c. Vno: De ma. & obe. lib. 6. ꝙ archipresbyter qui excommunicauit canonicum ſuum, quia non reſidebat, poteſt illum abſoluere, etiam ſi canonicatui renūciauit; per c. Cum ad eccleſiarum: De offi. ordi. Decanat⁹ diſtinctio.

Capitulū, ſede vacante, vel is ad quē admi-

niſtra

Poteſtas capituli vacante ſede.

niſtratio pertinet poteſt abſoluere ab excõmunicatione iuris, vel iudicis, quos episcopus ſi viueret, poſſet: niſi a ſede apoſtolica id fuerit interdictũ. vt in c. 1. De maio. & obe. li. 6. vbi dicit Gemi. ſecundũ Pau. hoc idem habet locum in alijs eccleſijs inferioribus collegiatis, quarum prælatus dum viueret poterat excommunicare, & abſoluere. Ad quod facit c. Cum ab eccleſiarum, & c. Cũ in eccleſijs: De off. or.

Quæ ſit vicarii poteſtas ordinaria, in pœnitentiæ foro.

An autem vicarius epiſcopi habeat poteſtatem, in foro conſcientiæ ſeu pœnitentiæ? Reſp. Dic ſecũdũ Hoſt. in ſumma, tit. De pœni. & re. in §. Cui confitendum, ꝙ non, niſi hoc ei expreſſe commiſſum ſit, vel niſi epiſcopus ſe tranſtulerit ad remotam regiogionem, & reliquit eum vicarium ſuum generalem; quo caſu omnia poteſt in foro conſcientiæ, quæ epiſcopus ſi præſens eſſet. Sed ſi vicarius non ſit ſacerdos, debet hoc alijs delegare: ar. de conſe. ec. c. A qua. De offi. le. c, Excõmunicatus. in fi. & de proc. c. petitio.

Vicarius poteſt oĩa quæ et ſpcale mãdatu reqrũt cum in eius mãdato expreſſum eſt; Et omnia poſsis, &c

Nunquid vicarius generalis epiſcopi, in cuius mandato epiſcopus expreßit vnum de caſibus, qui requirunt ſpeciale mandatum, ſecuta, generali clauſula; Et omnia poßis, quæ nos poſſumus, poßit omnia, quæ exigunt ſpeciale mandatum? Dic ſecundum Archi. Io. mo. & Io. And. in c. romana. De offi. Vic. li. 6. ꝙ ſic: De reſcrip. c. Sedes: ad inſtar

inſtar procuratoris. Secus ſi nullum de his, quę exigunt ſpeciale mandatum expreſſiſſet, vel ſi non expreſſus eſſet maior, quã expreſſus cap. non poteſt eo. ti.

Caput Septimum.

SED quam auctoritatem habebit confeſſor, cui epiſcopus, vel eius vicem gerens dicit: concedo tibi omnes caſus meos; vel talem, & talem, & omnes alios; vel omnes condo, excepto tali, & tali? Reſp. In primo caſu nihil videtur conceſſiſſe; ar. eorum, quæ dicuntur, in præcedenti proximo §. Niſi, ſecundum Monald. in ſum. confeſſor tantam, & intrinſecam familiaritatẽ cum epiſcopo habeat; vt probabiliter exiſtimare poſſit, omnia ſibi concedi, in foro pęnitentię per talia verba: Aut ſi etiam epiſcopus dixerit: Concedo vt omnia poſſis, quæ ego poſſum: Quo caſu omnia poteſt, quæ epiſcopus poteſt in foro pœnitentiæ quantũ ad abſolutionem a peccatis, & cenſuris epiſcopo reſeruatis. De diſpenſatione autem votorum, iuramentorum, & incertorum: quæ dependet a iuriſdictione: petat particularem licentiam, vel auctoritatem.

In quib⁹ caſibus vicari⁹ habeat poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, & cenſuris.

Votornm diſpenſatio, & iuramentorum rerūq; incertarum.

In ſecundo caſu dicit Pet. in directorio li. 1. ti. 15. §. 20. Si aliquis articulus ſpecificetur de reſeruatis epiſcopo, cum cluaſu-

la generali, & omnes alios poteſt abſolnere de non expreſsis: ar. De Procura. Qui ad agendum: niſi grauis ad eo eſſet caſus, quod in tali generalitate non veniret; vt de iniectione manus in clericum: De ſen. excomm. peruenit: non enim credo, ꝙ committatur, niſi exprimatur. Et ſubdit Pe. Fratres tamen prædicatores, & minores præſentati prelatis eccleſiarum, quibus conceditur cōfeſsiones audire, poſſunt ab omnibus abſoluere, quæ in iure non reſeruātur epiſcopis: immo, & a reſeruatis per ſuas conſtitutiones: dummodo ibi non ſit ſententia excommunicationis lata: quia ſtatuta, conceſsioni contraria, reuocantur, in. §. Statuimus. Et ſic intelligit Guiliel. Hæc Pe. in directorio: quamuis hoc vltimum dubium videatur per doc. in Cle. dudum d. §. Statuimus. De ſepult. vt infra. §. 34. In tertio caſu confeſſor poteſt abſoluere a reliquis caſibus nō reſeruatis: vt quidam dicunt, quando aliquos tantum reſeruat epiſcopus.

Fres Prę̨d. & Minores expoſiti ad cōfeſſ. audiendas, quid in cōſciētiæ ſo ro poſſint.

Caput Octauum.

An epiſcopo mortuo expiret iuriſdictio ſui vicarij. Dicendum ſecundum Anto. de But. in c. Tua nobis. De of. vica. ꝙ ſic: & de conſuetudine ſic ſeruatur quamuis plerumq; tales confirmentur, vel remoueantur:

Mortuo Ep̄o ceſſat iuriſdictio Vicarij.

tur: De ma. & obe. c. Cum olim. Et quidem abſq; conſenſu capituli poteſt epiſcopus conſtituere, & remouere officialem: ſecundum Hoſt, in ſumma tit. De pęn. & re. §. In quibus. verſicu. Sed nunquid.

Nunquid prælatus proprius, vel ſacerdos parochialis, aut ſuus vicarius poßit ſubditos abſoluere ab omni peccato; cuius abſolutio ſpectat ad eum: & intra, & extra Diœceſim. Reſp. ſecundum Ioan. de imola in Clemen. Dudum, De ſepul. in. §. Statuimus, ꝙ ſic: Siue illud commiſerit extra: ſiue intra territorium loci, vel Diœceſis, & ideo extra Diœceſim: quia in his quę ſunt fori pœnitentialis, & ſub ſilentio exercentur, nullius Territorium læditur. Ad quod faciunt notata in ca. penultimo, in fine: De officio delegat. De fratribus prædicatoribus, & minoribus, dic, vt parũ infra. Proprius ſacerdos, proprios ſibi ſubditos, poteſt vbilibet abſoluere.

Caput Nonum.

SED *nunquid ſacerdos parochialis, vel quicunque curatus, poteſt aſſumere in auxilium, presbyterum non curatum, vel religioſum ab epiſcopo non licentiatum, ad audiendas confeßiones? Reſp. Aut talis aſſumitur ad tempus; puta in quadrageſima, vt confeßiones audiat, prædicet, miniſtret euchariſtiam, & huiuſmodi: aut dat ſimpli-*

citer licentia ſubdito, vt poßit confiteri vni de prædictis.

Si primo modo, dicit dominus Cardinalis in Clemen. Religioſi, in princi. q. 21. & q. 23. De Priuil. ſecundum Pau. poteſt eum aſſumere; quia ſic aſſumendo delegat, & vices ſuas, & quicquid iſte facit; facit vt eius commißarius, pro quo remittit ad notata in Clementin. 1. De Hæredit. & quidem cum quis eſt aſſumptus, & rite ordinatus, ac ſufficiens, non deficit ei niſi materia; id eſt populus; cum ergo ſumitur ab eo qui habet, poteſt exercere nomine illius ar. 16. q. prima Ecce, in hoc, & cap. Adijcimus. Quod ſi dicis quia per prælatum inferiorem epiſcopo non poteſt cura delegari: vt dicit Archidiac. arguendo: De elect. Cum ex eo. lib. 6. Reſpon. Paul. non procedere, in commißione ſpeciali certorum caſuum; vel ad tēpus; vt in caſu noſtro. Ad quod facit quod no. Hoſti. De of. Vic. c. Clericus. Secus de commißione generali: quia parochialis etiam per viam delegationis generalis non poteſt committere alicui omnem curam: quia ſic videtur exonerare ſe, de eo, quod debet per ſe exercere: De preb. c. Exturpāde. §. Qui vero.

Poteſt Parochus ad tempus, & ſpecialiter vices ſuas delegare aſſumpto in auxilium alicui religioſo nō curato, nec licentiato.

Non pōt Parochus generaliter vices ſuas delegare.

Si autem ſecundo caſu ſubditus cōfiteatur religioſo non licenciato ab epiſcopo ad confeßiones audiendas, vel presbytero non curato, ſecūdū Pau. nō poteſt ab eo abſolui:

Qui a ꝓprio ſuo curato hēt licentiā confitēdi cui vult, nō licēciato ad cō-

quia cũ talis abſoluens faciat iure ſuo quod non habet, eo quod ſibi a nullo prelato cura commiſſa ſit, nihil agit. Hæc cardinalis. Et ſic ipſe tranſit cum hac opinione. Et Ioan. de Imo. in Cle. Dudum: De ſepul. & Do. Abb. Siculus in c. Omnis. De pen. & re. vbi dicit: Si parochialis ſacerdos dat ſimpliciter licentiam parochiano, eligendi confeſſorem: talis non poteſt eligere ſacerdotem, qui non habet executionem in actu, ſeu iuriſdictionem. Secus ſi ipſe parochialis permittit vni ſacerdoti, vt audiat confeſſionem ſui parochiani: quia tunc non requiritur, vt habeat executionem in actu: ſed ſufficit ſi habet in habitu; vt acquirit omnis ſacerdos dum ordinatur: vt hic volunt doc. Et idem tenet Io. And. in ca. Omnis: De pen. & re. Et Hoſt. in ſumma, vt refert Do. de S. Gemi. in c. Perlectis, in fi. diſt. 25. vbi dicit, hoc fuiſſe diſputatum Bononiæ: vt refertur Io. And. cum quo ipſe videtur tranſire: quamuis glo. in c. Omnis: De pen. & re. & Ray. in ſumma: Et Archydyac. in d. cap. Perlectis. teneant, rationẽ primã verius; quòd. ſ. presbyter, niſi ſit ab epiſcopo licentiatus, non poteſt aliorum confeſſiones audire. Similiter & religioſi quãuis ad modicum tempus aſſumantur ad hoc, a ſacerdote curato. Cõtra quod videtur ballata declaratio Alexãdri et Clemẽtis. In

Feſſ. ſacerdoti minime debet cõfiteri.

Cõtraria opinio.

qua dicitur, ꝙ poteſtas abſoluendi, quæ eſt apud curatum, Papam, & epiſcopum; nõ eſt vna, ſed quilibet poteſt per ſe audire, ſine cõſenſu alterius, confeſſiones ſubditorũ: Et quilibet eorum ſine conſenſu alterius, poteſt alteri committere. Vnde, Vicarius curati ſine licentia epiſcopi poteſt audire confeſſiones illorum, qui curato ſubditi ſunt: licet multo magis de licentia epiſcopi: vt hic ponit Do. Archiepiſcopus Flor. in prima parte ſui interrogatorij.

Religioſi, & ſacerdotes non curati, quomodo poſſint ſecularium perſonarum confeſſiones audire, præter modum nunc proxime dictum? Reſp. ſecundum Archy. in c. Placuit. 16. quæſt. 1. Quòd, excepto articulo neceſſitatis; in quo cuicunq; ſacerdoti etiam non habilitato ad confeſſiones audiendas, conceditur, vt poſſit audire, & abſoluere pœnitentem, oportet, ꝙ ſint licentiati ab epiſcopo de conſenſu ſui prælati dicto c. Placuit, & c. Peruenit. ea. q. Nam velle, & nolle religioſi, in manu eſt ſui prælati 12. quæſt. 1. Nolo. & c. Non dicatis. Concor. Pet. in dictorio, libro 1. titu. 15. §. 80.

Non poſſunt religioſi ſine ſui prælati conſenſu cõfeſsiones audire, niſi in caſu neceſſitatis.

De ſacerdotibus vero non curatis addit Archy. Tales non habent poteſtatem abſoluendi, vel ligandi vel prædicandi: aut alia quę ad curam animarum ſpectant, facien-

Sine populi electione, & inſtitutione Epi, nõ põt ſacerdos cu-

di; niſi fuerint electi a populo, & instituti ab epiſcopo. rãm animarũ, exercere.

Caput Decimum.

NVNQVID religioſus non habilitatus ad audiendas confeſſiones ab epiſcopo, cum conſenſu ſui prælati poſſit audire, & abſoluere illum, qui habet bullam, vt poſſit ſibi eligere confeſſorem ſacerdotem ſecularem, vel religioſum, qui eum in confeſſione audiat, & abſoluat. Dicendum, ꝙ aut cõcedit hoc generaliter, aliquem religioſum non nominando; aut particulariter, nominando.

Primo caſu eligi non poterit religioſus, alias nõ habilitatus ad confeſſiones audiendas: ar. De Iudæis. Quod ſit laudabile. Quãuis ſi talis religioſus prædictum audiat, & abſoluat, confeſſio huiuſmodi non ſit iterãda neceſſariò.

Pôt ẽt nõ habilitatus ad cõfeſsiones, eũ qui habet bullã eligendi ſibi cõfeſſore abſoluere, ſi tñ, ipſe nominet, ſecus aũt, qñ non nominatur.

Secundo caſu; dicendum, ꝙ talis eligere poteſt religioſum nominatum, qui in confeſſione audiat eum, & abſoluat: quia ſic præſumitur electa induſtria perſonæ, ſecundum Petrum de Pal. in 4. diſt. 17. quæſt. 4.

Quæro quomodo fratres Prædicatores, & Minores, poſſint audire confeſſiones ſecularium perſonarum. Reſpon. Aut fratres ad hoc electi, & præſentati prælatis ec-

cleſiarum ſecũdum formam Cle. Dudum. §. Statuimus, De ſepult. admittuntur, & licentiam ab eiſdem habent, & poſſunt audire, & abſoluere. Aut abſolute repelluntur a dictis prælatis nec eis licentiã exhibere volunt, & liberè ac licitè poſſunt confeſſiones audire, & abſoluere, apoſtolica auctoritate: eo. §. Verſic. Nos ex nunc. Aut prædicti prælati eis licentiam exhibent, ſine prædicta ſolemnitate ſeu forma, Cle. & etiã poſſunt ſic confeſſiones audire, & abſoluere, ſecundum directorium li. 1. tit. 15.

Qñ, & qũo fratres Prædicatores, & Minores poſſint ſine Epiſcopi licentia confeſſiones audire.

Sed nunquid ſi prælati eccleſiarum in prima oblatione reſpondeant prouincialibus, prioribus, & miniſtris, ſeu miſſis ab eis, non eligatis neq; præſentetis aliquos, quia non admittemus eos: poſſunt electi a prioribus, & miniſtris ſine alia præſentatione, auctoritate Papæ confeſſiones audire? Reſpon. ſecundum directoriũ, vbi ſupra. Sic, quia in his, quæ certa ſunt, non eſt locus coniecturis. ar. in Cle. Quamuis de appella. Nec refert, an prius, vel poſterius, hoc denegent.

Nota, ꝑ fratribus Præd. & Minor.

Quid ſi prælatus expreſſe non recuſat dare fratribus hanc licentiam, ſed non dat, vel negligit? Reſpon. gloſ. & Imo. in eo. §. Statuimus. videtur, ꝙ poſt trinam requiſitionem ſuccedat priuilegium huius conſtitutionis, ac ſi expreſſe recuſaret. ar. ca. 1. De ſuple.

Poſt trinam requiſitioné ſuccedit priuilegiũ pro fratribus Præd. & Minor.

ſuple.negli.prela. & De appel.c. Ab eo.li.6.

Quid ſi haberi non poteſt copia prælati, vel eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus a iuriſdictione? Reſp. Imo. ſecundum Pau. in primo caſu peti debet licentia a ſuo vicario in ſpiritualibus, ſi eum habet, De tempori. ordi. Cum nullus. in 6. Si vicarium non habet, malicioſe facit, & videtur ſuccedere priuilegium huius conſtitutionis: licet ſit tutius petere a Papa, vel ſuperiore epiſcopi. 11. q. 3. Cum ſumus: vel ſufficit requirere præſentiam prælati in loco debito, & proteſtari. ar. eorum, quæ not. De elec. in cap. Cupientes. §. Quod ſi partes viginti. in 6. Si nõ habet copia prælati ſuccedit adhuc priuilegium.

In ſecundo caſu quando eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, debet adiri ille qui habet ſupplere negligentiam prælati, & defectum. De conceßio. prabẽ. Quia diuerſitatẽ.

Caput Vndecimum.

AN prælati eccleſiarum poßint recuſare aliquem fratrem ſibi præſentatum ad cõfeßiones audiendas ex nuda voluntate, & ſine caſua: Reſp. in eo. §. Statuimus, Imola ſecũdũ Io. Mona. ꝙ non: Nã ſequeretur iniquitas. ſ. ꝙ per ſolam maliciam, perſona idonea ab hoc officio repelleretur, non ſine ipſius iniuria: contra id quod habetur. ff. Qui ſatiſda. cogan. l. ſi vero. §. Qui pro rei Niſi iuſta de cã Eps non põt fratrem præſentatũ recuſare, quin eũ ad confeſſ. audientiam admittas.

qua

qualitate. Ex cauſa tamen: vt quia non ſit idoneus: vt in tex. hic patet. Et dicit gloſ. bene poſſet prælatus recuſare: alias, nõ nocet recuſatio: quia ſuccedit licẽtia Papæ, per ea quæ dicũtur in verſi. Si vero, ſecũdũ Io. Mo.

Quæro de quibus prælatis hic intelligatur? Reſpon. vt in gloſ. ſuper verbo, Prælatorum, in. §. Statuimus; ꝙ de epiſcopis, & ſuperioribus. Item ſecundũ Paulum, & Ioan. de Imo. intelligitur de prælatis, qui ex priuilegio vel cõſuetudine ſunt prælati: De conſanguinita. & Affinita. cap. 1. Quod eſt verum, ſecundum Ioan. Mo. quando tales habent iuriſdictionem, quaſi epiſcopalem in loco; & nulli ſubſunt Diœceſano. de quibus in ca. Abbates: De priuileg. in 6. Et quo ad loca talium non ſufficeret licentia Diœceſani, per id quod in tex. habetur, vbi datur licentia, ꝙ audiant cõfeſſiones ſubditorum ſuorum. Et ſede vacan. ſecundum do. Card. & Imo. hanc licentiam dabat Capitulum dictis fratribus.

An dicti fratres in confeſſionibus audiendis habeant facultatem ampliorem quã curati. Dicendum ſecundum Guiliel. & Imolam in dicto. §. Statuimus, ꝙ ſic, in aliquo: vt quia curati non poſſunt audire niſi parochianos ſuos tantum: alios non, ſine licentia, vel epiſcopi, vel curatorum illorũ. Fratres autem poſſunt audire omnes de diœceſi

Qũo Fratres pd & Min. habere dicãtur ampliorẽ poteſtatẽ quã curati.

ceſi ſeu prelato loci ſubiectos: intantũ quòd, ſiue concedant licentiam, prælati locorum, ſiue non; iſta cõſtitutio eſt fratribus loco cõ-teſsionis; et vim alias habere debere dicit totum Papale, quod hic diſponitur. Et ſic videtur, ꝙ poſsint exeptos abſoluere; & per cõſequens, ſcolares, religioſos, exemptos, qui ſunt in ſtudio de licentia ſuorum prelatorũ, ſi volunt eis confiteri. Et etiam religioſos abſentes à ſuis prælatis, & prælatos exemptos, qui immediate ſubſunt Papæ c. Ne pro dilatione: De pęni. & re. In aliquo tamen fratres minus poſſunt quàm curati, qui ſubditos ſuos poſſunt audire infra diœceſim & extra. Sed fratres præſentati, ſecundum formam dictæ Clemen. non poſſunt ſubditos prælatorum audire, niſi intra Diœceſim, vel locum. Tamen, vt dicit glo. in verbo. Auditur enim. Si aliquis confitetur fratribus bona fide extra diœceſim credens fratres habere hanc poteſtatem, tutus erit, quo ad deum; De electio. ca. Dudum; quamuis non ſit verè abſolutus, ex vi talis abſolutionis, per textum huius Clemen. vt dicunt Guilhel. & Pau. Sed tutus non eſſet, quo ad Deum, ſi ſciret fratres hanc poteſtatem non habere. Paulus tamen dicit, ꝙ prælati dare poſſunt hanc licentiam fratribus, vt ſubditos ſuos audiant extra diœceſim, quia eſt voluntariæ iuriſdictionis: vt notatur:

Quãdo fratres præd. & min. habeãt minus poteſtatis, quã curati.

De Offi. lega. in capitu. Nouit.

Qño ãplior ſit curatorũ ptãs quã fratrum.

Secundo curati plus habent poteſtatis: quia poſſunt cõmittere alijs, vt audiãt ſuos parochianos: ſecundum D. Cardi. quod fratres nequeunt, cum non ſint neq; ordinarij, neq; delegati, ſed nulli miniſtri; vnde nec in eis cadit aliqua prælatio, & per conſequens, nec aliqua ſubiectio ex parte confitentium. Quid ſi fratres non habent locum in ciuitate, vel Diœceſi illius epiſcopi a quo licentiam audiendi confeſſiones petunt; ſed habent ibi in vicino? Reſpon. vt dicit gloſ. in d. §. Statuimus. ſuper verbo non habent. Dato, ꝙ fratres nõn habeant locum Mutinæ: poterũt tamen prælati dictorum ordinum licentiam hanc petere ab epiſcopo Mutinenſi, & pro ipſa Diœceſi electionem facere fratrum, qui confeſſiones hominum dictæ Diœceſis audiant; vt hic in tex.

Quid de poteſtate fratrũ locũ in Diœceſi nõ habentium.

Caput Duodecimum.

Non niſi iuſta de cauſa, põt reuocari licentia, q̃ audiẽdis cõfeſsionibus fratribus data.

NVNQVID prælati eccleſiarum poſſint reuocare licentiam fratribus datam, ꝙ audire poſſint confeſſiones. Dicendum ſecundum gloſ. in verbo, Exceſſerint. in eo. §. Statuimus. Non; ſine iuſta cauſa; De reg. iuris. Quod ſemel. in 6. Quando ex priuilegio Clementis quarti fratres habent, ꝙ

hęc

hæc conceſſio morte concedentis non expirat; ſed durat poſt mortem prælatorum donec eccleſijs prouiſum fuerit de Paſtore. Idem Imola. & Ioan. de Ligna.

An poterit parochianus confiteri prædictis fratribus non petita licentia a proprio ſacerdote Reſpon. ſecundum gloſſ. in verbo, Libere ſit; vt indicat, verbum libere, hic poſitum, facit quod habetur; De pæn. Licet epiſcopus. Et hoc eſt tenendum licet contrarium dicat. Io. Mo. ſecundum Io. de Imo. Vtrũ autẽ confeſſi fratribus teneantur ſaltem ſemel in anno confiteri ſuis curatis. Reſpon. ſecundum Do. Abb. Siculum in cap. Omnis: De pæn. & re. Secundum Ioan. And. confeſſi fratribus Prædicatoribus, Minoribus, Carmelitis, & Eremitanis non tenentur: quia ſunt ſpecifice priuilegiati, in hoc, per extrauagantem Ioan. 22. Vas electionis. Si autem ſint fratres alterius religionis bene tenentur eius confeſſi iterato confiteri curatis ſuis. Quod eſt verũ etiam ſi ab iſdem curatis habeat rite generalem licentiam, vt poſſint ſibi eligere confeſſorem; vt dicit gloſ. Hoc & Hoſtien. Quia intereſt proprij ſacerdotis audire ſemel in anno confeſſionem ſubditorum; cum habeat eis Euchariſtiam miniſtrare, & alias non poſſet exequi pænã c. huius, ſcilicet, arcere

Cõfeſſi fratrib⁹ 4 ord. mendicãtiũ, nõ tenentur ſemel in anno ſuis curatis cõfiteri.

Confeſſi fratribus, præterquã Mendicãtibus, & de licentia curati, iterato confiteri ſuis curatis tenentur, ſaltem ſemel in anno.

ab ingreſſu eccleſiæ non confitentem. Idem tenet domi. Ant. de but. in eo. c. Omnis; & glo. Pau. & Io. de lig. Stephanus, & Guil. in Clemen. Dudum. §. Statuimus præalleg.

Aſſerenti ſe ēt fratribus pręd. & min. cõfeſſum, niſi conſtet oppoſitũ, nõ ē neganda cõmunio.

Vtrum dicenti ſe confeſſum prædictorũ ordinum fratribus, teneatur proprius ſacerdos euchariſtiam indiſtincte miniſtrare. Reſpon. ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. artic. 3. q. 2. Et Sco. in ea. diſt. Aut ſacerdos habet probabilia indicia, ꝙ ille verum non dicat: aut non habet. Primo caſu non tenetur ſacerdos, vt cum ſubditus erat excommunicatus; niſi faciat fidem, ꝙ eſt confeſſus illi, qui poterat eum abſoluere. Secundo caſu tenetur miniſtrare; eo ꝙ, hoc, ꝙ. ſ. ſit verè pęnitens, & verè confeſſus, non cadit ſub probatione, cum dependeat ab eius ſubditi voluntate: & ideo debet eum reputare idoneum ad ſuſcipiendum euchariſtiam, ſi affirmat ſe iſtis verè confeſſum.

Caput Tertiumdecimum.

Si poteſtatẽ in foro conſcientiæ habeant Præd. & Min. circa caſus Epiſ reſeruatos.

QVAM poteſtatem habent dicti fratres abſoluendi in foro pęnitentiali? Dicendum, ſecundum Io. de Ligna. in ca. Omnis, De pęn. & re. ꝙ per dictam Clemen. Dudum. abſoluere poſſunt ab omnibus caſibus exceptis præciſe quæ in iure reſeruantur epiſcopis; vnde poſſunt abſoluere a caſibus quos epi-

ſcopi

ſcopi ſibi reſeruant per ſtatuta ſynodalia, vel prouincialia, vel ex conſuetudine ſuæ Diœceſis, etiam ſi epiſcopi dictos caſus non concedant, quod probatur ſic: dicta Cle ſtatuit, ꝙ dicti fratres non poſsint abſoluere, niſi a caſibus a quibus poſſunt curati ab ſoluere, qui eis permittuntur a iure, niſi ipſi epiſcopi vellent plus conferre eis. Sed vt Guil. Dura. dicit, ꝙ non obſtante, ꝙ doc. ponant multos caſus epiſcopis reſeruatos, curati.n.poſſunt ab omnibus occultis quæ in iure non ſunt epiſcopis reſeruata, & quę non ſunt ipſis ſacerdotibus directe, vel per aliquam conſequentiam interdicta. Licet ergo epiſcopi poſsint reſeruare certos caſus qui de iure competunt inferioribus, hoc tamen non poſſunt niſi in duobus caſibus. Primo cum aliqui fuerint legitime deprehenſi, ꝙ merito fuerint tali poteſtate priuandi. Secundo indirecte, per aliquam conſequentiam: vt cum aliquis caſus euenerit; in quo ad vtilitatem communem expediat, ꝙ talem caſum retineat; & aliter non; 11.q. 1. Peruenit. Non autem expedit vtilitati communi reſeruari tot caſus; quia hoc eſt ponere laqueos in viam ſalutis. Sed ſi dixeris, epiſcopos omnino ſibi poſſe caſus plures rationabiliter reſeruare: Reſp. verum quo ad ſacerdotes parochiales cum ſint de foro epiſcoporum; & eorum conſtitutionibus

Vide Conc. Trid ſeſſ.13. c. 8. & ſeſſ. 14. can. 11.

ſubie

ſubiecti, nõ autem quo ad fratres prædictos qui eſſempti ſunt; nec eorum ordinationibus ſubiecti; vt: De exceſ. præl. cap. Nimis praua. Cum igitur non poßint dicti fratres abſoluere a caſibus epiſcopo reſeruatis in iure, vt dicitur in Clem. Dudum. §. Statuimus; ergo poßunt ab omnibus alijs, qui vel conſuetudine loci, vel ſynodali conſtitutione epiſcopis reſeruantur; quia vnum negando, aliud tacendo conceßit. diſt. 25. Qualis. Nec poſſunt prælati dictam conceßionem reuocare, vel defalcare; nec directe negando licentiam audiendi; quia nihilominus habent per Cle. Dudum. §. Statuimus. Ver. Nos ex nunc. nec indirecte prohibendo parochianos ne confiteantur eis: extra, De priuile. cap. Quanto. nec per retentionem multorum caſuum, quia fieret in fraudem legis; quod fieri non debet. Hęc Ioh. De Ligna. cum quo concordat Guilhel. Duran. in repertorio ſuo. Et Io. Mona. in c. Cle. & Pet. in directorio, lib. 1. tit. 15. §. 79. vbi diſtinguit de caſibus per ſtatuta ſynodalia, vel prouincialia reſeruatis. quia aut illis non eſt annexa aliqua cenſura excommunicationis, vel ſuſpenſionis, & fratres poſſunt abſoluere. aut eſt eis annexa, & non poſſunt, quia tunc abſoluendo, non præſtita ſibi poteſtate a prælatis, eſſent excommunicati, In Cle. Religioſi, De priuile.

Nota, quanta hic in Regularium fauorem, de caſuũ reſeruatione dicantur.

Et

Et do. Ab. in c. ſuper ſpicula. ne Cleri. vel Mo. dicit. Hæc faciunt ad quæſtionem quã poſuit glo. in Cle. Dudum. De ſepul. 1. verbo confeſſionem: vbi datur poteſtas fratribus prædicatoribus, & minoribus, abſoluendi: ita, ꝙ non habeant ampliorem poteſtatem quam curatis parochialibus ſit a iure conceſſa: vbi glo. quærit: an epiſcopo reſtringente poteſtatem parochialiũ in aliquibus, quæ ſibi reſeruat; videatur per conſequentiam reſtricta poteſtas fratrum. Et determinat ibi glo. ꝙ ſic. Sed certe potius tenerem oppoſitum per verba. Cle. quæ dat poteſtatem fratribus tantam quãta a iure conceſſa eſt curatis ſacerdotibus. Vnde pondera verbum, a iure, & tempus conceſſionis. Veniũt ergo omnes caſus preter illos quos iüs ſpecialiter reſeruauit epiſcopis. Papa autem non habuit ibi reſpectum ad conſtitutiones epiſcoporũ, quæ variantur ſecundũ loca, & tempora, & in facto conſiſtunt. Ar. de conſtit. capitu. 1. libro. 6. Hęc Abba.

Quamuis videatur poſſe teneri opi. Io. de Ligna. & eum ſequentium quo ad reſeruationem caſuum epiſcopalium reſpectu fratrum. Tamen: quia glo. in d. Cle. Dudũ Car. Pau. Iaudunenſis, Steph. & Zenzelinus dicunt, ꝙ immo reſeruatio caſuum a prælatis indicat fratribus, ideſt, ꝙ non poſſunt abſoluere fratres a prædictis re-

ſeruatis. Ideo ad omnem ambiguitatem tollendam tutius eſt, vt a prælatis petamus auctoritatem caſuum ſuorum, quos ſibi volunt reſeruari, & quos volunt nobis concedere. In qua re attenenda eſt doctrina Io. And. quam ponit in gloſa ſua, in c.2. extra, De offi. vica. dicens. Si epiſcopus facit vicarium, & aliquid exprimit de his quæ requirunt ſpeciale mandatum cum clauſula generali, & omnia alia quæ per nos poſſumus: tunc in foro contentioſo quantum eſt de virtute verborum, etiam ſpeciale videtur conceßiße: in foro autem conſcientię licet de ſpecialibus nihil explicet: ſi tamen alias conſtat de intentione concedentis, ꝙ intendat etiam reſeruata concedere in generali conceßione, illa collata eſſe, ſatis intelligi poſſunt 22.q.1. humanæ: Concor. Monal. in ſumma: vnde videtur pro hoc, ꝙ do. Domi. de S. Gemi. dicit in c. Licet, in fi. De offi. Vica. lib.6. vbi ait: Si epiſcopus concedit vicario ſuo, ꝙ poßit omnia, quæ ipſe poteſt aliquo ſpeciali excepto, omnia poterit illo particulari excepto: nam excipiendo a generali commißione, vnum de his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, videtur conceßiße alia, quæ requirunt ſpeciale mandatum.

Caput Quartumdecimum.

SED *qui ſunt caſus,qui de iure,epiſcopo reſeruantur? Reſpon. Diuerſi diuerſa dixere. Nam Hoſti. tit. de pęn. & re. ponit aliquos Guil. Durā. aliquos in ſuo repertorio; Summa piſana,in verbo confeſſor, primo poſuit.9. quattuor de iure, & quinq; de conſuetudine. Quos declarauit Benedictus vndecimus in extrauaganti, quæ incipit: Inter cunctas. Quam quidem extrauagantem,cum Do. Car. Pau. & alij doct. in Cle. Dudum.§.Statuimus. De ſepul. dicant, ſimpliciter eſſe reuocatam: nullo modo videtur tutum tali declarationi inhęrere. Vnde remittunt ad Hoſt. vbi ſupra.§. Cui confitendum. Et ad glo. Io. And. in c. Si epiſcopus De pęn. & re.li.6.ibi dicit, ꝙ caſus de iure epiſcopo reſeruati, ſunt. Primo maior excommunicatio de ſen. excomm. Nuper. Secundo imponere pęnitentias blaſphematoribus Dei, & ſanctorum: de maledict. cap.2. Tertio ſortilegium, De ſortile. c. 2. Quarto pęnitentia eorum, qui clandeſtinè matrimonia contrahunt, vel contra eccleſiæ interdictum: De matri. cō. contra eccleſiæ interdi. c. 1. & vl. Quinto ſolent de conſue. reſeruari epiſcopo, pęnitentię omnium publicorum enormium criminum: vt oppreſ-*

De reſeruatis caſibus.

Caſus iure Epo reſeruati,quot, & q ſint.

Tarum, patrimonium beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatũ Venuſium. Subinde, Marchiæ, Anchonę, Maſſę, Traberianæ, Romandiolæ, Campanię prouincias Martinę, Terras ardulforum, Bononiam, Ferrariam, Beneuentum, Peruſium, Auinionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alia loca, terraſq; ad Romanam eccleſiam ſpectantes. Et cum prædictis excommunicamus dantes conſilium, auxilium, vel fauorem.

In Imponentes noua pedagia.

47 Item imponentes noua pedagia in terris ſuis.

In abſoluentes ab his caſibus.

Item qui ab aliquo prædictorum caſuum abſoluit in articulo mortis, niſi præmiſſa ſatisfactione, vel ſufficienti cautione, de ſtando ſanctæ eccleſiæ mandatis. In proceſſu curiæ annali Martini quinti, et Eugenij quarti.

Imponentes grauamina, perſonis vel locis eccleſiaſticis.

48 In proceſſu curiæ Pauli ſecundi dicebat, Omnes violatores libertatis eccleſiaſticæ, præſertim imponẽtes collectas, vel quęuis grauamina perſonis, vel locis eccleſiaſticis contra ſtatuta ſacrorum canonum, & qui talia procurant, vel exigunt.

Hæc videtur reuocata vel ſaltem declarata.

49 Item qui imponunt noua pedagia, & qui exigũt prohibita, ſed iſta reuocata ſunt & redacta ſecundũ formam proceſſus Martini proximè dictam, per quoddã breue Sanctiſſ. do. noſtri Sixti quarti, directum Galea

leatio Duci Mediolanenſi, in hęc verba: Nos nobilitati tuę ſignificamus abſoluiſſe de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, additionem illas, Pauli immediate prædeceſſoris noſtri: quo ad pedagia, & alia concernentia libertatem eccleſiaſticam, & decreuiſſe vt illa ſolum quæ in litteris fęlicis recordationis Martini, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum continentur, obſeruari debeant: Hæc ibi. Pedagium eſt quædam præſtatio quæ fit a tranſeuntibus pro rebus, quæ vehuntur, vel portantur: & aliquãdo ſoluitur pro perſona quod alio vocabulo vectigal appellatur a iure ciuili. Io. And. do. Ant. & Abb. cul. in ca. Innouamus: De cenſi.

Pedagium quid ſit.

Solus rex, vel princeps poteſt imponere nouum pedagium, & nouam gabellam: ſed non tamen ſine cauſa licita. Ad hoc c. cum Apoſtolus. §. prohibemus: De cenſi. ſecundum Goff. & Hoſti. Sed nota, quod tam ſtatuens, quam & recipiens, eſt excommunicatus, ſaltem ex mente Ar. C. De ſen. ex pericu. recitan. l. Nuper. §. ſecundæ. Niſi excuſet iuſta ignorã: De Cle. exc. mi. Apoſtolicæ, Hæc do. Ant. de But. in eo. c. Innouamus: De cenſi. vbi etiam do. Abb. Siculus dicit. Princeps, & communitates qui præſcripſerunt ius imponendi Pedagium, attento tempore, cuius initij memoria

Qui poſsint noua imponere pedagia.

moria

moria non extat; videntur poſſe imponere: & ſic intelligitur hoc c. Innouamus. Et habetur in ca. Super quibuſdam: De verborum ſigni. Et communiter præſcripſerunt. Hæc iura Imperatoris: Hæc do. Abb. qui in capitu. Super quibuſdam præallegatis dicit, hodie quaſi omnes ciuitates Italiæ (& quod peius eſt) omnes Caſtellani imponunt iſta pedagia quod fieri non debet; Et Pe. de ancha. in regula poſſeſſor in 6. dicit. Puto iuſtam cauſam imponendi pedagia quando ciuitas pro ſuis neceßitatibus imminentibus imponit ea. vt dicit Bar. in l. vectigalia in princ. ff. de Publicanis: quod & ego verum puto, vt ſimilia ponantur pro refectione pontium, & viarum, & tranſitu fluminis, vel pro cuſtodia ciuitatis, & territorij, ſi gentes armorum ſunt neceſſariæ, pro talibus enim quilibet etiam in foro conſcientiæ eſt obligatus adſoluendum, vt Patriæ cui natus eſt conſulatur. ff. de iuſti. & iure. l. Veluti. Hæc ille. Sed adde ſecundum Ioan. And. in cap. Pleriq;: De immu. eccle. Quod conſtitutio pedagij ex iuſta cauſa promulgata ceſſare debet, ceſſante cauſa pro qua inſtituta eſt. Antiquam quoq; pedagium, augeri ſunt iuſta cauſa nemini licet, quamuis etiam ex priuilegio, vel præſcriptione poßit illud de nouo imponere, ſecundum Io. de Imo. in Cle. 1. ne præla. 6. ſuaſ.

Abuſio in pedagijs imponendis.

Iuſtis de cauſis inponendą ſūt pedagia.

Ceſſante cā imponendorū pedagiorū, & impoſita pedagia ceſſare debent.

Nun

Nunquid imponere gabellam vel augere pro victualibus, & cæteris rebus, quæ in ciuitate deferuntur, ad proprium vſum, liceat. Diſtingue. Aut imponens habet priuilegium; vel hoc ius imponendi gabellam præſcripſit a tanto tempore; cuius initij non extat memoria, & habet iuſtum titulum dominij; & pro defenſione ciuitatis vel alijs expenſis communitatis neceſſarijs ſupplendis imponit. Aut aliquo prędictorũ trium ceſſante imponit. Primo caſu ſecundum viros peritos, & celeberrimos; licet quod ex verbis Pe. de Anchar præſcriptis etiam elicitur. Quod tamen intellige dummodo tantum hæc tangat ciues, & non Forenſes, quia ſic rumperetur humana ſocietas, ſecundũ quoſdã. et do. Abb. in c. Innouamus: De cenſi. Sed de doctoribus, et ſcolaribus, deferentibus, aut deferri facientibus, libros & alia eis neceſſaria ad ſtudium, clarũ eſt, vt in autẽ, habita. C. ne filius pro patre, vbi & glo. & Bal. qui dicit hoc verum de ſtudio, in quo iura vel alię ſcientiæ legitimè docentur: ſicut eſt in illuſtri ciuitate Bononiæ, in qua viguit ſtudium ferè mille annis, vt notatur in c. 1. de magiſtris in Cle. Secundo caſu non licet, ſed & de iure communi tantum; pro rebus quæ deferunt cauſa negotiationis vectigalia, & gabellas licet imponere: immo ſi pro rebus, quæ deferrunt

Quęſtio de pedagijs eo rũ quæ deſeruntur in ciuitatem in propriũ vsũ.

Nota.

Studiũ generale, vt Bononienſe.

runt, ad vſum proprium, pedagium ſeu gabella exigerent, imponitur pęna capitali. vt lege vniuerſi. C. De vectigali. & commiſ. Quod eſt intelligendum, niſi fiat, vt prædicitur. Quod ſit vel non ſit peccatum fraudare pedagia; habes infra in ſeptimo præcepto: & quidem fraudare notabiliter, iuſte impoſita, ſecundum Petrum de Ancharano, vbi ſupra, eſt mortale, vt eſſet in caſu proximè dicto.

Ex proceſſu Pauli ſecundi.

In prohibentes cauſas ne ad curiã romanã deducantur.

50 PROHIBENS ne cauſæ deducantur ad curiam Romanam.

In conſpiratores, & coniurantes, romanã curiã, &c.

51 Item conſpiratores, & coniuratores, contra perſonam, ſtatum, vel auctoritatẽ ſummi põtificis, eorumq; complices & fautores, vel conſiliarij, ſcienteſq; præfatos, & non reuelantes.

In violatores interdictorũ curiæ romanę.

52 Item violatores interdicti, a ſede apoſtolica impoſiti.

In deferentes prohibita Turcis.

Item deferentes ęquos, ferrum, arma, lignamina, & alia prohibita ad turchos, vel alios Chriſti nominis inimicos.

In Piratas &c.

53 Item piratæ maritimi prædantes, mutilantes, vel occidentes; eorumq; auxiliatores, receptatores, vel conſiliarij, quorum bona occupantibus licite conceditur: ſed, qui

Qui cã iuſti belli deprædatur nõ eſt excõicatus.

cauſa iuſti belli prædicta faceret in mari,

non

non incidit excommunicationem hanc.

54 *Item ſymoniaci in ordinibus, vel beneficijs in curia, vel extra curiam, quibus ſi cõcedatur bulla, vt poßint abſolui ſemel in vita, et ſemel in morte, nõ intelligitur a peccato ſymoniæ, niſi ſpecialiter exprimatur.*

Simoniacis abſolutio non conceditur, niſi expreſſe de ea fiat mentio in bulla.

55 *Item prædicantes, vel publicantes indulgentias plenarias, non eſſe ſuſpenſas, vel illis vtentes non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus. Iſta habentur in proceſſu curiæ annali Pauli ſecundi, quæ nõ habentur in alijs proceßibus Martini, vel Eugenij.*

De indulgentia tamen ſanctę Mariæ de angelis penes Aßiſium; quæ ab ipſo Chriſto proprio ore donata eſt; vt in priuilegio Benedict. II. quod incipit. Fundamenta dicitur Papam ſe declaraſſe, de illa in hoc proceſſu non intelligere. Dictum autẽ priuilegiũ habetur Aßiſij cum bulla Papali.

De excommunicationibus quarũ abſolutio ad epiſcopos pertinet. V.

56 LEVITER *iniciens manũ violẽtam in clericum, non prælatum, vel in eccleſia, & huiuſmodi c. peruenit: De ſent. excom. vbi Io. An. dicit. Epiſcopus pro leui offenſa omnes abſoluit pro mediocri, perſonas priuilegiatas, vt hoſtiarios, officia-*

Leuis violẽtia in clericũ nõ ꝑlatũ.

Guidagium quid.

 les,

Enormis, & mediocris violentia.

les, clericos communiter viuentes. De enormi iniectione, dictum eſt ſupra. Mediocris eſt ſecundum Hoſt. in ſumma: De ſen. excõ. .§. Quis ſit effectus. & do. Anto. in c. Cum illorum eo. tit. Quando par imparem in loco priuato, non pleno ictu, iniurioſe clericum percutit ex deliberatione, citra ſanguinis effuſionem. Leuis quando leuiter trahit, vel impellit clericum iniurioſè, vel trahit per habenas, aut impẽdit illi bufetũ.

Leuis violẽtia.

In exigẽtes pedagia.

57 Qui exigũt pedagia, vel guidagia per ſe, vel per aliũ nomine ſuo, vel alieno, a perſonis eccleſiaſticis, pro perſona, vel rebus, quas non cauſa negociationis deferunt. Si perſona eſt ſingularis, eſt excommunicata. Si collegium, vel vniuerſitas interdicta; nec abſolui debet ab excommunicatione, vel interdictum relaxari: niſi prius exacta plenarie reſtituant, & de traſgreſſione ſatisfaciant c. quamquam. De cenſi. in 6.

Quid ſit pedagium dictum eſt ſupra.

Guidagiũ eſt quando aliquis datur, vt tute quis ducatur per terram alterius, non tamen peccat ruſticus aliquid accipiendo, vt tute tranſeuntem ducat, ſecundum Io. An. & bene; quia locat operas ſuas: nam intelligitur hic, de eo qui tenetur ad hoc; vt domini ciuitatum, qui tenentur territorium ſuum cuſtodite ſecuriter; vnde ipſi non debent accipere precium. Secus in

aliјs

alijs locantibus operas ſuas:do. Abb. in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. Adde ſecundum Gerar. Odo. in 4. diſtinct. 15. Quod vectigal ſeu gabella imponitur a communitate, vel principe tantum, ad tutelam mercatorum propter latrones. Ceſſante vero cauſa, ceſſare debet effectus. Sed vbi imponuntur noua vectigalia in grauamen mercatorum; non dubium quin reſtitutio ſit facienda. Sed emptores redditituum clericorum non gaudent hac immunitate, quia ſoluere tenentur gabellam ſecundum Archidiac. in d. decretali. Quamquam. Per quam videtur, ꝙ tota Italia eſt interdicta, ſecundum Stephanum. Et clerici irregulares non ſeruantes interdictum; ſed dic quòd ex quo interdictum contra vniuerſitatem loci, talia facientis non eſt promulgatum, clerici illud ſeruare non tenentur, ex extrauaganti illa: Ad vitandum ſcandala. Vectigal vel gabella. Nota. Nota.

Quomodo intelligitur, ꝙ accipere pedagia a clericis, probibeatur. Reſpondeo, ſecundum do. Card. in Clemen. pręſenti. De cenſi. probibetur, exactio; non ſpontaneę ſolutionis perceptio, Sed extorſio; ſi pręceßit exactio, quamuis ſequatur ſolutio non coacta. Quomodo prohibeatur accipere pedagia à Clericis.

58 Quicunq; clerici, vel laici, ſcienter, in loco ſacro ſepelierint hæreticos eorumq;

defenſores, receptatores, fautores, vel credentem, qui quo modo ſint accipiendi, dictum eſt ſupra. Nec debeat abſolui; niſi prius publicè extumulent prædictorum cadauera proprijs manibus, ſi ea publicè ſepelientur.: De hæredit. Quicunque: in ſexto.

In fautores hæreticorũ & requiſiti nõ præbuerint auxiliũ Inquiſitoribus.

59 *Poteſtates, & officiales, qui requiſiti non obediunt Diœceſanis, vel inquiſitoribus, hæreticæ prauitatis; in hæreticorum, vel ipſorum credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum, inueſtigatione, captione, & cuſtodia diligenti.*

Tardantes auxiliũ Inquiſitorum.

Aut requiſiti prædictos ſine mora duci non fecerint, ad carceres epiſcoporum, vel inquiſitorum, aliumue locum, ad quem Epiſcopi, & inquiſitores maluerint; donec negocium eorum terminetur.

In non capientes hæreticos cum requiſiti fuerint.

Aut requiſiti non ſtatim ceperint condemnatos, de hæreſi, aut captos pro crimine hæreſis ſine licentia alterius prædictorum liberauerint a carcere.

Præſumẽtes cognoſcere quę ad inquiſitionem ſpectãt proceſſum &c.

Aut ſi dicti officiales cognoſcere præſumpſerint, aut Epiſcoporum, vel inquiſitorum proceſſum, vel ſententiam, contra hæreticos directè, vel indirectè impedierint.

In conſiliantes cõtra inquiſitores.

Aut ſi conſilium vel auxilium contra officium inquiſitionis dederint excommunicationem incurrunt, in quocunq; prædictorum caſuum: De hæreti. Vt inquiſitionem. in 6.

60 *In-*

60 *Inquiſitor vel eius commiſſarius, qui prętextu officij inquiſitionis, illicitis modis pecunias extorqueret, aut ſcienter ob delictum clericorum, bona eccleſiarum confiſcant, vel ſibi aut alijs applicant, ſecundum gloſ. excommunicationem incurrunt: a qua abſolui non debent preterquā in mortis articulo; donec illis a quibus extorſerint plene ſatisfaciant, nullis priuilegijs, pactis, vel remiſsionibus pro his valituris. Tamen ſecundum gl. no. paupertas excuſat. Cle. Volentes: De hære.* Cōtrā Inquiſitores, vel inquiſitiōis cōmiſſarios illicite extorquentes pecunias, p̄textu inquiſitionis ſanctæ.

61 *Poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarij locorum, condentes ſtatuta, contra libertatem eccleſię: eorumq; ſcriptores, iudicantes ſecundum illa, vel iudicata in publicam formam redigentes. Et quicunq; ſtatuta, vel conſuetudines, contra eccleſiaſticam libertatem fecerit obſeruare. Succeſſores quoq; qui de libris communitatis dicta ſtatuta cū primum ſciuerint infra tempus competens deleri non fecerint c. Nouerit. & c. grauē. De ſen. excom.* In contrauniētes libertati eccleſię.

Priuilegium libertatis eccleſiaſticæ duo potiſsimum concernit perſonas, & res clericorum, ne in his vexentur. C. de Epi. & Cle. li. 2. & c. quoniā: De immu. eccle. li. 6. ſecūdū do. Car. in Cle. 1. De vi. & ho. Cle. vel cōſiſtit in priuilegijs datis a deo eccleſię, vel imperatoribus, ſecūdū Inno. Hoſt. & Abb. Declaratur q̄uo in multis contra libertatem eccleſiæ fiat.

in d. c. Nouerit. igitur ſi fiat ſtatutum, vel ſeruetur conſuetudo, vt clerici pro cauſa criminali, vel ciuili capiantur, vel detineantur, aut cogantur litigare in foro laicali; vel contra eos fiant repreſaliæ, vel ꝙ teneantur ad pedagia, vel pro rata ſoluere collectas communitatis, & onera; ſicut pro faciendis foſſatis, pro nuntiorum miſſionibus, conſtructione murorum, pontium, & viarum: ad quæ non tenentur ſecundũ Hoſtien. in ſumm. Io. An. & Archy. & Dominicum de ſancto Gemi. in cap. de immu. eccle. in vi, vbi dicit: Licet poſſeſſio primo eſſet ſcripta dare pro libra, vel ſolido ad collectas in communi, modo mutata perſona, mutatur ſtatus rei. C. De impo. luc. diſtri. l. 1. li. 10. Et hoc conſuluit Bart. cõſilio ſuo, quod incipit. Punctus quæſtionis. In contrariũ tamẽ eſt. Rich. & Ant. de But. vt infra. Bal. in l. Adminiſtratiões. C. De ſacroſã. ec. & do. Car. in d. Cle. 1. Item ſtatuere ꝙ clerici teneantur de contractibus, vel donationibus lucratiuis, ſecundum Anto. de But. in c. Non minus: De immu. ec. vbi prædicta ponit.

Item ꝙ non donentur vel vendãtur poſſeſſiones eccleſia laicis perſonis; quia non ſubeunt onera communitatis. cap. Eos. De immu. ec. lib. 6.

Itẽ, ꝙ donatio vel legatum eccleſiæ facta

non

non valeant vltra certã quãtitatẽ eſt cõtra priuilegiũ cõceſſum eccleſię, ab Imperatore: In auct. De non alienam. vel immutando rebus eccle. §. Si minus. coll. 2.

Si ſtatuatur ne ciues litteras impetrẽt a ſede apoſtolica, quibus extra territoriũ cauſę eorum delegentur: aut per eorũ officiales cognoſcatur de lagatis ad pias cauſas, de decimis, de crimine vſurarũ, de crimine adulterij, & huiuſmodi, quæ de iure ſpectat ad forum eccleſiaſticum c. fi. De re. eccle. non alie. & c. Quoniã: De immu. ec. lib. 6. aut quocunq; ſtatuant de rebus, iuribus, vel perſonis eccleſiaſticis, contra libertatem eccleſiæ eſt. d c. fi. & Lapus in allegatione ſua 92. Ex quo infertur, ꝙ ſtatuentes, ꝙ nullus offerat, niſi in magnis feſtiuitatibus, vel ꝙ ſuper mortuo talis pannus feratur, & tot cerei portentur, eſt contra libertatem eccleſiaſticam.

Si ſtatutũ ciuitatis eſt, vel cõmunitatis, ꝙ vendentes teneantur dare principi, vel cõmunitati, denarium pro ſextario, & clerici ad hoc compelluntur, quando vendunt fructus præbendarũ ſuarũ, ſit contra libertatẽ eccleſiæ ſecũdum Cy. l. in l. omnes. C. De Epy. & cleri. quod tenet Pet. Bar. & Io. de Lig. Ex quo infertur, ꝙ ſtatutũ, vel conſuetudo per quã clerici cogũtur ſoluere gabellas, & collectas de fructibus beneficiorum ſuorũ, Adhuc alia declarantur quæ contra libertatem eccleſię fiũt.

vltra quantitatem fructuum ſibi & clericis ſibi deſeruientibus ſufficientem, eſt contra libertatem eccleſiæ.

Ampli⁹ aliæ contra eccleſiaſticã libertatem declarantur.

Rectores ciuitatum collectas, & talias, vel alias exactiones imponentes eccleſiis, vel clericis, vel iuriſdictionem illorũ vſurpantes; ſi moniti ſemel; ſecundum Hoſt. non deſiſtunt, excommunicati ſunt; cum ſuis fautoribus, & ſucceſſor, ſi infra menſem nõ ſatisfecerit de prædictis, qui vt dicit Io. An. conſenſit in his, propter quæ prædeceſſor fuit excommunicatus, vel conſilium dedit, ſecundum Do. An. Qui addit, nec ſufficit ſi facit quod ius eſt, niſi ſatisfaciat infra menſem: vel officio renunciet. c. Non minus, & c. Auerſus: De Immu. ecc. vbi Io. An. ſuper verbo iuriſdictionem, intelligit ſpiritualem, vel tẽporalem quã rectores hodie non ſolũ diminuere; ſed etiã in totũ ſubtrahere molliũtur. Qui ſi moniti nõ deſiſtũt; excõicati ſunt; & multi hac ſentẽtia ligãtur, qui nõ vitãtur; vt dicit Hoſt. in proceſſu annali curiæ, Pauli ii. prædicti excõicatur Papali excõicatiõe. Sed Sixtus quartus redegit hoc ad ius antiquũ; vt infra dicetur

Bona clericorũ diſtinguuntur.

Quæſtio, ſi clerici ad cõmunitatis collectas teneantur.

Quæro an clerici teneantur ad collectas & onera cõmunitatis ſubeunda. Reſp. ſecũdũ Rich. in quolibetis. Primo videndũ quæ bona habet eccleſia, Secundo de vniuerſo genere onerũ, qui imponitur. Tertio ad qui tenen

Quattuor ſunt vidẽda circa quæſtionem.

nentur clerici,& quomodo. Quarto per quē cogi poſſint ad ſoluendum.

Ad primum dico, ꝙ quędā bona clericorū ſunt pure eccleſiaſtica, vt ſunt primitiæ, decimę, & oblationes, manſus quoq; eccleſię quaſi ſimilis naturæ eſt; de quibus habetur. 23. a 8. §. Ecce, ꝙ Nico. & c. ſecundū canonicam: De cen. ca. 1. — Ad primum

Alia bona habet eccleſia quæ ſibi conferuntur a diuerſis in agris, villis, & reditibus, & huiuſmodi.

Ad ſecundum dico, ꝙ quædam ſunt munera ſordidā quę cū turpitudine exhibētur, vt purgatio cloacæ, calicis coquendæ, arenę fodiēdę. Aliqua ſunt honeſta quorū ſunt quędā extraordinaria, quę videlicet regulariter nō præſtātur, vt cū princeps coronatur, vel maritat filiā, vel facit primogenitū militē. — Ad ſecundū. Clericorum munera connumerātur. Sordida. Honeſta.

Quædam etiam extraordinaria ſunt, quę reſpiciunt communem vtilitatem, & pietatem, vt refectio viarum, pōtium, murorum, fidei, & regni defenſio. — Extraordinaria.

Quædam ſunt ordinaria in triplici differentia perſonalia, realia, mixta. — Ordinaria, & hęc triplicia ſunt. Mixta.

Prima ſunt vt ire in exercitū regis ſumptibus eius, & iſta dicuntur angaria. — Perſonalia.

Secūda. ſ. realia preſtātur pro re, vt quod aliquis pro fundo, vel vinea, preſtet duos denarios, & ſoluat pro modulo facultatum ſuarum, & huiuſmodi. — Realia.

Mixta.

Tertia.i.mixta ſunt, cum quis proprijs ſumptibus vadit.in exercitum regis, quæ dicuntur perangaria. vt in gloſ. c. Non minus. De immu. eccl.

Ad tertium. Ad ſordida non tenētur clerici, nec ad honeſta perſonalia.

Ad tertium dicendum ꝙ clerici non tenentur ad munera ſordida, ordinaria, vel extraordinaria 16. q. 1. §. nouarum & §. Placet. Nec ad munera honeſta perſonalia. C. de ſacroſan. eccl. l. Neminem. & d. §. placet. in gloſ. Ad honeſta ordinaria realia non tenentur clerici de bonis, quæ conſiſtunt de primitijs, oblationibus, decimis, & manſo. 22. q. 8. §. Ecce quod Nicolaus papa & c. ſecūdum canonicum: De Cenſi. c. 1. de alijs autem bonis conſiſtentibus in agris, villis, & redditibus tenentur ad munera realia ordinaria: niſi ſuper hoc libertatē obtinuerint a principe. d. §. Ecce ꝙ & c. Cum ſecundum & c. de cenſi. Non autem tenentur ad ſuperindictum quod eſt tributum de nouo conſtitutum, propter ſuperuenientem vbertatem. Et tantum imponitur ab Imperatore 10. 6. q. 1. §. Placet in glo.

Ad honeſta realia tenentur de bonis tantum, quæ ex villis agris, &c. nō autē ex his quæ de primitiis veniunt, vel oblationib⁹.

Ad extraordinaria quæ in vtilitatē principis tm̄ vergunt nō tenentur, de quibuſcūq; bonis.

Ad extraordinaria quæ vtilitatem principis tantum reſpiciunt, vt cum maritat filiam, & huiuſmodi, non tenentur, ratione quorumcūq; bonorum præfatorum, niſi aliqua bona ſub tali pacto eccleſiis collata eſſent. Si autem munera extraordinaria re-

ſpi

ſpiciunt communem vtilitatem laycorum tantum, non tenetur de prædictis agris, vel villis; nec etiam quando reſpiciunt: communem vtilitatem laycorum, & clericorũ; vt refectio murorum, viarum pontium, & patriæ defenſio: quando laicę facultates pro cõmunibus uſibus deputatę ad hoc ſufficiũt. Vel ſi non ſufficiant; & layci cõſiliũ clericorum, ſuper talibus negocijs non requirunt: ſic.n. ſibijpſis præiudicant cũ videãtur clericos contemnere, & honorem eis debitũ non exhibere. ar. c. Dilecti filij in tex. & in gl. de priuileg. Et de inut. peti. c. 1. Si autem clerici a laycis requiſiti conſentiunt; tenentur ad huiuſmodi onera; ſi non conſentiunt, nec adhuc imminet neceſsitas; quia viæ & pontes, ſatis ſufficientes ſunt, ſed ciues volunt talia meliorare, clerici nõ tenentur. vbi vero imminet neceſsitas; quia propter vias, & pontes deſtructos, currus & quadrigę non poſſunt ad ciuitatem venire ac neceſſaria clericis & laycis ferre: dico ꝙ clerici tenentur ſoluere, pro portione ſua, ratione agrorum, & villarum, nõ autem de alijs præfatis bonis. Nec enim naturali ratione ęquum eſt: vt clerici locupletiores fiant ad laycorum expẽſas. ff. de cõdi. in debi. l. ſi nõ. &. C. de ſacroſan. eccl. l. Adminiſtrationes, vbi aperte dicitur, ꝙ ad prędicta tenẽtur; quia lex cum reuocata expreſſe nõ fuerit,

Neq; tenentur vbi vergunt in cõmunitatis vtilitatem clericorum etiam & laicorũ ſimul.

Vbi imminet neceſsitas velut põtis, requiſiti tenentur clerici pro portione cõtingenti.

fuerit, & promptum ſit iura iuribus concordari; debent ergo, illæ decretales. Non minus &c. Aduerſus, ſic exponi, vt illi legi non repugnent.

Ad quartũ.

Ad quartum dico, ꝙ ſi clerici vltra primitias, decimas, oblationes, & manſum habent alia prædia, vel redditus eccleſijs collata, aut patrimonialia, quæ poſt eorum mortem ad laicos reuertentur, pro dictis oneribus ad communem vtilitatem, modo antedicto cogi poſſunt ad ſoluendum portionem, eos contingentem, per iudicem ſecularem. Cum non ſit perſonalis coactio, ſed realis; nec dictæ poſſeſſiones, vel redditus exempta ſint à iuriſdictione temporalium dominorum. Contra hoc videtur c. fi. De vita, & honeſta. clerico. Vbi & doc. plures contrarij ſunt huic opinioni. Vbi autem clerici tantum haberent primitias, decimas, oblationes, & manſum: de quibus tenerentur ad prædictam communem vtilitatem, nullatenus cogi debent a iudice ſeculari: quia hæc ſunt leuitica portio, exẽpta omnino a iuriſdictione laicorum: vt in d. §. Ecce, ꝙ Nicolaus & c. ſecundum canonicã: De fo. compe. c. 2. & c. Si quis contra clericum. Debent autem in tali caſu conſules recurrere ad ordinarium: vt clerum ad hoc compellat: & ſi noluerit ordinarius illos compellere, ad Papam recurrẽdũ eſt. Quod

Qũo poſsũt cogi ad collectas clerici, & quãdo.

ſi lai

ſi laici commodè nequeant ſine magnò detrimento, poſſunt clerum inducere ponendo quoddam aſsiſſum ſuper venalia, communia clericis, & laicis, ſine fraude, tamen ſeruata proportione debita. Vt gratia exēpli. Tabernarius qui prius non poterat vendere quartam vini, niſi quattuor denarios, conceditur, q vendat quattuor, & dimidiū, quod dimidium ſit communitatis, pro refectione pontium viarum, & huiuſmodi. Hoc enim faciendo clerici non coguntur à laicis coactione ſufficienti, contra libertatem eccleſiaſticam; quia clerici non tenentur illa emere; vehementer tamen inducuntur, quia magnū detrimentū incurrerent ſi non emerent. Et quia illa venalia per aſsiſſum vēdūtur carius; ſequitur, q indirectè clerici ſoluunt illud quod directè ſoluere tenebātur. Hæc Rich. in quolibet. Sed dō. Ant. in c. Nō minus: De immu. eccle. dicit indiſtinctè; q excepto manſo, decimis, oblationibus, & huiuſmodi ſpiritualibus, de quibus excuſatur eccleſia. d. c. ſecundum canonicam, & c. 1. De cenſi. tenentur clerici ad collectas: quæ imponuntur alicui ad menſuram bonorum, quæ videlicet transeunt in eccleſiam. 18. di. Si epiſcopus. 28. queſt. 4. Si nobis, & ca. Sepe principes. Nam iſta tranſeunt cum onere ſuo: De deci. ca. Paſtoralis. Dummodo huiuſmodi collectæ non ſint Quid ſi aſsiſſum ponat ſup venalibus.

ſuper

ſuperindicta vt l. Omnes. C. De Epiſco. & Cleri. Ad gabellas autem quæ ſoluuntur pro donationibus, & alijs contractibus lucratiuis, eccleſia non tenetur; quia nec tenentur clerici, propter lucrum rei translatę in eccleſiam, a curiali quæ appellantur inſcriptiones lucratiuæ. 28. queſt. 8. Sãctius.

Ad gabellas quæ pro cõtractib⁹ ſoluuntur eccleſiaſtici non tenentur.

Ad conſtructiones quoq; pontium, viarum, & murorũ, ſecundũ eũ, non tenentur clerici. Et hoc vult glo. in hoc ca. Non minus. Licet legiſtę contrariũ dicant; vt Iac. de Arena. in l. Adminiſtrationes. C. De ſacroſan. eccle. Reficere tamen viam ante domum quilibet tenetur. ff. de via itinereq; publi. l. fina.

An ad reſarciendas vias clerici teneãtur

Reficere viã ante domũ ſuam quilibet tenetur.

Ad obſequia autem perſonalia; nunciorum miſsiones, & hoſpitia, non tenentur clerici; ſicut nec ad munera ſordida, calcis coquendæ, foſſati fodiendi, & huiuſmodi: vt in hoc tex. dum dicit expeditiones .i. caualcatas. & C. de Epiſco. & clerici. l. 1. & 2. Tamẽ ruſtici, & coloni eccleſiæ ab his nõ excuſantur. C. De ſacroſanct. eccleſi. l. Neminem. Hæc domi. Ant. Quæ intelligenda mihi videntur ſecundum diſtinctiones Richar. vt ſupra.

Ad obſequia perſonalia vt ad hoſpitia, nõ tenentur clerici.

Quid de clericorum colonis.

Quid ſi auctoritate domini temporalis, vel ciuitatis, conſules pro exonerandis debitis per communitatem contractis imponũt aſsiſſum ſuper venalia; quæ & Clerici emũt?

Non fit iniuria clericorum, ſi ponatur aſsiſum ſuper venalibus pro ſo

Reſpondeo ſecundum Richar. in quolibetis Si debita ſunt contracta ad vtilitatem: tã clericorum quam laicorum, & hoc aſſiſſum fiat, non ad iniuriãdum clericos, nec ſuper venalia, quæ frequentius emuntur a clericis, quàm a laicis, aut ab extraneis, quàm a ciuibus, aut a pauperibus, quàm a diuitibus; ſed communiter, & indifferenter ab omnibus prædictis, licite fieri poteſt. Et decretales illę. Non minus & c. Aduerſus. loquuntur in caſu quando illa vtilitas non eſt communis clericis, ſed laicis tantum. Richar. lutione debitorum factorũ in vtilitante communem etiã clericis.

62 Domini prohibentes ſubditis ſuis nę aliquid vendant prælatis, aut perſonis eccleſiaſticis, vel emant ab eiſdem, vel nę eis bladum molant, coquant panem, & alia exhibeant obſequia, excommunicati ſunt. capit. Eos. De immu. eccleſi. in. 6. Dominicus ibi dicit. Secus in his, qui non habent dominium, talia facientes. In Dominos tẽporales ꝓhibentes, ne qd eccleſiaſticis vendatur, &c.

63 Vſurpantes de nouo. i. a 40. annis citra, ſecundum Glo. Regalia; quæ videlicet a Regibus ſunt eccleſijs conceſſa, cuſtodiã, ſiue guardiã cũ. ſ. dicũt ſe debere cuſtodire, donec de prælato ſit prouiſum; vel bona vacantium eccleſiarum, monaſteriorum, vel priorum locorum: monachi quoq; clerici, & certę perſonę dictorum locorum hoc fieri procurantes, cap. generali. De elęc. in 6. In Vſurpantẽs regales conceſſiones de nouo.

64 Re

In cõcedentes repſalias cõtra eccleſiaſticas pſonas, vel res: Et in extẽdẽtes cõceſſas. Hic vniuerſitates interdicuntur, nõ excõicãtur. Exemplum.

64 *Repreſaliæ contra perſonas eccleſiaſticas, vel bona earundem concedi, vel conceſſæ non debent extendi. Contra facientes, niſi reuocent infra menſem, reintegra, ſingulares, ſunt excommunicati: vniuerſitates interdictæ ca. Et ſi. De iniu. in 6. Exemplum ſecundum Gloſam. Cum pro credito clerici vnius diœceſis, contra clericos alterius diœceſis, in qua eſt debitor: ſeu pro credito vnius laici, vnius diœceſis contra laicos; & clericos alterius diœceſis, vel dum ille cui conceduntur contra laicos, extendit contra clericum, qui non eſt eius debitor: qui ſi eſſet repreſaliæ non eſſent, & pœna huius excommunicationis ceſſaret.*

In aggrauãtes, non èligentes eũ, p quo rogabatur in monaſterio &c.

65 *Grauantes per ſe, vel per alios aliquã perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, ſeu bona, pro eo, ꝙ eum pro quo rogabatur, eligere noluit in eccleſia, monaſterio, vel alio pio loco, ſunt excommunicati, ca. Sciant cunti. De electio. in 6. vbi glo. Si etiam epiſcopus grauauerit: excommunicatus eſt. Et eſt hic caſus in quo percutiens laicum eſt excõmunicatus.*

Cõtra impedientes cãs quę ad forũ eccleſiaſticũ ſpectant de iure &c.

66 *Excommunicati ſunt, qui impediunt ſuper cauſis, quę ad forum eccleſiaſticum de iure, vel de conſuetudine pertinent, litteras a ſede apoſtolica impetrari; vel ſuper ipſis coram ordinarijs, vel delegatis eccleſiaſticis litigari. Et qui in prædictis dant*

conſilium, auxilium, vel fauorem: nec abſolui poſſunt niſi talem iudici, cuius cognitio fuit impedita, vel iuriſdictio vſurpata; quam parti quæ turbata eſt in perſecutione ſui iuris; de iniuria damnis, experſis, & intereſſe ſatisfiat c. Quoniam: De immu. eccle. in 6. Vbi Archydiaco. & Io. And. dicunt, q ſi tales ante prædictam ſatisfactionem fuerint abſoluti, non tenet abſolutio. Adde ſecundũ Ab. Sicul. in c. Tuam: De orbi cogni. Iudex laicus de nullo ſpirituali, nec principaliter, nec incidenter reconuenienđo cognoſcere poteſt; De Iudicijs. Decernimus; & c. Quanto. qui filij ſint legit. Exemplum de primo. Cũ enim matrimonium ſit de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, non poteſt cognoſcere de illo, cum inter cõiuges agitur de eius validitate: De ſpon. per totum: vel de legitimitate filiorum quia depẽdet a validitate matrimonij, vt hic: vel de crimine adulterij, periurij, vſurarum, ſymoniæ; vel de rebus beneficialibus, de oppreſſione pauperum, & huiuſmodi. De crimine vero ſacrilegij, iudex laicus iudicare etiã poteſt, ſi inuaſores rerũ eccleſiaſticarum corã ſe cõueniantur: De ſo. cõpe. cũ ſit generale. Exẽplũ de ſecũdo. vt cũ cõtra laicũ agẽtẽ in foro ſeculari, excipitur de excõicatiõe; quia iudex laicus dẽt remittere hũc ad eccleſiaſticũ. De cauſis quę ſecũdũ cõſuetudinẽ ad fo-

Conſiliantes auxiliantes.

Exemplum.

Exemplum.

rum ſpectant eccleſiaſticum cuiuſq; loci. In hoc ſeruanda videtur conſuetudo; nec certa regula præfigi poteſt omnino.

In cōmodātes vel locātes domos alienigenis, vſurarijs manifeſtis, ad fęnus exercēdū ſi particulares ſint.

67 Excommunicati ſunt clerici, qui ſcienter manifeſtis vſurarijs alienigenis, de quibus videlicet notorium eſt de iure, vel per facti euidentiam, ſecundum glo. locant domos vel alio titulo concedunt; ſicut commodati, vel pignoris, ad exercendum fęnus. Si epiſcopi, & ſuperiores, ſuſpenſi ſunt, ca. 1. De Vſur. in 6. Et hic comprehēduntur Iudęi, ſi ſunt vſurarij manifeſti, alienigenę ſecundum Pau. Et Dominicus in d. c. 1. & Lau. de Flo. in tractatu de vſuris. ac Bal. in cōſilio quod incipit, Inter Iudęos.

Superiores ſuſpendūtur vniuerſitates interdicuntur.

In officiales cōmunitatū in materia vſurarū.

68 Officiales communitatum, facientes, dictantes, ſcribentes ſtatuta, ſuper vſuris ſoluendis non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa, ſi poſſunt de iure, & de facto, ſecundum glo. infra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, aut cōſuetudines eiuſmodi, excommunicati ſunt. Cle. ex graui: De vſur. vbi Io. de Imo. dicit; Domini & officiales eorum, qui tributum recipiunt a Iudæis propter vſuras, quas permittunt exercere: et ob quod creditores, impedirentur repetere vſuras, a ſe ſolutas, in hanc incidunt excommunicationem: vt dicit Guilhel. Per quod dictum, quæ ſi omnes

nes domini: & communicantes ſunt excommunicati. Hæc ille; Ex cuius verbis ſatis liquet: ꝙ domini & conſiliarij alicuius cōmunitatis qui faciunt capitula Iudęis; vt poßint tantum accipere pro libra,& pignora diſtrahere, ac ſimilia facere, in hoc, incidunt cenſuram; ſi nullum circa hoc indultum habeat ſedis apoſtolicę: quod ſi habeāt; non tamen credo ipſos excuſari a peccato mortali propter multas rationes, quas breuitatis gratia nunc prætermitto: quamuis in contrarium edita ſint plura legiſtarum quorundam conſilia, quæ vidi, facile tamē a theologis improbanda. Nota. Nota.

69 *Excommunicati ſunt ſpoliantes naufragium patientes, niſi ablata reſtituant. c. Excommunicationi: De rapto. Vbi do. Abb. Siculus dicit: vt tales ſint excommunicati oportet, ꝙ prius moniti ſint; vt ablata reſtituant; quia ſecundum theoricam Inno. in c. Extirpandę. §. Qui vero: De pręben. vbi pęna apponi dicitur negatiue, ſine determinatione temporis, ad hoc vt pęnam incurrant, requiritur admonitio. Exemplum lex dicit. Quicunq; non fecerit reſidentiam; ſit excommunicatus; & ſic dicitur hic; niſi ablata reſtituant. Et hoc verum eſt quo ad eccleſiam militantem. Sed ſola mora in reſtituendo ſufficit, quo ad deum, vt excommunicationem incurrat. Et ſecundum*

In naufragos ſpoliantes niſi reſtituantur, &c.

Alias negatiua.

Exemplum.

Nota.

 dum

In ſep[e]lientes hæretico rum, vel eorum fautorũ corpora, loco eccleſiaſtico &c.

dum Io. de Ligna. Communis opinio intelli git de quolibet nauigio non ſolum maritimo; vt dicebat Hoſt. Notat. Ab. in c. Cum dilecti: De accu. Si quis accipit res ex naufragio, quæ pro derelictis habita erant, non eſt peccatum: & efficiuntur occupantis, Inſti: De rerum diui. §. Item Lapilli. Quinetiã ſecundum Bar. Si res quam putat pro derelicta haberi, non ſic habetur a domino ſuo, poteſt eam vſucapere. ff. De acqui. re. do. per totum. Et ſimiliter ſi rem accepit, vt reddat domino ſuo: vt hic dicit glo. Sed quando preſumitur, ꝙ res ſit habita pro derelicto, dic recurrendũ ad coniecturas: quia ſi liber proiectus eſt apertus in mari, preſumendũ eſt, ꝙ animo derelinquendi proiecit. Secus ſi clauſum, & pannis inuolutũ, quia magis vt alleuiaret nauem, & ſic de ſingulis rebus: in quo caſu proijciẽs remanet dominus, & accipiens furtũ cõmittit. Hæc do. Ab. Si.

70 Excommunicati ſunt qui ſcienter eccleſiaſticæ ſepulturæ tradunt hæreticos, eorumque defenſores, receptatores, fautores ue credentes. Nec debent abſolui niſi publice extumulent eorum cadauera proprijs manibus: ſi publice ſepelirunt: ſiue ſint laici, ſiue clerici ſecundum glo. de hęreti. Quicunque libr. 6. Prædictorum nomina quomodo intelligantur dictum eſt ſupra. §. 65.

Queſtio. Conſuetudo, ꝙ quando nauis periclitatur

tur quicquid eſt ibi ſit dominorum , an licita ſit? Reſpond. Gerar. Obdo. in 4. diſtinction. 15. Non immo peſſima eſt, & contra ius poſitiuum, naturale, ac diuinum, cum afflicto afflictio non ſit addenda.

71 *Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio pacificè non poſſedit: in petitorio, vel poſſeſſorio vna diffinitiua fertur in curia: & ſi nulla, ipſa ſententia fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet; quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans excommunicatus eſt: qui ſi ſit de litigantibus, cadit à iure ſuo: nec ſi excommunicatus abſoluitur niſi prius impedimento ammoto, vel occupatis per eum fructibus reſtitutis. Clemen. i. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruc.*

Cõtra impedietes ſequeſtratione beneficij, vł occupantes ſequeſtratos fructus &c.

72 *Excommunicati ſunt, qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliuntur in cimiterijs tempore interdicti, vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios. Nec ab hac excommunicatione debent abſolui, niſi prius ad arbitrium diœceſani, eis quibus per præmiſſa eſt iniuria irrogata, ſatisfactum ſit. Cle. Eos: De Sepul. Vbi Ioann. And. dicit: eis vel quorum fauore fue-*

Cõtra ſepelientes inter dictos vł excõicatos, in cimiterij, vł ẽt manifeſtos vſurarios.

runt latę ſententiæ excommunicationis, vel interdicti, in loca, vel in perſonas, aut quibus debet fieri reſtitutio, quo ad vſurarios, vel clericis quibus in his fuiſſet violentia illata. Excommunicatos intellige ab homi ne, vel a iure, maiori excommunicatione: Interdictos a participatione ſacramētorū, ſecundum Pau. nominatim non ſolū expreſſo nomine, ſed etiā intelligitur de illis, quorum conſilio, fauore, dolo, vel culpa, ſenten tia interdicti lata eſt, ſecūdum Lauden. Manifeſti vſurarij, ſecūdū glo. quia vel confeſſi; vel conuicti in iudicio, aut habent operis euidentiā, quæ nulla tergiuerſatione celari pōt, niſi tales cauiſſent de reſtituēdo, quia ſepeliri poſſent impune: ſed glo. in verbo, ſepelire, dicit. Dubium eſt, ſi ſint excommunicati prælati non prohibentes tales ſepeliri celebrātes ſuper funus officium mortuorum; & omnes illud ſciētes ac fodientes locum ſepulturę. Sed Stepha. Pau. & Io. cal. tenent eos excommunicatos: quod etiā tenendum eſt, ſecundum do. Lau. de Rodul. in ſuo tractatu vſurarū; quando portatur capſa ſuper feretro, & illa ſepelitur tanquā ſi in ea eſſet cadauer alicuius prædictorū. Si tamen inter iſtos ſepelientes, vel comitātes eſſet ignorans factum, vel ius cui licet ignorare, non ligatur hac excommunicatione, ſecundum do. Cardi. & Pau.

Qui intelligātur excōicati.

Qui interdicti.

Qui manifeſti vſurarij.

Dubium.

Nota.

73 Scien-

73 *Scienter contrahentes matrimonium in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito; vel cum moniali eſt excommunicatus. Idem in tacitè vel expreſsè in religione profeſſo; aut in ſacris cõſtituto. Cle. Eos. de conſan. & affini. Licet ſciens gradũ prohibitum, & ius ignorans non excuſetur, tamen gradus ignorantia probabilis excuſat. Et ſi vnus ſolus coniugum ſcit gradũ prohibitum, ſolus ligatur. Et is qui poſt contractũ matrimonium, & couſummatum ſcire incipit cohabitans affectu maritali, etiam ligatur ſecundum glo. Et qui in gradu prohibito contrahunt ſpe impetrandi diſpenſationem, poſt ea nihilominus incidunt in excommunicationem ſecundum Ioan. And.* Contra cõtrahẽtes matrimoniũ in grado prohibito. Nota.

74 *Excõmunicati ſunt magiſtri, & ſcolares Bononiæ, qui ante tempus conductionis conducunt hoſpitia aliorum magiſtrorum, vel ſcolarium ſine eorum conſenſu. c. 1. De Loca. vbi Anto. de But. in additione di cit. Intellige hanc decretalem, ꝙ donec ſit tempus conductionis finitum, ſcolaris, vel doctor alius non poſsit conducere irrequiſitis inquilinis: & ſic artat locatorem ad expectandum totum tempus locationis, antequam poſsit alteri ſcolari locare. Nec valet, ꝙ aliqui dicunt; quia fortè eſt de cõſuetudine certum tempus determinatum, ante finitam primam locationem.* Cõtra magiſtros, & ſcolares Bononiæ.

in quo fieri debet locatio. Vt Bononiæ, in die natiuitatis beatæ virginis. Hæc ille.

Cõtra docẽtes leges, vel Phyſicam in ſcolis, religioſos.

75 *Excommunicati ſunt doctores, vel magiſtri qui religioſos habitu dimiſſo, vel retento ſecundum glo. Docent in ſcolis leges, vel phyſicam: aut eos retinere præſumunt. C. Vt periculoſa. Ne cle. vel mona. in. 6.*

In religioſos clauſtros egredientes ad audiendã Phyſicã, vel leges &c.

76 *Excõmunicati ſunt religioſi, clericiq́; dignitatem vel perſonatũ habentes, & preſbyteri, qui leges vel phyſicam audiunt, niſi religioſi infra duos menſes ad clauſtrum redierint: & reliqui deſtiterint ab audiendo c. ſuper ſpecula. Ne cleri. vel mona. Et ſic intelligit, Goff. Inn. Io. An. & Ant. de But. hanc decretalem.*

Pariter & in clericos, & presbiteros niſi &c.

In ꝓfeſſos, temere dimittentes habitu religionis probatæ, vel cũ habitu ad ſtudia literarũ accedens ſine ſui prçlati licentia &c.

77 *Excommunicatus eſt religioſus, religionis approbatę tacitè, vel expreſſè profeſſus: qui religionis habitum temerè dimittit, vel ſi etiam cum habitu, ſine conſenſu ſui prælati, & maioris partis conuẽtus, accedat ad quæuis ſtudia litterarum, c. Vt periculoſa. Ne cle. vel mona. in 6. ſecundum Pet. de pal. in 4. diſt. 18.*

Hui⁹ excõis declaratio.

Religioſus dimittens habitum vt melius quieſcat, vel quęrat pullices, vel aptius ſcindat lignum, vel proijciant lapidem, vel iocoſa leuitate ad horam currat, non incidit excommunicationem. Hæc Pe. Quæ ita omnino ſunt intelligenda: vt non talis ſe præſen

ſentet aſpectui ſecularium, dum aliquid prædictorum agit: quia ſecundum Io. An. in Nouella. Sed religioſus ſine habitu, vel cum habitu laicali, vel ſecularis clerici, ſine cauſa rationabili, puta mortem vel periculum euitandi apparet conſpectui ſeculariũ excommunicatus eſt. immo ſi ſic illis preſentibus balneum intrat: quod videtur intelligendum, vbi alias ſecreto balneum intrare poſſet preſſus infirmitate: & ſic intellige Paulum, & Iohannem de Imola dicentes in Clementina prima, in fine: De electione. Non eſt excommunicatus religioſus, ſi in ſtuffa vel alio loco habitum dimittit, dummodo temerariè non faciat. Temerarie facere dicitur, qui ex propoſito: & ſine cauſa rationabili facit aliquid de prohibitis. Dominus Cardina. in Clementina. 1. §. Si quis: De ſtatu monachorum.

Notãdũ pro religioſis.

Temerarie, quomodo intelligatur.

78 *Religioſi, qui aliqua dicunt publicè vel priuatè obligatis ad decimas; vt eos retrahant ab eorum ſolutione, ſunt excommunicati. Cle. Cupientes de penis.*

In religioſos publicè vel priuatè obligatos retrahẽtes à decimarũ ſolutione.

79 *Suſpenſus eſt religioſus ab officio prædicationis, quando prædicans, & ſecularium confeſſiones audiens, requiſitus ſuis temporibus ab eccleſiarum rectoribus, vel eorum loca tenentibus, ſcienter omiſit facere conſcientiam de decimis ſol-*

Prędicatores nõ facientes cõſciẽtiã de ſoluendis decimis, cũ fuerint reqſiti ab officio prædicationis ſuſpendũtur, niſi &c.

ſoluendis, donec ſi commode poterit conſite tibus conſcientiam faciat, & ſi interim prędicat, excommunicatus eſt. d. Cle. Cupientes. vbi vero laici receßißent a loco: nec propterea poteſt eis commode facere conſcientiam, de decimis ſoluendis, excuſatus eſt. Tempora iſta, vt in tex. c. ſunt prima, quarta, & vltima Dominica in Quadrageſima, feſtum Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natiuitatis domini, beatæ Virginis, & Ioannis Baptiſtæ, ac Virginis etiam aſſumptione.

Et ſi ſuſpenſi prædicët ex cõicantur.

80 *Religioſi etiam exempti violantes interdictum, poſitum per ſedem apoſtolicam, vel ordinarium loci: vel generalem ceſſationem diuinorum factam, per prouinciale concilium, vel eum qui poßit hoc, ſeruatam per cathedralem, vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: non obſtantibus priuilegijs quibuſcunq;, conſuetudinibus, vel conuentionibus, in contrarium. Cle. Et frequentibus: De ſent. excom. Excommunicatio hæc Papalis facta eſt, quando interdictum poſitum eſt per ſedem apoſtolicam: vt ſupra in proceſſu curię Paul. 2. Paulus de eleazaris dicit hic, Si in matrice eccleſia celebrantur ab aliquibus extraneis inuitis prelatis, & capitulis, poſito interdicto, nihilominus religioſi non ſeruantes excommunicationem incurrent*

In religioſos exẽptos interdictum poſitum a ſede apoſtolica violantes, vel &c

Nota.

Et

Et glo. ibi dicit. Religioſi ignorantes, interdictum poſitum nō ſeruando, non incidunt.

81 Excommunicati ſunt canonici regulares, & monachi, tam albi, ſecundum gloſ. quam nigri; qui nullam habentes adminiſtrationem intrant curias principum; vt damnum prælatis ſuis, & monaſterijs inferant; licet eundi ad illam, licentiam ex ſuis prælatis habuerint ſecundum glo. Cōtra canonicos regulares, & monacos nullā habentes adminiſtratio nē intrantes principū curias in ſuorū prelatorū damnū &c.

82 Item monachi tenentes arma infra ſepta monaſterij. Cle. Ne in agro. §. præfatæ, et. §. Quia vero. De ſta. mo. vbi glo. Armorum appellatio, & fuſtes, & lapides comprehendit, & omne, quod arcu, & manu mittitur. Inſti. De publi. iudi. §. Item, Lex iulia, Septa autem a ſepio is, eſt clauſura in circuitu monaſterij, quam ſine licentia egredi, monachis non licet. do. Cardi. & Laudu. In monacos tenentes arma. Arma. Septa.

83 Excommunicati ſunt religioſi, & religioſę mendicantes, de nouo loca, vel domos ad habitandum capientes, vel habitum ante mutantes vel alienantes Clem. Cupientes. De pœnis. Vel dimittentes: ſine licentia ſpeciali ſedis apoſtolicæ faciente mentionē expreſſè de probibitione ele. prædictæ vt in e. cle. Quam ſic intelligit Lapus. Abb. vt refert. & ſequitur Geminia. in capi. Cum ex eo. De ex. ceſ. præla. lib. 6. Vbi etiam addit ſecundum Oldradum. conſilio ſuo. 176. Cōtra mēdicātes loca de nouo recipiētes vel iā habita mutātes &c.

Si

Secus ſi pro ampliando loco &c.

Si dicti religioſi, vel religioſæ propter amplianda loca ſua caperent aliquam domum, non ſunt excommunicati.

Contra alienantes bona eccleſiaſtica &c.

84 *Qui bona eccleſiarum, vel quorumlibet primorum locorum immobilia, vel mobilia precioſa, deoque dicata alienant, transferendo dominium. vel ſi eſt conceſſio hypotheca. vel locatio vltra terminum: vel infeudatio in caſibus non conceßis a iure: ſi ſine licentia Papæ fiant contractus ſunt irriti. Et tam alienans quam recipiēs res eccleſiæ aliquo prædictorum modorum, eſt excommunicatus; niſi ſit epiſcopus aut Abbas, quibus ingreſſus eccleſiæ tantum eſt interdictus. In qua cenſura ſi per ſex menſes ſteterint animo indurato, ſuſpenſi ſunt a regimine, & adminiſtratione eccleſiæ, vel monaſterij. Sed inferiores prælati ipſo facto ſuis beneficijs curatis, vel non curatis, dignitatibus, vel præbendis priuati ſunt: vnde & libere poſſunt conferri ab his quibus de iure competit. In extrauaganti Pauli.2. quæ incipit, Ambitioſæ. Audiui tamen a fide dignis, ꝙ hęc extrauagans tantum fuit regiſtrata in curia: ſed non publicata, vnde nec ligare videtur. Et ſic eſt practicatum Cremonę coram vicario epiſcopi per quendam: qui hac de cauſa Romā iuit, ad ſe certiorandum de prædictis.*

Abba.& Eps in caſu non excōicatur, ſed ingreſſu eccleſiæ interdicuntur.

Nota.

In grauātes fratres vel

85 *Excommunicati ſunt, qui fratres, vel*

ſoro

ſorores de tertio ordine ſancti Frāciſci grauāt, cōtra libertatē eccleſiaſticā;ſiue quo ad bona,ſiue quo ad perſonas, aut quo ad forū, vt patet in priuilegio eis nuper conceſſo per Sixtū 4. quod incipit. Nouerint vniuerſi. ſorores. 3. ord.sācti frā ciſci,&c.

Quamuis enim conſtitutio ligare non videatur niſi ſit recepta: & vtentium moribus approbata. di. 4. §. leges. In iſtis tamē d. Car. in prohemio, cle. ſecundum Matheum determinat, ꝙ eius pęna: vt eſt excommunicatio ligat etiam ſi moribus vtentium non ſit recepta per c. Si quis extra. de ma. & obe. de loca. veſtras & ca. 2. De conſti. in 6. ſed ex hoc indultum conceſſum a Papa illis, de tertio ordine ſancti Franciſci, eſt conſtitutio non tantum pęnalis contra non obſeruantes illam; Sed etiam priuilegium fauorabile: quod ſecundum Cardi. vbi ſupra valet, & ligat cum peruenit ad illos quibus conceſſum eſt, & placuerit eis per c. 1. §. ex parte: De prębē. in 6. & .ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Studio. Declaratio.

De minori excōicatione quæ aliquādo cōtrahitur cū mortali pctō: aliquādo nō, propter participationem.

Qͥ̄ſtio de minori excōicatione.

QVAERITVR, *quandō quis participando cum excommunicato, mortaliter peccet. Reſp. ſecūdū Ant. de But. in c. ſacris: extra.* Quinq; caſibus, mortaliter quis pec

De

cat partici- pando cum excõicato. De his: qui vi. me. ve. cau. ſin. Dic ſecundũ Ioan. And. ꝙ in quinq; caſibus.

Primus caſus. Primus, cum quis participat excommunicato in eodem crimine, propter quod eſt excommunicatus, dando conſilium, auxilium, vel fauorem: vel etiam in alio crimine: vt in ca. Significauit. & c. ſi cõcubuit: De ſen. excom.

Secundus caſus. Secundus, cum quis participat cum illo, qui excommunicatus eſt cum ſuis participibus, per eum qui poteſt, c. hæc eſt. ſ. per Papam. vt in c. Statuimus. De ſen. excom. libro. 6.

Tertius caſus. Tertius, cum quis participat in diuinis; vt ſi cum illo euchariſtiam, vel ordinem recepit: & præcipue ſi participat in diuinis in caſu d. c. Significauit.

Quartus caſus. Quartus, quando quis cum excommunicato conuerſatur, in contemptum ſuperioris, præcipientis non conuerſari.

Quintus caſus. Quintus, quando minus frequenter. ar. 25. di. §. Criminis: Hæc domi. Ant.

Sextus caſus Sextus caſus, eſt ſecundum Bona. in 4. diſt. 18. quando participans rationabiliter videre poteſt, ꝙ ſententia excommunicationis ex ſua conuerſatione in contemptum veniat.

Septimus caſus. Septimus caſus eſt ſecundum Thom. ea. diſt. 18. quando participatur excommunicato in contemptum eccleſiaſticę diſciplinę:

vt

vt cum participans, excommunicationem truffam reputat, & ex hoc participare non timet. idem Archi. in c. Rogo. 11. q. 3. Cum quis participat. excommunicato poſt denũciationem generaliter, vel particulariter factam ab eccleſia. Et iſta videntur intelligenda hodie quando quis participat cum illo, qui notoriè incidit in ſententiam excommunicationis, vel ſi occulte, ſed declaratus eſt excommunicatus a iudice. Secus ſi quis participat aliter cum excommunicato, quam in prædictis duobus caſibus per extrauagantem. Ad euitandum ſcandala: quam ponit, & ſic intelligit domi. Abb. Siculus in Cle. Grauis: De pęnis. Cæterum, & qui cum notoriè excommunicato participat aliter: puta ex quadam familiaritate ei loquendo; dum obuiat illi in via, non in contemptum, vel contra præceptum, venialiter tantum peccat, ſecundum Bon. & Thom. in d. di. 18. Et Alex. de Ales in 4. volumine: Et dom. An. de. Bu. vbi ſupra. etiam ſi extra propoſitũ ei communicaret, licet do. Car. contra, vt ipſe dicit, & male.

Quid ſi ſacerdos non habeat totam poteſtatem abſoluendi, quo ad caſus ſuperiori reſeruatos. Reſpondeo. Aut hoc intelligimus, quo ad peccata aliqua, quorum abſolutionem Epiſcopus ſibi reſeruat: aut quo ad pęnam peccati. i. cenſuram excommunicatio Quæſtio.

cationis, vel irregularitatis.

Si primo modo duplex eſt opinio.

Prima eſt do. Bona. in 4. diſt. 18. dicentis ſanum conſilium, vt remiſſus ad ſuperiorem propter culpam totum denuo ſibi confiteatur, vt confeßio ſit integra, & non diuerſa.

Secunda opinio eſt Rich. ea. diſt. art. 2. q. 8. dicentis; quod licet pro abſolutione alicuius peccati, oporteat pęnitentem ire ad ſuperiorem: non tamen teneri totam confeßionem iterare, ſi omnia integre dixit proprio ſacerdoti: & hoc caſu abſolutionem proprij ſacerdotis & ſuperioris vnam ſupplere ſufficienter abſolutionem. Hæc Rich. Cuius ſenſus benignior eſt, & communior.

Si ſecundo caſu Bon. & Richar. vbi ſupra, dicunt ſufficit ſi ſuperior prius abſoluat a cenſura excõmunicationis: De Iudę. ſacerdos a peccatis: Illa enim omnia præcedere debet, vt ita ſequi poßit, cum excommunicatus etiam minori, non ſit particeps ſacramentorum, vt in c. Si celebrat: De cle. excom. mi.

Acceſſorium de voti, ac iuramentorum, Diſpenſatione, ac commutatione.

DISPENSATIO *voti quid differat, a cõmuta*

muta

mutatione: refert Tho. ſecunda ſecundę.q. 87. ar. 10. cum ſuperior determinat votū non ſeruandum, dicitur diſpenſatio. cum autem propter hoc, quod ex voto ſeruandum erat, aliud imponit, dicitur cōmutatio: vnde minus eſt votum commutare, quam in voto diſpenſare.

Quid inter voti diſpenſationem, & commutationem, ſecūdū Diuū Tho. interſit.

Quis poſſit in votis diſpenſare, aut ea cō mutare. Reſpondeo, Papa, ſummus pęnitentiarius, epiſcopus, Prælati inferiores, habentes iuriſdictionem epiſcopalem, prælati religioſi, præſidenees in domo; licet improprie, & ipſe vouens.

Qui poſſint in votis diſpenſare.

Primo papa. Nam ſecundum Ricard. in 4. diſtinct. 38. artic. 9. quæſtio. 1. & 2. in maioribus ſolus papa diſpenſat; vt in voto religionis, ex cauſa rationabili; quæ ſit vel profectus maioris boni, vel vitatio maioris mali: ſiue per comparationem ad rempublicam, ſiue ad vouentem: aut eſt reformatio pacis inter regna; vel vitatio diſcordiæ inter regna, quæ ſunt in pace: quod eſt maius bonum communitati; quā continētia vnius perſonæ. Et in tali caſu, ſi perſona in religione profeſſa, per obedientiam papæ nubat, magis eſt ei meritoria talis obedientia, quam ſua continentia. Hoc etiam tenet Franc. de Mayro. ea. di. 7. Ray. in ſumma, & Hēricus in tractatu de voto, dicentes, Cum bonū cō-

Papa in maioribus diſpenſat.

Votum religionis.

Probatio dictorum. mune ſit maius & diuinius, bono ſingularis perſonę; & ideo magis eligendum; ſed vitare periculum diſcordiæ, & reformare pacem eccleſiæ, eſt melius continentiæ bono, quod eſt bonum ſingularis perſonæ, ergo, &c.

Alia ratio. Item ſicut religioſi tenentur ad continentiam, ita paupertatem, & obedientiam: ſed poteſt diſpenſare cum eis quantum ad votum paupertatis, & obedientię (vt patet in illis qui aſſumuntur ad ſtatum prælationis) ergo & in voto continentiæ poterit fieri diſpenſatio.

Alia adhuç ratio. Item ſolennizatio voti habet vigorem ex ſtatuto eccleſiæ, in quo papa poteſt diſpēſare; ſed ſolennitas profeſſionum, & omnes religiones ſuperadditæ Chriſtianæ religioni, habent vigorem a confirmatione eccleſię: ergo papa poteſt in his diſpenſare. Et hoc tenent communiter canoniſtæ in c. Cum ad monaſterium, De ſtatu mona.

Votum cōtinétię & crucis. Item ſecundum Rich. vbi ſupra. In uoto continentię, & crucis, in quibus tantum propter communem eccleſiæ vtilitatem, vel aliquam magnam neceſſitatem diſpenſari debet, ſolus papa, &c.

Votū ad S. Iacobi, & ad limina Petri & Pauli. Item eſt de conſuetudine curiæ, in voto ſancti Iacobi, & ad limina Petri, & Pauli, &c.

Votū Hieroſolimitanū. Item votum Hieroſolymitanum, de quo tamen

tamen do. Abba. Siculus in c. Ex multa: De vo. dicit: In voto pro ſubſidio terræ ſanctæ ſolus papa diſpenſat: ſi autem ſit viſitãdum ſanctum ſepulchrum epiſcopus diſpenſare poteſt. vt ex dicto ca, Ex multa notari poteſt. Et hoc etiam ex dictis Rich. vbi ſupra, poteſt elici. Tamen conſuetudo Papæ nunc videtur in contrarium; quia ſolus diſpenſat, vel commutat, vel commutandum committit votum Hieroſolymitanum, pro viſitando tantum modo ſanctum ſepulchrum. Quod & ſi ſit pro ſubſidio terrę ſanctæ, & periculum ſtatus, vel regni immineat vouenti; poteſt vouens redimere votum, vel differre auctoritate papæ, ſecundum directorium. li. 2. ti. 22. §. 36. Legatus vero de latere hoc votum commutare non poteſt, ſecundum do. Abb. in eo. c, Ex multa.

Legatus a latere hoc votũ cõmutare non poteſt.

Secundo, ſummus pænitentiarius ſecundum Pet. de Palu. in 4. diſtin. 38, licet non poßit diſpenſare, vt profeſſus in religione ad ſeculum redeat, ſicut papa tamen poteſt diſpenſare, vt ad laxiorem religionem trãſeat; ſicut licentiat apoſtatas, ſicut patet in litteris, quas apoſtatæ ab eo deferunt. Sed vt dicit do. Anto. in c. Non eſt: De vo. religioſi qui egrediuntur auctoritate papę: aut ſummi pęnitentiarij, ſi fingant eas friuolas, quando licentiantur ad leuiorem re-

Quid poſſit sũmus pęnitẽtiarius circa vota,

 ligionem,

ligionem, non ſunt tuti quo ad deum, ex quo cauſa legitima non ſubeſt: quod etiam dico de egredientibus religionem, vt aſſumant beneficia curata; niſi habeant officium prædicationis. Hæc do. Anto. de But. Item, ſecundum Pet. de palu. vbi ſupra, ſummus pęnitentiarius poteſt diſpenſare in voto ſimplici, & ſolenni, & perpetuo, per ſacri ordinis ſuſceptionem, cui caſtitas annexa eſt ex ſtatuto eccleſiæ, in occidentali eccleſia: quamuis (vt dictum eſt) facere non poſſit, ꝙ profeſſus religione, religioni alicui obligatus non ſit, & in ſeculo remaneat; ſicut Papa.

Quid epiſcop' poſsit circa diſpēſationem voti.

Epiſcopus diſpenſat ſecūdum Richar. & Pe. de pal. vbi ſupra, in voto continentiæ temporali, & non perpetuo; vt ſi quis vouit continere per annum, ex cauſa poteſt epiſcopus diſpēſare. Et in omnibus votis quę ſunt minora reſpectu prædictorum: cuiuſmodi ſunt vota abſtinentiæ, & peregrinationis: De vo. c. 1. & ſi alter coniugum votum caſtitatis emiſit, in quo ſit tranſgreſſionis probabile periculum, pręſertim ſi ad tempus factum eſt, poteſt epiſcopus diſpenſare, ſecundum Richar. ea. diſt. 38.

Quid circa voti diſpenſationē, poſſint inferiores epiſcopo

Inferiores epiſcopi, vt dicit do. Anto. in ca. 1. De vo. ſecundum Hoſtien. de conſuetudine non diſpenſant in votis. Ad quod, De offi. Archipreſ. ca. fi. De offi. Archydy.

capi.

capi. Ad hæc. & : De exceſ. præla. c Accedentibus. vbi do. Abb. dicit. Quæ ſunt ordinis epiſcopalis : vt eſt chriſmare, eccleſias conſecrare, clericos ordinare, & ſimilia, nõ poſſunt per inferiorem præſcribi. c. Quantũ: De conſue. tamen ea, quę ſunt dignitatis epiſcopalis, vt cognoſcere de matrimonijs, publicas pęnitentias imponere, litteras indulgentiarum concedere: & quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, vt cognoſcere de cauſis clericorum, poſſunt per inferiorem acquiri, & pręſcribi ex conſuetudine, vel ex conceßione ſuperioris. ad hoc c. Cum olim. & c. Auditis : De præſcrip. Hæc. Ab. Inferiores ergo prælati, qui ex conſuetudine præſcripſerunt diſpenſare in votis, quod eſt, non ordinis, ſed dignitatis epiſcopalis, poſſunt de iure diſpenſare in votis, per prædicta. Prælatus inferior epiſcopo, habens iura epiſcopalia in perſonis ſubditis, poteſt vota diſpenſare, vel commutare: Nam poteſt iura epiſcopalia exercere, pro quo, vt dicit do. Abba. in ca. 1. De vo. & glo. in Cle. 1. de re. eccle. non alie. in verbo proprij. Et idem poteſt dici, non tantum de prę latis ſecularibus, ſed etiam de religioſis, & abbatibus exemptis, qui habent eccleſias ad ſe pertinentes pleno iure, vt poßint in voto diſpenſare, quia habent in perſonis dictarum eccleſiarum iu-

Epõ inferiores ea poſſunt q̃ sũt dignitatis, vel iuriſdictiõis epalis, ſed nõ ordinis, ex conſuetudine, vel cõceſsione.

Prælat⁹ epõ inferior ſecularis, vł re ligioſus exẽpt⁹ habẽs iura Epiſcopalia ĩ ſibi ſubditis pſonis põt in votis diſpẽſare, & ea cõmutare

ligionem, non ſunt tuti quo ad deum, ex quo cauſa legitima non ſubeſt: quod etiam dico de egredientibus religionem, vt aſſumant beneficia curata; niſi habeant officium prædicationis. Hæc do. Anto. de But. Item, ſecundum Pet. de palu. vbi ſupra, ſummus pęnitentiarius poteſt diſpenſare in voto ſimplici, & ſolenni, & perpetuo, per ſacri ordinis ſuſceptionem, cui caſtitas annexa eſt ex ſtatuto eccleſiæ, in occidentali eccleſia: quamuis (vt dictum eſt) facere non poſſit, ꝙ profeſſus religione, religioni alicui obligatus non ſit, & in ſeculo remaneat; ſicut Papa.

Quid epiſcopus poſsit circa diſpenſationem voti.

Epiſcopus diſpenſat ſecũdum Richar. & Pe. de pal. vbi ſupra, in voto continentiæ temporali, & non perpetuo; vt ſi quis vouit continere per annum, ex cauſa poteſt epiſcopus diſpẽſare. Et in omnibus votis quę ſunt minora reſpectu prædictorum: cuiuſmodi ſunt vota abſtinentiæ, & peregrinationis: De vo. c. 1. & ſi alter coniugum votum caſtitatis emiſit, in quo ſit tranſgreſſionis probabile periculum, pręſertim ſi ad tempus factum eſt, poteſt epiſcopus diſpenſare, ſecundum Richar. ea. diſt. 38.

Quid circa voti diſpenſationẽ, poſſint inferiores epiſcopo

Inferiores epiſcopi, vt dicit do. Anto. in ca. 1. De vo. ſecundum Hoſtien. de conſuetudine non diſpenſant in votis. Ad quod, De offi. Archipreſ. ca. ſi. De offi. Archydy. capi.

capi. Ad hæc. & : De exceſ. præla. c Accedentibus. vbi do. Abb. dicit. Quæ ſunt ordinis epiſcopalis : vt eſt chriſmare, eccleſias conſecrare, clericos ordinare, & ſimilia, nõ poſſunt per inferiorem præſcribi. c. Quantũ: De conſue. tamen ea, quę ſunt dignitatis epiſcopalis, vt cognoſcere de matrimonijs, publicas pęnitentias imponere, litteras indulgentiarum concedere: & quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, vt cognoſcere de cauſis clericorum, poſſunt per inferiorem acquiri, & pręſcribi ex conſuetudine, vel ex conceſsione ſuperioris. ad hoc c. Cum olim. & c. Auditis : De præſcrip. Hæc. Ab. Inferiores ergo prælati, qui ex conſuetudine præſcripſerunt diſpenſare in votis, quod eſt, non ordinis, ſed dignitatis epiſcopalis, poſſunt de iure diſpenſare in votis, per prædicta. Prælatus inferior epiſcopo, habens iura epiſcopalia in perſonis ſubditis, poteſt vota diſpenſare, vel commutare : Nam poteſt iura epiſcopalia exercere, pro quo, vt dicit do. Abba. in ca. 1. De vo. & glo. in Cle. 1. de re. eccle. non alie. in verbo proprij. Et idem poteſt dici, non tantum de prę latis ſecularibus, ſed etiam de religioſis, & abbatibus exemptis, qui habent eccleſias ad ſe pertinentes pleno iure, vt poßint in voto diſpenſare, quia habent in perſonis dictarum eccleſiarum iu-

Ep̄o inferiores ea poſſunt q̃ sũt dignitatis, vel iuriſdictiõis ep̄alis, ſed nõ ordinis, ex conſuetudine, vel cõceſsione.

Prælat⁹ ep̄o inferior ſecularis, vł re ligioſus exẽpt⁹ habẽs iura Epiſcopalia ĩ ſibi ſubditis pſonis põt in votis diſpẽſare, & ea cõmutare

riſdictionem, quaſi epiſcopalem; vt ibi dicit gloſa. Et facit ad hoc c. Abbates: De priuile. in 6. Tales enim prælati religioſi gerũt vices epiſcoporum: vt notat Innocen. in c. Cum & plantare. §. In eccleſijs: De priuile. Quinetiam ar. eorum quæ dicit Io. de Imo. in eadem Cle. 1. In ſubditis talium prę latorum exemptorum gerentium vices epiſcoporum, non ſufficit auctoritas epiſcopi, vel archiepiſcopi, vel patriarchæ ad diſpenſandum vel commutandum vota, cum prędictorum ſubditis. Inferiores autem prælati qui non ſunt de prædictis, non poſſunt vota diſpenſare, vel commutare; niſi ſit eis ſpecialiter commiſſum; vel niſi ſint prælati religioſorum, ſecundum Richardum in 4. diſtinctio. 38. art. 9. quæſtione 2. Quod etiã dicunt doc. in c. 1. De voto.

Quid ſuperior atq; inferior Prælatus religioſorũ, poſſit in votorũ diſpenſatione.

Prælati religioſi, quorum licentia, ſubditi vota fecerunt; licet in tali voto diſpenſare non poßint; ſuperior tamen prælatus in eadem religione, hoc poterit; quia quicquid poteſt inferior, poteſt ſuperior, & plus: ſed non econuerſo, poteſt inferior diſpenſare votũ emiſſum de licentia ſuperioris: prælatus enim religioſus, qui dedit licentiam vouendi, poteſt illam reuocare, antequam ſubditus votum emittat, poſt quam reuocationem, ſi ſubditus voueat, irritum eſt: qui ſi ante reuocationem votum fecerit, tenet

net quouſq; cum illo fuerit diſpenſatum. Hæc Ric. in 4. diſt. 38. art. 4. q. 3. Sine licentia autem prælati ſubditus religioſus vouere non poteſt: cuius ratio eſt; quia per profeßionem renunciauit propriæ voluntati: Sed votum eſt obligatio procedens ex propria voluntate ſecundum Bonauenturam, in ea. diſtinct. Vbi & Richard. idem tenendo dicit, religioſus nihil vouere poteſt; quia penſata humana infirmitate, & religionis onere, non poſſet ſe ad aliquid vltra ſuam profeßionem obligare. Quod etiam tenet Tho. ea. diſt. Sed vota ante ingreßum religionis emißa, ſi faciens profeßionem in religione actualiter, vel habitualiter voluit ad illa obligatus remanere; poteſt per prælatum, qui (maxime tempore profeßionis ignorauit) diſpenſari: vbi autem ille intendiſſet actualiter, vel habitualiter abſolui, per votum religionis, abſolutus fuiſſet: De vo. capitulo. Scripturę. Et Pe. di. 1. §. His auctoritatibus. Quod etiã verum eſt de voto vltra marino; niſi eſſet princeps quidam extrahens dux exercitus crucis ſignatorum. de cuius abſentia deſolaretur totus exercitus. Quo caſu ſummus pontifex conſulendus eſſet. Richar. diſt. ea. art. 8. queſtio. 2.

S. Bonauentura & Richardus.

S. Thomas.

Nota.

Votũ vltramarinum.

Nota.

Præſidentes, vt pater, dominus, & maritus. Si enim filius, ſine expreßa patris

Præſidentes in domo Pater; Dominus; Marit⁹.

Expreſſe licentia quid. *licentia, vel tacita, quæ eſt, ſi pater ſciat, & non contradicat. 20. q. 2. ca. 1. Votum* Votum filij' *emittat peregrinationis, vel abſtinentiæ, vel aliud quod ad domus regimẽ pertineat: ſiue impubes ſit, ſiue pubes, ſed in patris poteſtate conſtitutus: non tenet. 20. q. 2. Tribus, & q. 4. pueri, vt dicit Innoc. & domi. Anto. in c. Scripturæ præalle. Vbi, ſecun-* Canoniſtarũ varia opinio circa filiorũ vota. *dum Inno. addit do. Anto. Vota facta in puerili ętate tenebitur implere, ſoluta tamen patria poteſtate, licet fuerit impubes: dummodo doli capax, intelligens quod vouebat, & ſe obligabat Deo. Sed dominus Abbas in eodem capitulo. Scripturæ dicit. Mihi videtur, ꝙ ſoluta patris poteſtate filius non teneatur per c. Quidam, & c. Placet: De conuer. coniuga. Quia vt ibi patet. Si vir intrauit religionem ignorante, vel contradicente vxore, & ad petitionem vxoris reuocetur: poſtea vxore mortua, non tenetur religionem ingredi, quia votum emiſit tempore quo non potuit: ergo* Theologi Abbatis opinioni cõcordant. *idem dicendum de filio familias. Huic opinioni domini Abb. magis videntur theologi concordare: & maxime Bona. in quarto diſtinct. 38. Et ideo tenenda. Addit domi. Abba in c. 2. De vo. Nota extra textum iuncta glo. ꝙ votum emiſſum in puerili ętate efficaciter obligat, licet facile commutetur, vel diſpenſetur. Et dicitur puer* Quis, quãdo dicat puer.

post

poſt octauum annum vt in prohemio.6.habetur.In qua ętate eſt doli capax, & vouendo obligatur. Tutor & pater poteſt irritare vota pupilli:etiam poſt datam licentiam licet peccet: ſi ſine iuſta cauſa, ſecundum Innocen. & Hoſtien. in d. c. Scripturæ. Sed domi. Anto. & domi. Abb. in eo. ca. Scripturæ dicunt, ꝙ puer poteſt vouere. Puer ꝙ ſit doli capax fallit in voto religionis. In quo requiritur annus.14. in maſculo, & duodecimus in femina c. Cum ad mona. de ſta. mona. Obligatur tamen filiusfamilias adultus ad votum, quod exequi poteſt, ſine patris præiudicio: aut omni præiudicio: ſi pater conſenſit: vt eſt text. in l. 2.ff. De policitis.Ex his patet quando pater poteſt votum filij reuocare, ſeu irritum declarare: & quando etiam teneat, & implendum ſit.

Quid pater, & tutor circa filiorum vota.

Nūc taue, ꝑter cōciliū Trid ſeſſ.25. cap. 15.

Vxor, vt dicit do. Ab. in c. Sctipturæ: De vo. ſine viri cōſenſu votum abſtinentię, vel peregrinationis facere non poteſt c. Manifeſtum. 33.q.5.Sed cōſenſu viri emiſſum poteſt vir irritare, & illa obedire tenetur. quãuis peccet uir, ſine cauſa reuocãdo ar.ad hoc 23.q.1. Quid culpatur, ſecūdū Rich. in 4. di. 38. art.2.q.1. Addit do. Abb. Vir tamen poteſt vota prædicta ſine licentia vxoris facere.Et licet Inno. dicat. ꝙ de viro & vxore non iudicantur ad imparia.c.Gaudemus:

Maritus qd circa ſuę vxoris votum.

Cōceſſum iñ votū vxoris ſi ſine cã reuocet, marĩtus peccat.

mus: De diuor. ego non puto hoc eſſe verũ: nam maritus eſt caput vxoris.33.q.5.Mulierem &c. Manifeſtum, loquens de vxore, fundat ſe ſuper ſubiectione, in qua eſt mulier reſpectu viri. Et Glo. ibi dicit, ꝙ aliud in marito: hoc etiam tenet Richar. vbi ſupra. Addit do. Abb. Vir tamen non poteſt facere votũ, per quod præiudicet vxori; niſi eßet votum pro ſubſidio terræ ſanctæ: quod & ſi vxor etiam facere poßit, tamen ſecundum Hoſtien. ſine viri conſenſu implere non poteſt; ſi iuuenis eſt, & ſuſpecta: ar. c. Cum ſis: De conuer. coniu. Secus ſi ſenex, & potens, ad ducendum ſecum bellatores. Monald. in ſumma, dicit: Poteſt vir irritare vota vxoris facta, etiam ante matrimonium, quòd illa ſua auctoritate non poßit: ſed poſt viri mortem, implere tenetur. Quod etiam ſentit. d. Antonius ſecundum Bar. Brix. in d. c. Scripturæ.

Præterquam in ſubſidium terrę ſanctæ non põt maritus vouere in vxoris p̃iudicium.

Votum ante matrimoniũ p maritũ irritũ factum, poſt viri mortẽ vxor ĩplere tenet.

Serui votũ in prę iudiciũ domini ſui nõ tenet; quando videlicet per illud, ſeruitiũ domini diminuitur. 54. di. Si ſeruus. 1. De ſent. excõ. Relatũ: ſecũdũ d. Ant. vbi ſup. Ratio, ſecũdũ d. Bõ. in 4. di. 38. quia nulla promißio ẽ obligatio; niſi quæ fit ab eo, qui põt ſe obligare; talis ſit proprij iuris, reſpectu illius quod vouere debet: vnde puer, & puella, quamdiu ſunt impuberes, ſub diſpoſitione ſunt parentum, vel tutorum; & ſeruus domini,

Dñs qd poſſit circa ſeruorum ſuorum vota.

Cur votũ ſerui, in ſui Dñi prę iuditium irritũ ſit, ex d. Bonau.

mini, quantum ad ſeruitium corporale; & vxor quantum ad regimen vitæ, & diſpoſitionem familiæ: & religioſus, in omnibus quę ſunt infra religionem: vnde nihil poteſt ſine prælati voluntate: ſicut nec præfati in rebus prædictis. Hæc Bon. per cuius dictũ moderari videntur, quæ dicta ſunt ſupra, de puero, poſt octauum annum.

Ipſemet vouens, per ſe aliquando poteſt vota non implere, ſine peccato. Ipſemet vouēs, aliqñ nõ iplere ꝓpriũ votum ſine peccato põt.

Primo, ſi factus eſt impotens ad implendum. Exemplum, vouit ædificare eccleſiã; & factus eſt pauper; vel tali tempore peregrinari; vel tali die ieiunare; & infirmatus eſt: amplius non tenebitur in alia die ad dictum ieiunium. Si autem quando vouit ſimpliciter impotens erat; tunc auctoritate ſuperioris commutabitur: vt in ca. Magnæ. De vo. ſecundum do. Anto. in ca. Licet, eodem titulo. Primo, impotentia excuſat.

Secundo, ſi conditio per eum impoſita voto, impleta non eſt, ar. de condi. appo. ſuper eo. Secũdo, conditio nõ impleta.

Tertio, ſi quod erat licitum tempore facti voti; poſtea factum ſit illicitum. Hæc Ric. in 4. diſt. 38. ar. 5. q. 1. Tertio, licitũ, factũ illicitum.

Quarto, ſecundum Hoſtien. in ſum. eo. ti. Si votum de re illicita; vel propter rem illicitam factum ſit; per quam ſalus corporalis, vel ſpiritualis amittatur, vouens im- Quarto, Res illicita, vel licita, ſed ꝓpter illicitã.

plere

plere, non tenetur. 22. q. 4. In malis. Sed Tho. 2.2.q.88. art. 10. dicit. Si votum eſt ſimpliciter malum, vel inutile, aut maioris boni impeditiuum, oportet ꝙ determinetur non eſſe ſeruãdum: & ſic diſpenſetur. Rich. vero in ea. diſt. art. 1. q. 1. dicit. Votum factum de re mala irritum eſt: ſimiliter & votum de re bona propter malum finem, quia eſt formaliter malũ. Per contrarium tamen, votum factum de re bona ſub conditione mala tenet. Exemplum, ſi quis vouit religionem intrare, ſi mulier ei carnaliter conſenſerit: obligat vouentem extante conditione appoſita. vt idem dicit in ea diſt. ar. 10. q. 3. Et Fran. de mayro ea diſt. ait. Vt votum habeat rationem voti, oportet ꝙ fiat de re bona, propter bonum finem: ſicut caſtè viuere, propter deum: ſi enim de re mala, propter malum, vel de re bona, propter malum finem: vt dare eleemoſynam, propter vanam gloriam, non eſt votum.

Nota d. Th. quid dicat.

Exemplum.

Mala conditio bonę rei appoſita.

Quid faciat ad rationem voti, ex hac Mairo.

Item, per ſe contra votum venire poteſt quando dubitatur, ꝙ implere votum ſit ei nociuum, vt non comedere carnes, nec poßit haberi copia ſuperioris, vt in ſumma Rayneriana, in verbo, Votum. Et do. Abba. in ca. Quanto: De iureiurando, vbi dicit. Si copia ſuperioris haberi non poteſt, & neceßitas vrgeat vouentem, per

Raynerius.

per ſe poteſt, contra venire. 10. quæſtione. 3. Anteceſſor.

Item quis per ſe poteſt commutare reliqua vota facta, in votum religionis quam ingreditur: quia auctoritate iuris poteſt votum temporale, in perpetuam religionis obſeruantiam, commutari c. Scripturæ: De voto: niſi eſſet dux magnus, qui vſque ad triennium vel ſeptennium vouiſſet militare, cum ſuo exercitu in terra ſancta contra infideles: quo caſu papa prius eſſet conſulendus; alia tamen mediocris perſona a voto tranſmarino abſoluta eſſet, per ingreſſum religionis, ſecundum Richa. ea. diſtinct. articu. 8. q. 2. Et idem Bonauentu. ea. diſtinctio.

Votũ tẽpale, in perpetuũ religiõis obſeruantiã, ex iure poteſt commutari.

Dubius in adimplẽdo, voti.

Votorum diſpenſatio, & commutatio, niſi fiat ex cauſa rationabili, & legitima, diſſipatio nuncupatur, ſecundum Ber. libro. 2. de conſideratione ad Eugenium. Seruare autem votum eſt de lege naturali, & diuina, cum durat talis obligatio: qua ex legitima diſpenſatione, vel commutatione, ceſſante: homo nullo iure naturali, vel diuino tenetur: vt notat, in ca. primo, de voto.

Diſpenſare, commutare, ſeruare votum.

Legitima cauſa diſpenſandi duplex eſt: vtilitas, & neceſſitas, vt in ca. Ex multa. circa fi. De voto. Exemplum primi. Si diues vouit ieiunium, aut peregrinationem:

Legitimæ cauſæ diſpẽſandi voti. Vtilitas.

Exemplum.

licet

licet robuſtus ſit commutetur ei; vt eccleſiam edificet, puellas maritet, pauperes reficiat, capitulo fratrum erroget: tanta poterit eſſe redemptio, ꝙ plus deo grata erit: commutatio enim votorum eſt arbitraria, per hoc c. 1. De voto. Hæc dicit Ant. in eod. cap. 1. Exemplum ſecundi. Si pauper, qui habet filios alere, vouit peregrinationem; commutetur in orationes, & vigilas: ſi elemoſynam vouit; nec filios habet, commutetur in peregrinationem, ſecundum dominum Martinum de Laude, in tractatu conſcientiæ.

Neceſsitas. Exemplum

Periculũ, nõ obſeruandi voti.

Item legitima cauſa commutandi vota eſt, non ſolum propter ſuperuenientem neceßitatem; ſed etiam propter periculum, quod frequenter imminet, in non obſeruatione voti: vt ſi maritus iuuenis vouit non petere debitum ab vxore; vel operarius ieiunium vouit, cum tamen ſine quotidiano labore eſſe non poßit. Probabilis etiam vitatio tranſgreßionis voti, quando vehemens eſt; eſt cauſa rationabilis diſpenſandi.

Maior vtilitas, & vouentis, & aliorũ

Item propter maiorem vtilitatem vouentis, & aliorum ſecundum Bonauen. & Richar. eadem diſtinction. 38. ar. 9. q. 1. Et do. Abba. in ca. Ex multa: De Vo. vbi dicit. Si nulla cauſa etiam ſit in vouente; vt debilitatis, ſenectutis, paupertatis, & huiuſmodi, licita eſt commutatio; dummo-

do

do fiat, in id quod creditur magis vtile; & deo magis acceptum: vt in ca. 1. eo. ti. licet enim vouens peregrinationem ſit robuſtus; quia in peregrinationibus huiuſmodi nõ fit magna emendatio, faciliter & licite commutari poteſt. Hæc do. Abbas Siculus.

Quero quid imponere debet confeſſor, vt qui vouit peregrinationem, vel ieiunium ſoluat, & quid agendum de oblatione faciẽda per vouentem ad locum deſtinatum. Reſpondeo vt in ca. Magne, & c. ſuper eo: De voto. Et ibi per dominum An. Vouenti peregrinationem imponatur, vt tantum pecuniẹ extendat in pios vſus quantum expendiſſet in itinere, eundo, ſtando redeundo, & ꝑ quanto nollet ſubſtinere laborem itineris faciendi. Quæ compenſatio: vt ibi dicit Io. An. fieri debet, non cum nimia diſtrictione, vbi etiam dicit, pænitentiarius commutare poteſt pẹnitentiam iniunctam alicui; vt eat viſitare ſanctum ſepulchrum. Sed ſi pẹnitentia iniuncta eſſet pro ſubſidio terræ ſanctæ, ſolus papa tunc diſpenſat. In ieiunio vero conſideretur quantum ſit acrẹ, & quantum vouens diues ſit, vel pauper, & penſatis huiuſmodi circonſtantijs; plus, vel minus iniungat vouenti; non enim ita facile debet cum diuite diſpenſari, ſicut cũ paupere; niſi ille magnam dederit eleemoſynam, quæ ſibi imponenda eſt. Vt ſic recompen

Regulæ confeſſorum in voti cõmutatione.

ſpenſet dolorem famis, ſecundum Albertũ magnum in 4. diſt. 38.

Quo ad oblationem in loco faciendam a vouente. Dic vt in ſumma piſana, quæ vi detur opinio verior, ꝙ confeſſor licite poteſt aliter diſpenſare, quam ꝙ mittatur ad locum illum deſtinatum: cui certe ex voto nullum ius quęſitum eſt, nec hoc vllo iure cauetur. Vnde quod in contrarium dici Aſtenſis li. 1. ti. 20. arti. 10. q. 15. de honeſtate potius, quam de neceßitate, accipiendum eſt.

Cui loco vouit qs oblationem nullũ ius acquirĩt ex voto.

An ille cum quo papa diſpenſat, vel iuramentum remittit, ſit tutus, quo ad deũ? Reſpondeo ſecundum do. Pet. de Ancha. in redemptione regulæ poſſeſſor: De reg. iu. li. 6. quod aut papa diſpenſat, vel remittit votum, vel iuramentum, circa ea quæ ſunt iuris diuini: vt cum monacho, ꝙ matrimonium contrahatur, uel habeat proprium, uel in alio uoto, uel iuramentum relaxat, aut circa ea quæ ſunt iuris poſitiui, puta ſuper pluralitate beneficiorum, ſuper matrimonio inter perſonas prohibitas de iure canonico tantum, & non lege diuina; ut contrahatur, uel contractum non diſſoluatur Io. An. in locis varijs hoc tangit, & Bernar. Vbi tenent, indiſtinctè, ꝙ diſpenſatus, ſi cum cauſa diſpenſetur, tutus ſit, alias non: vt notat in ca. 1. De voto. & Io. An.

Si tutus ſit apud Deũ ille cũ quo papa diſpenſauit in voto, vel iuramento, &c.

An. in c. Dudum. 1. De elect. & in c. Cum ad monaſterium; De ſta. mo. & in regula actus legitimi li. 6. in mercurialibus. Hæc do. Pe. de Ancharano.

De diſpenſatione, vel commutatione, circa iuramenta.

QVAERO *quis relaxare, vel mutare valeat iuramenta. Reſpond. ſecundum do. Abb. in c. Quanto: De iureiurã. aliquando ſolus Papa; vt eſt in factis magnarum perſonarum, & in multum arduis. Et ſic intellige c. Venerabilem: De elect. & ſic ſentit. Spe. ti. Deleg. §. Nunc oſtendendum, verſi. 23. Item ſi ſit iuramentum vniuerſitatis; & non perſonæ priuatæ; quod illicitum ſit: debet per papam diſpenſari, vel declarari, non per inferiorem, propter ſcandalũ: De rapto. conſtitutus, ſecundum Monal. in ſumma. Item cum res ad Papam ſpectat principaliter; vt ſi canonici iurauerint nullum recipere, vltra quendam taxatum numerum. Nam in omnibus iuramentis, & votis, vt dicit Monal. in ſum. ſemper intelligitur excepta auctoritas Papæ ca. Vendentes: De iureiur. Item præſtare auctoritatem veniendi contra licitum*

Ad Papam ſpectat laxare vel mutare iuramenti, præcipue, ſi ſit magnarũ rerum.

Si ſit iuramẽti vniuerſitatis.

Si ſit rei prĩcipaliter pertinentis ad Papam.

Dare auctoritatem contraueniẽdi licito iuramẽto ſpectat Papam.

iuramentum; vel dubium ſine aliqua commutatione ſolus Papa facere poteſt, ſecundum Monal. vbi ſupra. Item quando principaliter concernit honorem dei. Exemplum. Si quis iurauit ducere pauperculam amore dei; quo tamen caſu, abſoluere iurantem, ſine cauſa ab huiuſmodi iuramento, non valet ſecundum Vin. Io. An. & Spe. eo. §. ver. hoc quoq;. Item ſi iuramentum continet turpitudinẽ ex parte recipientis. Exemplum; ſi quis metu iurauit alteri renunciare beneficio c. Si vero: De iureiuran. Item poteſt diſpenſare iuramentum, quod principaliter conſpicit commodum hominis; ſed non niſi ex cauſa, ſecundum Spe. vbi ſupra, & Arch. in c. auctoritatem 15. q. 5. Addit Richar. in 3. di. 38. art. 9. q. 2. Si iuramentum fit deo, vel homini illud recipienti, vice dei, circa rem, dei honorem concernentem, papa tantum diſpenſat. Exempla ſi iurauit quis ingredi religionem, caſtitatem perpetuo ſeruare, & ſimilia; quia idem eſt, quod in votis continentiæ, & religionis. Item ſi quis iurauit ſeruire alicui eccleſiæ, vel hoſpitali, ex cauſa poteſt papa diſpenſare, vt ꝙ ille eat in aliquam religionẽ, ſeruata indemnitate eccleſiæ.

Si res principaliter reſpicit honorẽ.

Si res turpitudinem cõtinet.

Si res principaliter ẽ ad commodum hominis.

Si res cõcernit honorẽ Dei, vt cõtinentia.

Si eſt ſeruit⁹ eccleſiæ, vel loci pij.

Epiſcopus vero, & prælatus inferior epiſcopalem habens auctoritatem, poſſunt diſpen-

In quibus poſsit diſpẽſare eps, vel

ſpenſare, & commutare iuramenta ſubditorũ, quando nõ ſunt magnę perſonę; nec in multum dubijs: & vbi ſubeſt cauſa diſpenſandi, vel commutandi iuramentum, in rem quæ magis vtilis, aut deo acceptior creditur: vt notatur in c. 1. De Vo. & ſecundũ Spe. in eo. §. ver. 23. Et ſecundum Ri. in 3. diſt. 39. art. 2. q. 3. & Monal. in ſum. quando etiam iuramenta vergũt in peiorem exitum: De iureiuran. Quintauallis. Vnde ſi quis iurauit non facere, quod eſt melius facere, quã non facere; vt ꝙ nõ retinebit aliquẽ in ſuo ſeruitio, quem alias melius eſt retinere: vel ꝙ non loquetur proximo, cũ quo alias melius eſt loqui, quam non loqui: vel quod non viſitabit illum in domo ſua, quem tamẽ alias melius eſt viſitare: vel ſi iurauit nõ intrare religionem; vel acceptare prælationem: taliter iurans obſeruare iſta non obligatur: tamen ob reuerentiam diuini nominis inuocati, & ad punitionem temeritatis, & propter reuerentiam præſidentium, non debet propria auctoritate contrauenire; ſed ad ſuperiorem recurrere, qui ipſum, vel abſoluat a tali iuramento, vel declaret non obligatũ. Vbi autem dubitatur; vtrũ iuramentũ ſit licitum, debet iurans ad epiſcopũ qui eũ diſpenſet recurrere, De rapto. cu. Cõſtitutis: niſi res ſit multũ ardua: quia tũc papa cõſulendus eſt, d. c. Venerabilẽ, ſecũdũ

inferior prælatus.

Exempla.

Circa quę iuramẽta poſſit priuata perſona.

Monal. Alius vero non epiſcopus, vel prælatus, ſed etiam priuata perſona iuramentũ quoq; remittere poteſt; puta iuraſti aliquid te facturum ad meã vtilitatem; poſſum tibi relaxare iuramentum huiuſmodi: vt mihi donare iuraſti, vel me ducere in vxorem; De iurei. c. 1. de ſpõ. c. 2. Et ſi vtriuſq; partis iuramentũ cõcernat vtilitatem, poſſunt iurantes mutuo ſe abſoluere d. c. 2. Et ibi. Io. An. Secus puto vbi quis iurat aliquid ad commodũ propriũ, quia ſine cauſa ſibiipſi remittere non poteſt, vt ſentit Spe. eo. §. ver. Hoc quoque. Qui tamen aliqua licita ſe facturum iurauit, poteſt ſine ſuperioris auctoritate contrauenire, neceßitate vrgente, cũ ſuperioris copia haberi nõ poteſt. 1. q. 3. Antecеſſor, ſecundm Inno. qui idem dicit, quãdo res iurata commutatur per iurantem, in aliam rem maioris vtilitatis ſpiritualis c. Peruenit: De iureiu. & ar. c. Scripturę: De voto. Exẽplum, Si iurauit pauperculam ducere amore dei, & poſt iuramentũ huiuſmodi, religionẽ ingredi velit. Tamen vbi dubiũ eſſet, vtrum commutatio eſſet in maius bonum auctoritas ſuperioris requirenda eſt, ſecundum do. An. in eod. c. Peruenit. Sed & ſi quis iurauit facere rẽ mortaliter culpę, vt aliquem interficere, vel aliquam tenere in cõcubinã, tali iuramẽto nõ obligatur, ſed potius pęnitere tenetur de illo: capit.

Si vero: De iureiur. 22. q. 4. cap. 1. & 2. Hæc domi. Abb. in d. c. Quanto. Cum quo Richar. Vbi ſupra concordat, dicens: Contra quod libet iuramentum, quod ratione rei iuratę derogat caritati, vel eius perfectioni, vel in diſponentibus ad eam, poteſt homo contrauenire propria auctoritate, in caſu neceßitatis. Idem Bona. ea. diſt.

Sed quid ſi quis per pecuniam diſpenſat, vel commutat cum aliquo in iuramentis, vel in votis, vt non teneatur, vel aliud faciat. Reſpondeo ſecundum Gemi. in c. Licet Canon: De ele. l. 6. Symonia eſt, quia quęlibet gratia eccleſiaſtica, dicitur in ſymoniaca ſi detur pecunia; vt notat glo. 1. q. 1. Gratia. Simonia.

TITVLVS. IIII.

Qui de confeſſoris cautela eſt, in quo hæc principaliter docentur.

1. Si, & quando, & quæ confeſſor debeat interrogare confitentem.
2. Quòd de iuriſdictione, de perſonarum conditione, de excommunicatione, interrogabit ſacerdos confitẽtem, & quomodo.

3. Quod ſcire debeat confeſſor à pœni tente,de examinatione conſcientiæ illius; Vbi & de eo quæritur qui parũ ſuam diſcusſit conſcientiam: Et an confeſſor audire debeat à confitente alterius,quam confitentis peccata;& ſi ex tali cognitione peccatorum alterius, posſit ad illius correctionem procedere.

4. Quibus cauſis cõfeſsio nulla ſit; atq; ideo iteranda; Quomodo item nulla propter confeſſoris ignorantiam,cõfesſio noſcatur:Item ſi pęnitens recuſare posſit iniunctam ſibi pœnitentiam; & an confeſſor eam quæ grauis eſt posſit immutare. Cum breui digreſſa de contritione atq; attritione.

5. De tempore quo pęnitens diſtulit confeſsionẽ,& ſi dilatio confesſionis poſt Paſcha ſit peccatũ mortale; Itẽ ſi poſt peccatũ quis tenetur ſtatim cõfiteri habito confeſſoris cõmodo; Inſuper quomodo confeſſor debeat eſſe cautus circa ea quæ ſunt ſtatus perſonarum, & uenereorum, & in increpationibus peccatorum in pęnitente.

6. De circumſtantiis aggrauãtibus,vel non, & eorum ſpecibus; De neceſſa

rio

rio confitentibus aut non: quouſq; confeſſor habeat interrogare circa huiuſcemodi; ſi teneatur pęnitens ad venialia confitenda: Modus item diſcutiendi conſcientiam ſuam.

Caput Primum.

INTERROGATIONE *cautus, debet ſacerdos eſſe: vnde Augu. li. de pęnitentia. & habetur, De pęn. diſt. 6. c. 1. Oportet vt ſacerdos ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare: iudiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat; vt qui debet iudicare, diſcernat. Diligens ergo inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator, ſapienter, & quaſi aſtutè interroget peccatorem, quod forſitam ignorat; vel verecundia velit occultare. Hęc ibi. Sed quæritur ſi confeſſor tenetur interrogare pęnitentem in confeſſione. Reſpondeo ſecũdum do. Bon. in 4. diſt. 19. ſuper litteram. Abſq; dubio oportet cõfeſſorem diligentem eſſe in inueſtigando, quando videt pęnitentem negligentem, vel ignorantem: cuius ratio eſt; quoniam ipſe eſt iudex; & iudex debet diligẽter inquirere cauſæ veritatem: maxime quando dubia apparet, Iuxta illud Iob. 19. cauſam quam neſciebam diligen*

Cautelā confeſsionis, & quando neceſſarium ſit interrogare confitẽtem.

 ligen

ligentiſſime inueſtigabam. Sco. quoque ea. diſ. dicit. Clauis in confeſſione dicitur errare, quando non inquiruntur & examinantur ea quę pertinent ad cauſæ cognitionem, nec confeſſor alias poteſt recte iudicare, niſi a caſu, ideoque peccat. De hoc etiã Landulfus ea. diſt. & habetur infra. in hoc. tit. capitulo vlt. Ex verbis quoq; Aug. proxime allegatis, ſatis hoc liquet. Quęro quot ſunt illa de quibus pęnitens eſt interrogandus. Reſpondeo. 7. videlicet, de iuriſdictione, de conditione, de excomunicatione, de examinatione, de iteratione, de dilatione, de variatione.

Caput Secundum.

Primũ principale, quod eſt de iuriſdictionis interrogatiõe

PRIMO, *de iuriſdictione: quia ſi perſona confiteri volẽs ſacerdoti nõ eſt ei nota, debet illã interrogare, de quo ſit loco, vt intelligat an ad ſuã ſpectet iuriſdictionẽ; ne ſi hoc prętermiſſo ipſius peccata in totum vel in partem audiat; poſtea cognoſcens ad ſe nõ pertinere cum rubore, & ſcandalo eius, oporteat illi dicere: Parce frater, quia te abſoluere nequeo.*

Secũdũ principale, quod eſt interrogatione de

Secundo, vbi ſacerdos ſtatum perſonæ volentis confiteri neſcit; interroget: cuius conditionis eſt. Si pater, vel filiusfamilias

lias ſit; ſi nuptus, vel innuptus; ſi artifex; ſi negociator; ſi officialis; ſi religioni expreſſe, vel tacite ligatus eſt: & de cęteris huiuſmodi: vt præcognita pęnitentis conditione, melius proinde de cunctis ſciat interrogare, ac cognoſcere quæ ad eum ſpectant, & per conſequens iudicare: & ei prout opus eſt conſulere. Et hoc innuit. Aug. lib. de pęnitentia, cum dicit. Iudex ſpiritualis oportet vt ſciat cognoſcere quicquid debeat iudicare; debet ſiquidem ſacerdos aliter ad rudes homines induratos, & in ſuis peccatis inſenſatos ſe habere: quam ad uiros eruditos, dociles, & contritos: quos conuenit vrbaniter, dulciter, & leuiter interrogare, ac eis perſuadere, quæ ſunt ab illis facienda. Illos vero & ſi humaniter inſtruere deceat: tamen acrius ſunt increpandi, & corripiendi. Vnde & Auguſt. eod. lib. quod & habetur in c. Qui vult. De pęnit. diſtinct. 6. Sacerdos adiuuet confitentem leniendo, conſulendo, ſpem promittendo, & cum opus fuerit etiam increpando. Mulieres ſi autem ſi blandis, & mollibus verbis allicere voluerit, dum illarum confeßiones audit, quas potius rigidus debet corripere, & ſuperflua & inania reſecare: verendum eſt, ne illæ ſine fructu confeßionis diſcedant, & ipſe iaculo malarum cogitationum, & carnalium tentatio

cōdictionis & ſtatus perſonarum.

Mulieres qūo interrogandæ.

tio

Nota d. Auguſtinum.

tionum perfoſſus permaneat. Vnde Auguſtinus, vbi ſupra, loquens de confeſſore, poſtquam dixit, Et cum opus fuerit etiam increpando, continuo ſubiungit, caueat ne corruat, ne iuſte perdat iudiciariam poteſtatem. Tertio, quęrat ſacerdos in primis: ſi pęnitens ſit aliqua excommunicatione ligatus, a qua maxime non habeat abſoluendi poteſtatem: quia illa manente, eum a peccatis abſoluere non valeret. vnde Richard. in 4. diſtinction. 18. articu. 9. quęſt. 4. Siue quis ſit iuſtè, ſiue iniuſtè excommunicatus, dum tamen teneat excommunicatio; ſiue ſtet per eum, ꝙ non eſt ab excommunicatione abſolutus, ſiue non: non poteſt a ſacerdote abſolui a peccatis ſuis, excommunicatione manente: quamuis tamen ille qui iuſtè eſt excommunicatus; & facit poſſe ſuum vt abſoluatur, & ſi talis (vt credo) ab homine non poßit abſolui, tamen ſi verè pęnitet abſolutus eſt, in iudicio dei. Et ꝙ talis non abſoluatur; eſt de conſuetudine; quæ eſt optima legum interpres: quia præſumendum eſt, ꝙ vt in pluribus iuſtè excommonicati fuerint, & niſi per eos ſtaret, ab excommunicatione abſoluerentur: niſi interdum teneantur in excommunicatione per longum tempus ad grauius puniendum aliquod eorum graue ſcelus. Cum igitur ſacerdos aliquem abſoluit in foro pęniten

Tertiũ principale, quòd ſ. interroget Si pęnités ſit excõicatus.

niten

nitentię: prius debet abſoluere ab excommunicatione; quam a peccatis: etiam ſi ille ſit excommunicatus minori excommunicatione, qua manente a peccatis non poſſet abſolui. vt ca. Si celebrat: De Cle. excom. mi. Hęc Richard. Cum quo concor. Thom. ea. diſt.

Caput Tertium.

Quartũ principale, de examinatiõe conſcientiæ peccatoris, vł cõtritiõe eius, percũtabit cõfeſſor.

QVARTVM eſt quod ſacerdos quęrat, ſi is qui vult confiteri, prius ſuam examinauerit conſcientiam; prę̨ſertim ſi per annum, aut amplius ſine confeſſione ſteterit: ne ſi confiteatur nulla probibita ſuorũ peccatorum intra ſeipſum diſceptatione infructuoſa ſit inutilis confeſſio. Vnde dicit Richar. in 4. diſt. 17. ar. 2. q. 6. ſi pęnitens, non adhibuit debitam diligentiam, prout de lege communi, humana conditio permittit, vt omnium peccatorum ſuorum mortalium memoriam habeat; ſed per ignorantiam affectatam, vel craſſam, aliquod mortale non dixit ſacerdoti; talis confeſſio non valet; ſed iterare eam tenetur, quo ad peccatum dimiſſum, & omnia alia iam confeſſa, ſi ſacerdotem cui confeſſus eſt, commode haberi non poſſit; quem ſi inueniat, dummodo ab eo non ſit interdicta abſoluendi poteſtas

Iteratio cõfeſsionis.

teſtas, ſufficit peccatum non confeſſum, tãtummodo confiteri. Concordat Scot. ea di: dicens. Debet pęnitens præmittere diligentem inquiſitionem ſuorum peccatorum mortalium: vt ea ad memoriam reuocet ſecundum posſibilitatem fragilitatis humanæ: & intellige tantam, quantam poſſet aliquis ponere: circa aliquid multũ arduum: quod & ſibi multum eſſet cordi.

Quęſtio, de his qui parũ ſuam cõſciẽtiam diſcutiunt.

Nunquid confeßio, eorum qui nullam, aut minimam ſuorum peccatorum examinationem pręmittunt, omnino ſit irrita. Videtur (ſaluo meliori iudicio) poſſe diſtingui: quia aut confeſſor in talibus accuratus eſt et ſolers, ut in quo illi deſunt: ipſe ſuppleat, diligenter eos examinando: autem nõ, quia illos tantum dicere ſinit: qui propter imprę parationem, multa mortalia prætermittũt. Si primo modo fortaßis prædictorum confeßio non eſt nullam: eo ꝙ ſuppleat confeſſor in quo ille deficiunt: & ſufficere videtur quocunque ſuppleatur: vt innuit Aug. & habetur in c. qui vult: De pę. diſt. 6. vbi dicit. Iudiciaria poteſtas hoc expoſtulat: ut quidem iudicare diſcernat. Et infra aſtute interroget a peccatore: quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inueſtigare: & locum, & tempus, & cætera. Pauloque poſt ſubdit. Adiuuet

net confitentem, & loquendo inſtruat. hæc Auguſt. Quibus ſatis innuitur: quoniam diligens ſacerdos ſolertia in diſcutiēdo peccatoris conſcientiam: in his, vel quæ ignorat, vel non meminerat, vel verecūdia fortasſis celare velit, faciat ipſam confesſionē peccatorum valere: in qua peccator in eo quod deberet ſibiipſi ſolicitus eſſe deficit. Si ſecundo modo, vnde ſic intelligendum: quod nunc proxime dictum eſt. ſecundum Rich. vz. confesſionem non valere: eo ꝙ multa mortalia per ignorantiam craſſam, & inexcuſabilem prętermittuntur.

Nunquid confeſſor in examinatione peccatoris pęnitentis, ſuſtinere debeat, ꝙ ille referat aliena peccata. Reſpondeo ſecundum dom. Bon. in 4. diſt. 21. Aut pęnitens ſua peccata confiteri poteſt ſufficienter, aliena ſubticendo; aut in generali dicendo: hoc eſt non ſignificando alterius perſonam confeſſori particulariter: aut non poteſt ſua dicere peccata ſufficienter, niſi & peccatum alterius: et ipſum in notitiam dederit cõfeßori. Primo caſu, confeſſor pęnitentem qui aliena refert peccata corripere debet, vt contingit de aliquibus ſimplicibus, qui vt minus confundantur, aliquando accuſant omnes vicinos dicētes, ꝙ oēs latrōes, vel vſurarij ſunt, vt ipſe. Secūdo caſu, vt, ſi perſona pęnitēs cognita ē ab epiſcopo, ſufficit dicere, ꝙ cognita eſt

Quæſtio.

Tribus caſibus pōt confeſſor alterius quã confitentis peccata a confitente auſcultare.

Primus caſus.

Secundus caſus.

eſt a magno prælato: ſic enim ſatis apparet genus peccati. Quod ſi illa deſcendat ad perſonam epiſcopi particulariter, increpanda eſt a confeſſore. Tertius caſus. *Tertio caſu, quando penitens ſuum peccatum non poteſt ſufficienter explicare ſine explicatione perſonæ determinate, utpote ſi mulier a uiro ſuo inordinate cognita eſt; vel ſoror a germano ſuo religioſo; & hos confeſſor nouerit, non peccat mulier; ſi dicat de marito, vel germano, pro eo ꝙ non poteſt aliter confiteri propriam culpam, aut eius ſpeciem.* Alij aliter ſentiunt. *Et ſic huiuſmodi caſibus exceptis, nec penitens aliena peccata referre debet in confeſſione; nec confeſſor ſuſtinere: alias enim, uix, aut unquam a peccato detractionis excuſari poſſunt. Concordat Alex. lombar. ea. di. & Alex. de ales in 4. & Richar. ea. di. qui, & addit. Si no*Quæſtio. *minatio perſonæ quã facit penitens in cõfeſſione, non eſt neceſſaria ad expreſſionem quantitatis peccati penitentis; ſed tamen cognita illa a confeſſore vtile erit ad præſeruandum penitentem a recidiuo; quia cõfeſſor per cognitionem perſonæ; ſciet iniungere penitenti talem penitentiam, & tales facere monitiones, per quas penitẽs melius poterit reſeruari a recidiuo; tũc bonum eſt & expedit penitentem illam confeſſori nominare. Similiter ſi expreſſio perſonæ non eſt neceſſaria ad expreſſionem quantitatis*

peccati

peccati confitentis; licet ſit utilis ad correctiones illius, de quo pęnitens confitetur ſe cum peccaſſe: vel ad præſeruationem a recidiuo corripiendo eum, ſ. extra confeſſionem, de quo ſibi pęnitens dicit in confeſſione: vel loquendo alteri qui poßit & velit illi prodeſſe.

Nunquid dici poteſt, ꝙ confeſſor ex hoc, ꝙ audiuit in confeßione tantum, peccatum alterius, poßit procedere ad correctionem eius. Reſpondeo ſecundum Richar. in 4.di. 17. art. 4. q. 2. Non, niſi pęnitens extra confeßionem dixerit; quia hæc eſſet occaſio frangendi ſigillum confeßionis: & maximũ periculũ, vt inf. tit. de celatione cõfeßionis.

Caput Quartum.

QVINTVM, *quod quærat ſacerdos a principio eſt de cauſis propter quas pęnitentis confeßio præcedens, fortè fuit nulla; vt ſciat a quo tempore citra ille debeat confiteri, & ipſe de eius peccatis interrogare, ne hoc prætermittens, pęnitens diſcedat non vere confeſſus, vel abſolutus, & ipſe in caſſum, & cum inertiæ peccato laborauerit. Cauſę autem huiuſmodi communiter a doc. in 4. di. 17. quattuor aßignantur: duæ ex parte confeſſoris, qui pęnitentis confeßionem audiuit: prima, quia neſciuit abſolue* re

Quintũ principale, in qđ enumerãtur cauſæ, ob quas confeſſio nulla eſt, ac propter hoc, vetanda ſit.

re cum eſſet idiota: Secunda, quia non potuit abſoluere; quia abſoluendi auctoritatem non habebat. Et duæ ex parte penitentis: Prima, quia contempſit ſacerdotis abſolutionem, aliquod videlicet mortale peccatum, in corde ſcienter retinens: ſecunda, quia contempſit ſacerdotis ligationem, hoc eſt pęnitentiam ad quam eum ligauerit facere, & oblitus eſt eam. Sed de hijs clarius: ac diffuſius dicendum eſt.

Prima cauſa eſt, ſacerdotis ignorantia.

Prima cauſa, eſt ſacerdotis ignorantia, de qua Richar. in 4. diſtinct. 17. art. 2. q. 6. dicit. Si ſcienter confeſſus eſt ei, qui idiota eſt, vel totalitr ignorans, neſciens ligare, vel abſoluere, id eſt neſciens diſcernere inter mortale, vel veniale, de communibus peccatis: nam qui talem ſciuit, & alium quærere neglexit, verè pęnitens non fuit: De pęn. diſt. 6. Qui vult. Et hoc verum, niſi in duobus caſibus, ſecundum Duran. in ſumma tit. De confeſſione. 26. Primus eſt, ſi pęnitẽs peritus ſit, & inſtruat confeſſorem idiotã quid in ſingulis dubijs occurrentibus agere debeat. Secundus, cum alium habere non poteſt, & præſertim ſi eſt in articulo mortis, vnde poteſt confiteri ei, quem tunc habere poteſt: nec ad hos ſe extendit auctoritas Aug. in d. c. Qui vult, dicentis. Qui vult confiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcien

Duos caſus ab hac, excepit Durandus.

Primus caſus.

Secundus caſus.

ſcientem ligare & ſoluere. Sed quomodo poterit cognoſci confeſſionem pęnitentis iam factam, propter ignorantiam ſacerdotis fuiſſe irritam. Reſpond. duobus modis, vt aliqui dicunt. Primo, ſi dictum ſacerdotem nouit; & ſciat eius omnimodam imperitiam. Secundo, ſi illo ignoto in progreſſu cõfeſſionis, quam audit, intelligat ꝙ ſacerdos ille non fecit pęnitenti cõſcientiã, de his, quibus nullatenus licet ignorantiã habere: vtpote de ſimplici fornicatione, vel annali cõmunione; cũ ad eã teneretur, & huiuſmodi. Secunda cauſa eſt, quando ſacerdos non potuit abſoluere. Et hæc duobus modis: ſecundum Dura. d. quæſt. 26. & Thom. in 4. diſt. 17. & Hoſtien. in ſumma, titul. De pęn. re. Primo, ſi nullam habuit poteſtatem; eo ꝙ ſit intruſus in beneficio, quod videlicet, non per canonicam inſtitutionem, ſed per potentiam ſecularem retinet; vel manifeſte excommunicatus eſt; aut notoriè ſuſpenſus, quo ad ſe, & quo ad alios; vt quia notorius fornicator, ſeu concubinarius, c. Veſtra. & c. fin. de coha. cle. & mu. Si enim occultè eſſet excommunicatus, non tenetur ſubditus talem ſacerdotem in diuinis euitare, vel extra, per extrauagantẽ. Ad euitandũ ſcandala. & c. conditã in concilio Cõſtãtienſi per Martinũ. 5. & per Eugeniũ quartũ cõfirmatã in concilio Baſilienſi. In quo do. Ab.

Duobus modis cõfeſsio irrita ꝓpter confeſsoris ignorãtiam noſcitur.

Primus modus

Secũdus modus.

Secunda cauſa, & duplex modus.

Primus modus.

Siculus, qui in eo inter fuit ſic de illa meminit; In cle. Grauis: De ſent. excommu. dicens; hodie per extrauagantem. Ad euitãdum ſcandala; ſtatutum eſt, vt non teneatur quis alterum vitare in diuinis, vel extra, prætextu excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel interdicti, niſi facta ſit per iudicem declaratio, vel niſi conſtiterit, quẽ excommunicationem incidiſſe: ita vt nulla tergiuerſatione poßit celari. Hæc ille. Qui tamen ſcit talem excommunicatum, vel ſuſpenſum, & communicat ei in diuinis ſacramentis: vt confitendo ſibi, peccat mortaliter, ſi alium habere poteſt: cum pręſtet ei cauſam mortalis peccati, ſecundum aliquos. Nec tenuit abſolutio, ſi pęnitens fuit non ſubditus ſacerdotis, quia nullam ſuper illum iuriſdictionem habebat ordinariam vel delegatam, c. Omnis: De pę. & re. Item ſi confeſſor non fuiſſet ſacerdos ordinatus, vel non baptizatus, ſecundum Ric. in 4. diſt. 17. art. 3. q. 3. vbi ait. Si pęnitentis ignorantia in hoc fuit inuincibilis, ſeu probabilis, confeßio eius facta iſti, fuit meritoria, licet non adeo, ac ſi confeſſus fuiſſet ſacerdoti vero: quia ex vi clauium poteſt conferre beneficium, quod ille conferre nequit. Secũdus modus. *Secundo modo, ſi habens poteſtatem habet eam arctatam, quia non potuit abſoluere pęnitentem ab omni peccato confeſ-*

ſo

ſo ſibi, quia erant aliqua ſuperiori reſerua ta: ſufficit tunc iterare confeßionem quo ad illud, vel illa, a quibus confeſſor abſoluere non potuit: licet conuenientius fuiſſet ſuperioris abſolutionem præcedere, ſecundum Richar. in quarto di. 17. articulo ſecundo, quæſtio. 8. Tertia cauſa eſt, cum pęnitens ſcienter tacuit aliquod mortale, vel quod dubitat eſſe mortale. aut circunſtantiam neceſſariam, vtpote trahentem in aliam ſpeciem peccati mortalis. Exempli gratia. ſi furtum ſe feciſſe confeſſus eſt, & prætermiſit, ꝙ in eccleſia de rebus eccleſiæ feciſſet. Quarta cauſa, quando pænitens iniunctā ſibi pęnitentiam efficere potuiſſet, & neglexit, illamque oblitus eſt, vt ait Richar. in 4. di. 17. ar. 2. quæ. 7. Quam tamen ſi recordaretur, ſufficeret eam implere, maxime ſi ei terminus illam faciendi præfixus non fuit, vt aliqui dicunt, ſecundum Bon. in 4. diſt. 17. ſuper litteram. In his duobus caſibus vltimis, ſi pœnitens ad eundem confeſſorem reuertitur diſtinguendum eſt, quia aut recenter confeſſus eſt, aut iam de memoria ſunt elapſa ab ipſo ſacerdote propter diuturnitatem temporis. In primo caſu confeßionem iterare non tenetur. In ſecundo ſic. quando ſ. pro mortalibus peccatis iniuncta fuerat, quia ſi pro venialibus tantum, quis non tenetur iterare con-

Tertia cauſa

Quarta cauſa.

feßionem,ſecundum Tho. ea. diſt. 17. *de cō-feßione tamen iterāda in his duobus dic, vt infra, quinta cauſa. Sed nunquid pęnitens tenetur acceptare, & perficere pęnitentiam ſibi a ſacerdote pro peccatis iniunctam. Et nunquid alius ſacerdos pœnitentiam acceptatā poßit immutare, requirente hoc pęnitente? Reſpondet Richar. in* 4. *diſtinct.* 17. *art.* 1. *q.* 5. *Dic ad primum, ꝙ ſic, quando ſacerdos rationabilem, & diſcretam pęnitentiam imponit ei: de quo Aug. in lib. de pęnitentia. & habetur: De pęn. diſt.* 5. *c.* 1. *vbi de pęnitente ſic dicit. Ponat ſe omnino in poteſtate iudicis in iudicio ſacerdotis; vt omnia eo iubente paratus ſit facere, pro recipienda vita animæ; quæcunq; faceret, pro vitanda corporis morte. Secus autem ſi irrationabilem, eo ꝙ ſacerdos tunc abutitur claue ſcientiæ, & potentiæ. Ad ſecundum dic, ꝙ ſi pęnitens ſentiat pęnitentiam ſibi nimis grauem, & ad obſeruandum periculoſam, ſua infirmitate penſata, poteſt ad eundem confeſſorem; vel alium (ſi illum habere non poteſt) humiliter recurrere, & commutationem petere; quod confeſſor concedere debet, etiam ſi alleuiata pœnitentia quam ſecundo imponit, non ſufficeret pro emenda peccati, quia tutius eſt pœnitentem reſeruare in purgatorio puniendum; quam*

Quæſtio.

Pœnitēs nō recuſet pœnitētiā iniūctā, ſi rationabilis ſit.

Ad ſecundū.

Cōfeſſor cōmutet pęnitentiā pœnitenti, cū grauis nimis videtur.

ipſum

ipſum exponere periculo cadendi in mortale peccatum, propter pœnitentiæ tranſgreßionem. Si autem pęnitentiam iniunctam ex deliberatione, & ſine legitima cauſa omittit explere, mortaliter peccat.

Quinta cauſa eſt, ſi pęnitens ligatus erat aliqua excommunicatione maiori, vel minori; & non præmiſſa eius abſolutione fuit abſolutus a peccatis: vt ſupra, in hoc c. in tertia interrogatione principali, quam facere debet ſacerdos. Sed adde ſecundum Pe. de Palu. in 4. diſtinctio. 17. quæſt. 6. Quod in hoc caſu, & in alijs in quibus quis tenetur iterare confeßionem, ſi pœnitens confiteatur eidem, non oportet iterare peccata explicite, ſed ſolum implicitè dicendo peccaui in illis quæ vobis alias dixi; ſicut ſi fuiſſet nulla de facto: dilata enim abſolutio, per multos dies fieri poteſt. Et ſi ipſe oblitus fuerit peccatorũ de quibus ei prius pœnitentiam iniunxerit: quia ſi non taxaſſet pęnitentiam; tunc oportet explicitè ad memoriam reducere; vt pęnitentiam iuſte moderetur. Conſilium eſt ergo vt ſi confeſſor pęnitentem ad epiſcopum remittit propter caſum reſeruatum excommunicationis; prius ei de peccatis pęnitentiam imponat, ne forte ex dilata abſolutione obliuiſcatur peccatorum, quæ ſibi confeſſus eſt, Quinta cauſa. Salubre cõſilium.

& tunc reuerenti ſufficit, ſi ſacerdos volẽs a peccatis abſoluere, dicat ei; Facias quod tibi dixi. Hæc Pe. Sed in his quoq; ſalubre conſilium eſt; vt confeſſor habens epiſcopi auctoritatem, quo ad cenſuras, licet tunc pęnitens nulla cenſura ſe ligatum conſiteatur; aut ſi caſum cenſuræ explicet: & forte ſacerdos ipſe illam per ignorantiam, aut inaduertentiam non intelligat, & abſoluat illum; quantum ſuæ auctoritatis facultas ſe extendit; prius ab omni excommunicatione maiori, & minori: demum a peccatis; quoniam ſi poſtea nouerit fuiſſe tunc ligatũ (quod tamen tũc nõ agnoſcebat) vere abſolutus erit, ſecundum Richar. in quarto, diſtinctio. 18. articulo. 10. q. 1. Et melius ſecundum Rodonenſem quem allegat Aſtenſis in ſum. li. 2. titulo. 14. licet enim probabilis ignorantia excuſat a culpa, & pręſeruet a pęna irregularitatis excommunicatum; non tamen facit eum non eſſe excommunicatum, ſecundum Pet. de Pal. vbi ſupra.

Sexta cauſa, quæ ẽ, ex defectu cõtritionis.

Sexta cauſa eſt, cum quis confeſſus eſt, non contritus, quia non ſufficienter doluit de ſuis peccatis, vel non propoſuit abſtinere ab omnibus: in quo varia videtur doc. opinio. Aliqui enim, vt do. Bonauentu. in 4. diſtinct. 17. Goff. Ray. & Hoſtien. in ſummis dicunt, non valere confeſſionem huiuſ

Diuerſæ Doctorum opiniones.

modi

modi, ad remiſsionem culpæ: vel pęnę, nec tunc nec fictione recedente. Aliqui vt Richard. in 4. diſtinct. 17. arti. 1. q. 8. dicunt, ꝙ talis non tenetur eadem numero peccata denuo confiteri de neceſsitate: & ſi abſoluitur, nec ab eo, nec a confeſſore contemnitur ſacramentum, vt mortaliter peccet, ſicut aliqui dicunt. Qui etiam ſi talis de peccato ſuo mortali ſit attritus, ita vt poſsit probabiliter præſumere ſe eſſe diſpoſitum, non peccat abſolutionem recipiendo: immo frequenter virtute clauium per ſuſceptionem abſolutionis formatur illa attritio. Cũ quo Tho. & Pe. de Tharã. ea. di. dicunt, ꝙ tale confeſsio valet ad remiſsionem culpæ: quia quando impęnitens confitetur, & abſoluitur: licet tunc non percipiat fructus confeſsionis: tamen recedente fictione percipiet: ſicut de eo qui fictè acceſsit ad baptiſmum. Et ideo forte, quia ſicut in baptiſmo imprimitur caracter, ad quem, recedente fictione ſequitur gratia: ita & in pęnitẽtia imprimitur quidam ornatus: ad quem, recedente fictione, ſequitur gratia: quod & tenet glo. De pę. di. 1. in c. Menſurã. & Gratia. in ſequenti. §. ibidem. Ad intelligentiã autem præmiſſarum opinionum diſtinguũt, alij, quia aut ſic confitens non habet intentionem confitendi ſacramentaliter, & abſoluendi: ſed deridendi: aut habet intentio-

D. Thomas. Petr[9] de Tarantaſia.

Elucidatio ꝓ dictorũ diuiſio.

nem confitendi, & abſoluendi. Primo caſu non liberat a præcepto diuino de confeſſione: quia ſine intentione non poteſt ſuſcipi
Subdiuiſio. *eſſentia ſacramenti. Secundo caſu diſtingue: quia intendens implere præceptum, & ſuſcipere verum ſacramentum quod eccleſia confert, aut nullam pœnitentiam habet de peccato ſuo, aut aliquam: ſi nullam, tunc, ſacramentum pœnitentiæ non ſuſcipit: quia pars eſſentialis ſacramenti huiuſmodi, quæ cõſiſtit in actu ſuſcipiẽtis eſt actus interior: vnde ſine eo non eſt, ſicut nõ eſſet matrimonium, ſi quis intenderet verum ſacramentũ ſuſcipere, nõ tamen conſentire in carnalem copulam, vel ad tempus. Si vero aliquã habet pęnitentiam de peccatis ſuis, tũc iterum diſtingue. Aut habet talem pęnitentiam, ꝙ ſufficit cum ſacramento: vt quia tãtum attritus confitetur, & vi clauiũ fit contritus, vnde & fugatur fictio, & ſic non habet dubiũ, cũ talis, & ſacramentũ, & effectũ ſacramenti ſuſcipiat. ſ. remiſsionem ſuorum peccatorũ. Aut nõ habet talem pęnitentiã, quæ omni ſacramento ſufficiat ad gratiã, quia nec etiã attritus accedit ad cõfeſsionem: & hoc caſu vera eſt opinio Richar. Tho. Io. & Gratiani: quia fictione illa recedente tũc incipit valere confeſsio, nec iterare eam tenetur, ſed ſolũ fictionẽ cõfiteri: quia videlicet habuit dolorem imperfectũ de peccatis, eo ꝙ*
non

non diſcuſſerat ſufficienter conſcientiã ſuã; vel ſi dolebat, de præterito; non proponebat cauere in futuro, aut econuerſo. Tamen iſta fictio tunc ei non occurrit, nec actu cogitat, ꝙ teneatur eam cõfiteri. Tunc.n. ſicut de peccato quod occurrit quidem, ſed nõ credit, ꝙ ſit peccatum, aut quod ſit mortale, & de neceſſitate confitendũ, per inde eſt, ac ſi fuiſſet oblitus per negligentiam, nec feciſſet debitum ſuũ, de ſcrutando conſcientiã ſuã: Quo caſu ſolum eſt confitendũ illud, & eſt verũ ſacramentum: vel poteſt intelligi de illo qui confitetur eidem, cui prius; & tunc nõ oportet iterare cõfeſſionẽ primum ei factam, ſed tantũ fictionẽ: etiam ſi ipſe ſacerdos nõ recoleret peccata ſua ſibi prius dicta, quia nec quãdo cõfeſſio eſt integra, oportet ꝙ recolat actu totũ a principio, vſq; ad finẽ: et maxime quia hic ſufficit ab oĩbus ei iniũgere pęnitẽtiã pro fictiõe; et pro alijs ꝙ faciat pęnitẽtiã ſibi iniunctã primo. Pet. de Pal. in 4. di. 17.

Acceſſorius digreſſus de attritione, & contritione, in hoc quarto capitulo.

ATTRITIO de qua proxime mẽtio facta eſt quomodo differt a contritione? Dicendum

dum ſecūdum Alex. Lombar. in 4. diſt. 17. q. 1. hęc nomina attritio, & contritio metaphorice ſunt a materialibus ad ſpiritualia: in corporalibus enim illud dicitur durum, quod non cedit tactui, illud dicitur frangi, quod per partes magnas diuiditur, ſic dicitur. 4. metheororum, illud vero dicitur conteri, quod in minimas partes redigitur, & in puluere, ac quaſi annihilatur. Spiritualiter autem cor hominis dicitur durū, quādo diuino tactui, diuinę inſpirationi non cedit conſentiendo; ſed obuiat contradicendo, vel perſiſtendo in affectu peccati: Tūc autem frangitur, & atteritur, quādo a propoſito aliqualiter et ſemiplene reſipiſcere incipit. ſ. per diſplicentiam peccati: ſed imperfectam: Tunc vero conteritur, quando affectus peccati ſecundum omnē ſui partem, totaliter diſtruitur, per perfectam & omnimodam peccati diſplicentiam, a quo reſilit, quæ reſilitio eſt quidam dolor per diſplicentiam voluntatis, & non paßio appetitus ſenſibilis, ſeu dolor excitatus in ſenſu corporis, qui eſt ſuper erogationis non neceßitatis. In contritione autem duo ſunt. Primū, illud quod conteritur, ſcilicet cor peccatoris, quaſi vas fictile, veneno peccati plenū. Secundum, illud quo conteritur, & hoc duplex mola. Vna ſuperior ſurſum eleuans. ſ. ſpes veniæ, & conſideratione miſericordiæ dei.

Deductio nominū attritionis, & cōtritionis.

Applicatio corporaliū, ad ſpūalia.

Duo ſunt in contritione. Primum.

Secundum.

Mola ſupior ſpes veniæ.

dei. Alia Mola deorſum deprimens.ſ.timor pęnę, veniens, ex cõſideratiõe diuinę iuſtitię: tũc.n.iſtud vas veneno plenũ totaliter cõteritur, quãdo ex cõſideratione venię, et cõſideratione pęnę ęternę, quaſi ex cõcurſu ſuperioris, & inferioris molę, peccatũ totaliter deſeritur, in vi duarũ molarum inuicem cõcurrentium, & quaſi ſe concutientium: vt qui prius ſemiplenè dolebat, vel tantum timore pęnæ de peccato ſuo, modo plenè perficit ac diuino triſtatur amore: vnde de his duabus molis (ne pignori demus, ſed illas pęnes nos teneamus) dicitur Deutero.24. Nõ accipies in loco pignoris ſuperiorem, & inferiorem molam. Multi tamen eas impignorant. Hęc Alexan. Lombar.

Mola inferior timor pœnę.

Sciendum quod cõtritionis dolor, qui eſt diſplicentia peccati, ſi ſit informis eſt attritio, ſi formatus eſt contritio, ſed non formatur de lege communi. niſi ſit maximus in cõparationẽ aliorũ dolorũ, quia quãto aliquis magis dẽt placere, tãto eius oppoſitũ debet diſplicere: ſummũ aũt bonũ, a quo ſeparatur homo per peccatũ mortale, magis debet placere, quã omnia alia bona, & ideo maior debet eſſe diſplicentia de quolibet peccato mortali, quã de quocũq; alio malo. Sed maior de vno peccato, quã de alio Rich. in 4. diſt. 17. artic. 1. q. 5. Concordat Bonauentu. in 4. diſtinctio. 16. dicens: in caſu quo oporteat

In quo differant attritio & contritio.

præeligere, vel conſentire in peccatum, ſiue in conplacentiam peccati, aut intollerantiam pęnę; quilibet tenetur præeligere pęnam, quam velle peccare, vel peccaſſe: Præter caſum tamen neceßitatis dico, ꝙ prępeligere omnem pœnam eſt perfectæ virtutis; Dubitare infirmitatis; quia timor naturalis valde facit dubitare: & iſta dubitatio poteſt ſtare ſimul cum charitate: ſed præeligere culpam alicui, pœnæ; hoc eſt iniquitatis, ſi eſt cum deliberatione, & plena voluntate. Homo vtiq; debet Deum diligere ſuper omnia; videlicet, ꝙ pro nullo damno, vel commodo, velit offendere deum; & ſic eſt diſplicentia contritionis. S. Bonau. Qui in ca. di. dicit, Si vni proponatur quid magis vellet; vel eſſe cecus, vel nunquam peccaſſe; talis ſi eſt in neceßitate poſitus, magis eligere debet eſſe cecus, ſed fatuum eſt talia cogitare.

Qui in articulo mortis dolet de peccatis, neque actu cogitat ea velle confiteri.

Quid ſi homo in articulo mortis conſtitutus dolet de peccatis, nec actu cogitat velle illa confiteri? Reſpondeo ſecundũ Richard. in 4. diſt. 17. articulo. 1. quæſt. 1. licet contritio diffiniatur, ꝙ eſt dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis, cum propoſito confitendi; implicitè enim habet propoſitum confitendi; quia ſi homo ſibi ad memoriam renocaret, confiteri vellet, ſi poßet.

Con

Contritio de peccatis oblitis quæ eſt ad ſalutem neceſſaria, ſecundum Bonau. in 4. diſt. 16. poteſt intelligi, vel cum quis ita oblitus eſt, ꝙ nihil omnino recordetur; ſi tunc non eſt neceſſaria in ſpeciali, vel in generali: aut oblitus eſt in ſpeciali, ſed tamen in generali recordetur. Et tunc in generali tenetur pœnitere de negligentia ſua propter quam venit in illam obliuionem, & facere quod in ſe eſt; vt recordetur in ſpeciali, vel per recogitationẽ, vel orationẽ: ſi aũt ſit omnino oblitus ad huc tenetur cõteri in generali: quod intelligo nõ ſub conditione; ſed ſub extimatione probabili. Debet.n. probabiliter homo credere, ꝙ in multis offẽdit, quorũ nõ recordatur: ſed de peccatis per ignorantiã commiſſis neceſſaria eſt contritio in generali, iuxta illud prophetę. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas, ne me mineris domine. Et vtiq; tenemur confiteri peccata per ignorantiã commiſſa, ſiue per ignorantiam iuris, vel facti deliquerimus. Sufficit tamẽ cõfeſſio in generali. Hęc S. Bõ.

Cõtritio de peccatis oblitis ad ſalutẽ neceſſaria, quõ intelligatur.

Contritionem, & deteſtationem peccati ſemper habere, an quis teneatur. Dicendũ, ſecũdum Alex. de Ales in 2. volumine ſummæ, tractatu de negligentia, ꝙ habitu habere peccati contritionem, & deteſtationẽ, ſemper quis tenetur: quia vt dicit Hugo, cũ deus abſoluit hominem a culpa, ligat eum

Sẽper tenet peccator habitu hẽre cõtritionẽ peccati, actu vero non ſemper, ſed ad tp̃s.

vinculo perpetuæ deteſtationis: Igitur homo tenetur ſemper deteſtari malum quod fecit, habitu: actu vero tenetur pro loco, & tempore, cum ſit præceptum affirmatiuum. Et hoc eſt quando peccator actu cogitat de peccato ſuo, quod ſit tantum malum, & tam graue: ut conuertatur ſuper ipſum & excitetur a gratia dei, ad conterendum: quę peccatorem hoc modo excitat, quando ipſum cogitare de peccato facit, pro quo inſtanti tenetur dolere actu; & conteri. Concor. S. Bon. in. 4. di. 16.

Specialis cõtritio đ quolibet peccato requiritur & maior de vno actualiter, quam de alio.

An Contritio ſpecialis, de quolibet mortali peccato, requiratur; vel ſufficiat vna generalis pro omnibus: Dicendum, ſecundum Tho. in. 4. diſt. 17. Cum in quolibet peccato mortali ſit particularis auerſio voluntatis a deo, et contraria contrarijs curentur: ideo oportet, ꝙ in omni remiſſione peccatorum ſit actualis conuerſio a peccato quolibet, & conuerſio ad deum: Richard. ea. di. art. 3. q. 5. concordat & addit. Quãuis in pænitendo de omnibus ſimul, non ſit neceſſaria maior diſplicentia in actu de vno quã de alio, neceſſaria tamen eſt in habitu. Et quidem cum peccata actu recogitantur in ſpeciali; neceſſaria eſt maior attritio, de maiori peccato, quam de minori. Verun tamen cum nemo ſciat vtrum habeat gratiarum quæ requiritur ad contritionem:

ideo

ideo nemo poteſt eſſe certus, de ſua contritione, & per conſequens de remißione.

Septima cauſa, ob quam tenetur quis cõfeßionem iterare eſt, quando quis habens ſacerdotem præſentem, & eiuſdem linguę, vel idiomatis, & per ſcripturam, & non verbum, peccata ſua confeſſus eſt ei. Richard. in 4. diſtinct. 17. art. 2. q. 4. Idem Sco. & Thom. e. di. Septima cauſa nullitatis cõfeſsionis, atq; ideo iterandæ.

Octaua cauſa eſt, cum confitens peccata ſua nunquam dixiſſet ſacerdoti niſi interrogatus ab eo, ſecundũ Ray. Et facit ad hunc caſum, & præcedentem proximè quod dicit Aug. li. de pęnitentia. & habetur: De pęn. di. 1. ca. Quem pęnitet: vbi ait. Confitenda ſunt peccata, nõ per nuntium, non per ſcriptum: ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis, erubeſcentia enim ipſarum partem habet remißionis. De ſuperbia quippe venit, cum quis non proprio ore, niſi interrogatus, peccata ſua ſacerdoti dicere nolit. Octaua cauſa.

Nona cauſa eſt, cum quis diuiſit ſuam confeßionem, partem peccatorum vni ſacerdoti dicendo, & partem alteri: de quo Aug. li. de pęnitentia, & habetur: De pę. diſt. 6. c. 1. Cautus ſit pænitens ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeßionem: vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare: quædam enim celat, quæ alij manifeſtanda ſeruat, quod eſt ſe laudare & ad hypocri- Nona cauſa

ſim

vinculo perpetuæ deteſtationis: Igitur homo tenetur ſemper deteſtari malum quod fecit, habitu: actu vero tenetur pro loco, & tempore, cum ſit præceptum affirmatiuum. Et hoc eſt quando peccator actu cogitat de peccato ſuo, quod ſit tantum malum, & tam graue: ut conuertatur ſuper ipſum & excitetur a gratia dei, ad conterendum: quę peccatorem hoc modo excitat, quando ipſum cogitare de peccato facit, pro quo inſtanti tenetur dolere actu; & conteri. Concor. S. Bon. in. 4. di. 16.

Specialis cõtritio đ quolibet peccato requiritur & maior de vno actualiter, quam de alio.

An Contritio ſpecialis, de quolibet mortali peccato, requiratur; vel ſufficiat vna generalis pro omnibus: Dicendum, ſecundum Tho. in. 4. diſt. 17. Cum in quolibet peccato mortali ſit particularis auerſio voluntatis a deo, et contraria contrarijs curentur: ideo oportet, ꝙ in omni remiſſione peccatorum ſit actualis conuerſio a peccato quolibet, & conuerſio ad deum. Richard. ea. di. art. 3. q. 5. concordat & addit. Quãuis in pænitendo de omnibus ſimul, non ſit neceſſaria maior diſplicentia in actu de vno quã de alio, neceſſaria tamen eſt in habitu. Et quidem cum peccata actu recogitantur in ſpeciali; neceſſaria eſt maior attritio, de maiori peccato, quam de minori. Verun tamen cum nemo ſciat vtrum habeat gratiarum quæ requiritur ad contritionem:

ideo

ideo nemo poteſt eſſe certus, de ſua contritione, & per conſequens de remißione.

Septima cauſa, ob quam tenetur quis cõfeßionem iterare eſt, quando quis habens ſacerdotem præſentem, & eiuſdem linguę, vel idiomatis, & per ſcripturam, & non verbum, peccata ſua confeſſus eſt ei. Richard. in 4. diſtinct. 17. art. 2. q. 4. Idem Sco. & Thom. e. di. Septima cauſa nullitatis cõfeſsionis, atq; ideo iterandæ.

Octaua cauſa eſt, cum confitens peccata ſua nunquam dixiſſet ſacerdoti niſi interrogatus ab eo, ſecundũ Ray. Et facit ad hunc caſum, & præcedentem proximè quod dicit Aug. li. de pęnitentia. & habetur: De pęn. di. 1. ca. Quem pęnitet: vbi ait. Confitenda ſunt peccata, nõ per nuntium, non per ſcriptum: ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis, erubeſcentia enim ipſarum partem habet remißionis. De ſuperbia quippe venit, cum quis non proprio ore, niſi interrogatus, peccata ſua ſacerdoti dicere nolit. Octaua cauſa.

Nona cauſa eſt, cum quis diuiſit ſuam confeßionem, partem peccatorum vni ſacerdoti dicendo, & partem alteri: de quo Aug. li. de pęnitentia, & habetur: De pę. diſt. 6. c. 1. Cautus ſit pænitens ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeßionem: vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare: quædam enim celat, quæ alij manifeſtanda ſeruat, quod eſt ſe laudare & ad hypocri- Nona cauſa

ſim tendere, & ſemper venia carere. Rich. in 4. diſt. 17. ar. 2. q. 6.

Decima cauſa.

Decima cauſa eſt; ſi per ignorantiam affectatam, vel craſſam aliqua mortalia immemor ſacerdoti non dixit: De quo Richar. in 4. diſt. 17. artic. 2. q. 6. De quo ſupra in 4. interrogatione ſeu quæſito huius tit.

Vndecima cauſa.

Vndecimā cauſa; ſi pœnitens ſatisfactionem ſibi iniunctam, totā vel partem, extra charitatem, hoc eſt in peccato mortali, impleuit: de qua tamen tres ſunt variæ opiniones: vt infra tit.

Caput Quintum.

Sextū principale.

De tēpore, in quo nō ē cōfeſſus peccator; debet interrogare confeſſor.

SEXTVM de quo confeſſor interrogabit pœnitentē; quantum tempus eſt, ꝙ confeſſus non eſt: ad hoc vt intelligat quot annorum ab illo confeßio ſit facienda: vel quia non ſtatim confeſſus eſt; quando in peccatum mortale incidit, & nouum peccatum commiſerit differendo, cum teneretur confeßionem non differre; quod de quo nunc ſequitur.

An peccator ſtatim teneatur confiteri, habita oportunitate confeſſoris. Reſpondeo. Variæ videntur in hoc. doc. opiniones: ſed dici poteſt, ꝙ exceptis aliquibus caſibus, ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. art. 3. q. 6. ille qui committit peccatum mortale, nō ſtatim tenetur de neceßitate confiteri habita

opor

opportunitate confeſſoris: ſed ſufficit, q̄ ſemel in anno confiteatur; ſicut ſtatuit concilium generale, in ca. Omnis vtriuſq; ſexus: De pen. & re. Idem tenet do. Bo. ea. diſt. quo ad laicos: & directorium lib. 1. tit. 15. §. 51. vbi dicit. Cum confeſſio ſit præcepti affirmatiui, non obligat niſi pro loco, & tempore, eccleſia vero tempus eius determinauit; vt ſemel in anno homo teneatur, ſcilicet in paſchate ceſſante neceſſitate alia. Sco. quoque in 4. diſtinctio. 18. dicit. Illa opinio videtur eſſe tenenda eorum qui dicunt: quod Chriſtianus quilibet etiam ante. c. Omnis: De pęni. & re. peccato mortali commiſſo non tenebatur ſtatim confiteri; ſed tantum habere in voto confiteri aliquo tempore ante mortem; nec nunc, ſed pro voto confiteri ſemel in anno; quia præcepta pœnalia non ſunt amplianda, ſed reſtringenda; nec inuenitur quando præceptum illud affirmatiuum liget, & obliget, niſi aliquando; & iſtud aliquando ſpecificatum eſt ab eccleſia; quod ſemel in anno ad minus circa paſcha. Hæc Sco. Idem etiam tenet Landul. ea. diſtinctio. Fran. de mayro. & Thom. ea. diſtinctio. art. 4. quæſt. 7. Rayne. quoq; in ſumma, in verbo confeſſio. vbi hanc rationem, adducit. Si peccator tenetur ad ſtatim confitendum: & ſi, non ſtatim confiten

Nō tenetur quis, q̄ſcūq; peccauit ſtatim cōfiteri, exceptis aliquibus, vt quæ nūc dicētur cauſis.

ſitendo, peccat mortaliter; quia qua ratione peccat in hoc inſtanti; eadem ratione peccabit in ſequenti, & ſic ſequetur, ꝙ multa peccata mortalia, vna die committentur, pro vna confeßionis dilatione: quod videtur inconueniens; eo ꝙ eſſet valde damnabile, quod eſt contra Inno. Archidy. & ſequaces.

Licet differre confeſsionē etiā poſt paſcha ꝑ aliquod breue tēporis ſpatium, ſecus aūt nō licet.

Quid ſi peccator differt vltra tempus ab eccleſia ſtatutum, vt confiteatur ſacerdoti diſcretiori, qui melius ſciet ſuam conſcientiam inueſtigare. Reſpondeo. Poſt paſcha differre, propter hoc, ꝙ parum temporis, licet: ſecus ſi longo tempore differre vellet; vt in futura quadrageſima: in qua exiſtimat illum habere; & non prius. Tunc.n. debet minus diſcreto magis confiteri: & poſtea habita oportunitate, magis diſcreto ſi vult eadem confiteri peccata poteſt. Ray. vbi ſupra. cum quo Alex. de Ales in 4. parte. Et do. Bon. in 4. diſt. 17.

Cauſæ ob quas habita confeſſoris opportunitate differri nequit confeſſio.

Quibus cauſis, tenetur ſtatim quis confiteri habita oportunitate confeſſoris? Reſp. ſecundum Richar. in 4. diſt. 17. art. 3. q. 6. Primo, ratione periculi. Vt ſi quis eſt in notabili, & eminenti periculo mortis, vt eſt ex infirmitate, ex maritima tempeſtate, ex parturitione feminæ. Vel quis eſt morti adiudicatus: quo caſu debet iudex ſecularis ſubſtinere, ꝙ confiteatur: alias compelli poteſt ad hoc per cenſuram eccleſiaſticam a

Ex notabili periculo imminenti.

prælato. vt in Cle. Cum ſecundum: De pęn.

Secũdo, ratione dubij, per quod quis eodẽ anno, niſi nunc confiteatur, confeßorem dubitat habere non poſſe: vt ſi nauigaturus eſt ad partes infidelium, vel nunc præſentẽ habet pęnitentiarum Papæ, qui eum poteſt abſoluere a caſu Papæ reſeruato, quem ipſe hẽt, & hoc anno amplius habere nõ poterit. Ex dubitatione.

Tertio, ratione ſacramenti cũ quis vult communicare, vel celebrare, niſi forte de propinquo expectet alium cui deuotus, & ſecurius confiteatur; ſic enim expectans nullo iure (quod ego ſciam) communicare prohibetur: ſi verè pęnitens eſt. Ratione ſacramẽti ſumendi.

Quarto, rõne ſcrupuli, quãdo cõſciẽtia di ſtat, ꝙ ſtatĩ teneatur cõfiteri, de neceßitate. Ratiõe ſcrupuli.

Quinto, ratione ſtatuti, quod religioſus habet vt frequentius cõfiteatur, puta ſemel, aut bis in menſe, vel in hebdomada; nec tamen propter hoc ſequitur, ꝙ ſtatim teneatur confiteri habita oportunitate confeßoris; niſi adſit dies; quo ſecundum ſtatutũ religionis cõfiteri tenetur. Idẽ Alex. Lõbar. ea. di. & Lãdulf. qui aliũ caſũ addit ea. d. dicẽs. Ex ſtatuto.

Sexto, ratione actus ardui; vt quãdo quis facit aliquem actum ſolennem in eccleſia; vt quia ſolenniter legit euangelium, vel pręd icat, vel ſacramentũ aliquod adminiſtrat. Ratiõe actus ardui.

Circa tria quoq; debet cõfeſſor eſſe diligẽs inquiſitor, cautus, ac ſubtilis inueſtigator.

Primo, vt pęnitentem interroget de peccatis, quæ eſſe conſueuerunt in hominibus illius ſtatus, in quo ſtatu, vel conditione eſt ipſe pęnitens.

In carnalibus verecūdis quomō.

Secundo, ꝙ in peccatis carnalibus habita ſpecie peccati a pęnitente nimium non deſcendat ad particulares circūſtantias, quæ de neceſſitate non ſunt: vnde & ipſe interrogans ſtet in verbis generalibus in huiuſmodi; ne ſit ipſi occaſio tentationis malæ, & pęnitentem doceat peccatorum adinuentiones; de quo habes infra in fine ſexti præcepti. Si enim vxor dixerit ſe cognitam a viro extra vas, confeſſor vltra de ſe non quęrat, ſufficit nouiſſe ex eius verbis vitium fuiſſe ſodomiticum. Vnde Bonau. in 4. diſtinctio. 19. dicit. In inquiſitionibus faciendis a confeſſore, cauenda eſt ſuperflua curioſitas, & negligētia: quædam enim ſunt, quæ non debet inquirere in ſpeciali confeſſor; ſicut peccata cōſueta, & enormia, & contra naturā, de quibus intelligitur illud Proue. 11. Inueſtigator malorū opprimetur ab eis; & ratio huius, quia frequenter adiſcit pęnitens, quod nō nouerat, & contingit ipſum confeſſorē in talibus concuti: ideo nō debet talia quærere, niſi in generali, & quaſi de lōginquo per quaſdā circūlocutiones; vt ſi fecit intelligat; ſi nō fecit nō adiſcat. Hęc S. Bō.

Diſsimulet vſq; ad con

Tertio cōfeſſor ex auditu peccatorū enor

mium

mium diſsimulet, in primis, cum pęnitentem incipit audire magnitudinem, grauitatem, & turpitudinem eorum; ne pęnitens ex verbis acribus, vel terrentibus; in mente concutiatur, & talia narrare deſinat, vel eorum circumſtantias grauiſsimas, & aliquãdo in aliud genus trahẽtes ex induſtria dimittat. Sed potius confeſſor ecõuerſo prębeat confitenti (& præſertim mulieribus) quæ ſunt natura formidoloſæ quandam cõfidentiam narrandi peccata ſua. Tandem in fine omnibus explicatis grauitatẽ, & enormitatem peccatorum oſtendat, cum illi pœnitentiam vult iniungere.

fesſionis ſinẽ, quãta ſit peccatorum enormitas.

Caput Sextum.

De circumſtantijs peccatorum.

Septimũ prĩcipale, & eſt de peccatorũ circũſtantijs.

SEPTIMO *confeſſorem cautũ eſſe cõuenit in interrogãdo peccatorũ varietates, ſiue circũſtantias: vt dicitur in c. Omnis: De pęn. & remiſ. Sacerdos aũt ſit cautus, et diligenter inquirens peccatorũ circũſtãtias, & peccata: De circũſtantia igitur peccati, quæ vt dicit Richar. in quarto, diſt. 17. extra eſſentiam actus eius eſt: aliquo tamen modo, attingens ipſum; duo ſunt videnda. Primo, quot ſunt circumſtantiarum ſpecies. Secundo, quæ ſunt de neceſſitate*

Cautè ſubtiliterq; interroget cõfeſſor, ea quæ ad pęnitẽtis ſtatũ ptinẽt.

Quid circũſtantia peccati, & quæ ſint ei⁹ ſpẽs: quæ item de neceſsitate ſint cõſiderãdę

confitendæ. Quo ad primum dicendum ſecundum Bon. in 4. di. 17. ꝙ circumſtantiarum tres ſunt ſpecies. Primæ dicuntur alleuiantes. Secundæ aggrauantes. Tertiæ in aliam ſpeciem trahentes: de quibus ſubmittuntur exempla.

Circumſtantiæ alleuiantes.

Quo ad ſecundum dicit Bon. ea. diſt. Circumſtantiæ alleuiantes, incongrue confitetur: vt ſi quis confiteatur ſecum muliere peccaſſe: ideo quia prouocatus ab illa. Sed ſi alleuiant peccatum, & in tantum diminuatur, ꝙ faciant eſſe de genere venialis; vt ſi quis ideo comedit carnes in quadrageſima: quia infirmus erat confitendæ ſunt; vt vel ſatisfiat confeſſoris inquiſitioni; vel eius perturbationi, & ſcandalo ſi quis eas non diceret. Secundæ ſunt aggrauantes; aliquando venialiter, aliquando criminaliter, vt reddant mortale: puta ſi cognoſcit vxorem affectu maritali, cum aliqua delectatione, ſolum eſt veniale: ſi vero affectu meretricali, eſt mortale. Vnde aliquando ſunt de neceßitate, aliquando de congruitate, & perfectione confeßionis, ſecundum Richard. in quarto, diſtinct. 17. articulo. 3. q. 5. Exemplum quoq;. Si quis dixerit mendacium iocoſum ex aliqua vana delectatione veniale eſt; ſi vero tanta animi libidine dixit, quod dicere non deſiſteret, ſi etiam contra Dei, vel eccleſiæ fuiſſet præceptum, eſt mortale,

Circumſtantiæ aggrauantes.

ſecun

ſecundum Alexan. Lõbar. Similiter ſi quis parum furatus eſt, aut multum parum per cußit; aut multum; quia ſic aggrauat actũ in infinitum, & eſt de confeßionis neceßitate. Tertiæ circũſtantiæ quæ trahunt in aliã ſpeciem peccati, ſunt de neceßitate confeßionis, ſecundum Bon. & Ric. in d. q. di. 17. de his circũſtantijs hic ſubmittitur, & poſſunt eſſe octo; videlicet. Prima eſt perſonæ, ſecunda loci, tertia modi, quarta temporis, quinta numeri, ſexta qualitatis, ſeptima inductionis, octaua conſequentiæ.

Circumſtantiæ trahẽtes in aliam ſpeciem peccati, vt plurimũ sũt octo.

Prima eſt perſonæ, vt ſi perſona religioſa, aut clericus ſecularis aliquo affectu auaritiæ mercantiam faciat, mortale iudicio modo; aut veniale, quia illis prohibet eccleſia, propter ſtatum perſonæ. vt ne Cle. vel Mo. per totum. Alex. de Ales in quarta parte vel ſic. Aliud peccatum eſt cognoſcere monialem, quam extraneam ſecularem: aliud ſi eſt coniugata, aliud ſi eſt ſoluta: aliud ſi eſt conſanguinea, aliud ſi extranea: aliud eſt percutere clericum, aliud laicum, & huiuſmodi. Secunda eſt loci: ſi enim peccatum committitur in loco ſacro, inducit aliam ſpeciem peccati, quod dicitur ſacrilegium. vt no. glo. De pœn. diſt. 5. c. Conſideret. Tertia eſt modi: poteſt enim tali modo quis cum muliere peccare, ꝙ peccatũ traheretur in aliam ſpeciem: vt ſi quis cum

Circum ſtantia perſonæ.

Circũſtãtia loci.

Circũſtãtia modi.

muliere peccaret contra naturam. 32. q. 2. flagitia.

Circũſtãtia temporis. Alij ꝓbatiſſimi doctores aliter tenẽt, & ſuſtinent.

Quarta eſt temporis, vt cum quis die feſto peccat aliam ſpeciem peccati inducit.ſ. tranſgreßionem tertij præcepti decalogi, ſecundum Nico. de lyra. in expoſitione eiuſdem pręcepti. Exo. 20. c. Et Alex. de Ales in expoſitione eiuſdem tertij præcepti, in tertia parte ſummæ. Item ſi vir petens debitũ tempore feſto; & ieiuniorum habeat aſpectũ ad ſolam carnis delectationem eſt mortale, ſecundum Bon. in 4. diſt. 31. & Hoſt. in ſumma, in rubricella de matrimonio.

Circũſtantia numeri.

Quinta eſt numeri, quotiens enim homo peccat, totiens diſtincta, & plura peccata cõmittit. Vnde & dicere oportet quotiens peccatum eſt commiſſum; ſecundum probabilem opinionem ſuã ſaltem großo mõ: nec ſufficit dicere multis vicibus blaſphemaui, vel fornicatus ſum, cum hæc dictio multis poßit verificari in decem, & in centũ, ſecundũ Sco. in 4. diſt. 17. ſi autem pęnitens propter multitudinem peccatorum dicat ſe nõ recordari, non ſubito dimittendus eſt; ſed inſiſtendum eſt a confeſſore; vt dicat quotiens peccatum illud in menſe, vel in hebdomada, et hmõi, cõmiſit, a tẽpore quo nõ eſt cõfeſſus.

Circũſtãtiá qualitatis.

Sexta eſt qualitatis; Oportet enim confiteri; ſi quando peccatum eſſet publicum quia inducet aliã ſpeciem .ſ. ſcandalum proximi:

ximi: de quo in peccato ſuperbiæ.

Septima eſt, inductionis, oportet.n.confiteri ſi non ſolum ipſe peccauit, ſed ēt ſi aliū induxit ad peccatū dādo cōſiliū, auxiliū, vel fauorē, aut inducendo ad peccandum ſimul.

Circūſtantia inductionis.

Octaua eſt conſcientiæ; debet enim peccator etiam dicere peccata quæ conſequuntur ad alia peccata: puta cum in vno peccato occurrent mendacia, periuria, adulationes, deceptiones, & ſimilia, quæ omnia ſunt diſtinctè in confeſſione propalanda. Sed an confeſſor de prædictis circumſtantijs peccatorum, atque de alijs pęnitentem interrogare teneatur. Reſpondeo ſecundum Landul. in 4. di. 19. Clauis ſcientię in confeſſore, non eſt aliud, niſi auctoritas cognoſcendi in cauſa, in qua habet poteſtatem ſententiandi: ſed vbi non procedit recta forma in cognitione, ſequi non poteſt iuſta ſententia in diffinitione: debet ergo confeſſor diſcretiſſime vti hac claui .ſ. examinare cognoſcendo in cauſa, quia poteſtate ligandi, atque ſoluendi ſe priuat, qui eam iniuſtè exercet. 11. q. 3. Ipſe, & c. ſequen. & c. Illius.

Circūſtantia conſcientiæ.

Confeſſor ā circūſtātijs dēt interrogare cōfitētes: Et quare

Sed nunquid pęnitens teneatur confiteri venialia. Reſpondeo. Cum frequenter peccati conſuetudo inducat libidinem in contemptum. Libido eſt quæcunq; immoderata delectatio a libendo dicta, vel improba volūtas.

Qn̄ oporteat peccata venialia cō fiteri.

Pri-

Primo modo, eſt radix mortalium, & venialium. Secundo modo, & radix mortalium. Bon. in 4. diſt. 38. Ideo propter dubium, & periculum vitandum, quando probabiliter timetur aliquod horum, tunc veniale eſt confitendum. Aut quocunq; dubitet peccatum ſuum eſſe mortale, confiteatur illud, vt iacet in conſcientia ſua, & confeſſoris arbitrio diffiniendum relinquat. Sed caueat confitens ne conſcientia ſua minus accuſet; & vox amplius; ſic enim mentiretur, & meritum perderet confeſſionis, in qua debet eſſe verbum verax, ſecundum illud Eccleſiaſtici 27. Ante omnia verbum verax. Bonau. in 4. diſt. 21. ſuper litteram. Tamen ſi mentitur interrogatus a cõfeſſore, iure peccati venialis, negando vel affirmando: non tamen erit mortale ſecundum quoſdam. Ratione præcepti eccleſiæ, de ſemel confitendo in anno, tenetur non habens niſi venialia, confiteri illa, ſecundum Bon. in 4. diſt. 17. Sed Sco. ea. diſt. contradicit; quia cum eccleſia in c. Omnis. De pęni. & re. hoc non ſpecificauerit, certe hoc ſacramento pęnitentiæ non vtitur, niſi tanquam tabula ſecunda poſt naufragium: quod non eſt in venialibus; in quibus ſi quis actu exiſtens moriatur ſaluabitur: vapulabit tamen. Hæc Scot. cum quo concor. Pe. de Pal. in 4. ea. diſt. quicquid dicat Innocenti.

Quid in dubijs faciet qui confitetur.

Nõ eſt mentiendũ cõfitendo peccata ſua.

Qui non hẽt niſi peccata venialia ſi debeat ob ꝑceptũ eccleſię confiteri.

Quo

Quomodo pœnitens diſcutere conſcientiam ſuam doceri debeat: vt ſuorum peccatorum, & circūſtantiarum reminiſcatur. Dicendum ſecundnm Thom. de integritate confeßionis. Diſcurrat vitam ſuam; quantum ad diuerſas ętates, pueritiæ, adoleſcentiæ; & diuerſos ſtatus, virginalis, matrimonialis, & vidualis; & diuerſas fortunas, proſperitatis, aduerſitatis; diuerſa tempora, ſanitatis, infirmitatis; diuerſa officia exercenda, diuerſas ſocietates, bonas, & malas; diuerſa loca terras, & domus, in quibus conuerſatus eſt. Item peccata cordis, oris, & operis.

Breuis modus examinādi conſcientiā ſuam.

Scotus, D Bonauenturæ aliijſq; diſcētiens.

TITVLVS V.

Qui de prouidentia Confeßoris, circa ſacramentalem abſolutionem: in quo hæc potißimum eſaminantur.

1. RATIO neceſſitatis prouidētiæ in ſacerdote examinatur: deinde quęritur. Si confeſſor abſoluens à quibus non poteſt, vllam incurrat cenſuram:

ſuram: Tum quid facere debeat ſacerdos quando abſoluit, quem non potuit abſoluere: Et ſi abſoluendo mortaliter peccet.

2. An verè ſit abſolutus, qui pro falſa cauſa abſolutus eſt; & quid faciet cōfeſſor cum eo, qui vel vna tantum excommunicatione pluribus de cauſis innodatus eſt, vel multis irretitus eſt excommunicationibus: & ſi inuitus quis poterit abſolui.

3. Quando præmittenda ſit ſatisfactio, abſolutioni. Vbi multi caſus enumerantur.

4. Ponitur ordo à confeſſore circa pœnitentias ſeruandas.

5. De forma abſolutionis ab excommunicatione, & quæ potiſsimum circa eam ſeruanda ſint, cum abſolutionis forma communi. Et abſolutione conditionali.

6. De forma plenariæ abſolutionis, in vita, & in morte, ex formulario Domini Papæ.

7 De caſibus reſeruatis ſecundum formam cancellariæ apoſtolicæ etiam quo ad illos quibus conceditur gratia abſolutionis plenariæ.

De abſolutione facienda in foro pœnitentiali.

Caput Primum.

QVINTO *conuenit vt ſacerdos ſit in abſoluēdo prouidus: quoniam facta abſolutio, claue errante non tenet: De ſenten. excomm. ca. A nobis. & vbi dicitur. Cōtingit interdum: vt qui ligatus eſt apud Deū; apud eccleſiā ſit abſolutus: & qui liber eſt apud Deū, eccleſiaſtica ſentētia ſit innodatus: niſi ergo ſacerdos inſtrumentaliter ligādo, & abſoluendo rectitudine rationis vtatur, claues eccleſiæ non recipiunt. Poteſt autem clauibus quattuor modis abuti. Primo, ſi abſoluat a peccatis, a quibus nō poteſt abſoluere. Secundo, ſi cenſurā aliquā indebito modo relaxat. Tertio, ſi in caſibus aliquibus ſatisfactionem pęnitentis nō prętermittat. Quarto, ſi in abſoluendo a peccatis, vel cenſuris eccleſiæ formam non ſeruet.*

Ratio, cur ſacerdos circa abſolutionē debeat eſſe prouidus.

Quadruplex modus abutendi clauibus eccleſię.

Quæritur ergo primo ſi ſacerdos abſoluens a quibus nō pōt, maxime ab excōmunicatione, cenſuram vllā incurrat. Reſpond. Sacerdos ſecularis ſic abſoluēdo ignorāter, vel ſcienter, nullā excommunicationem in-

currit:

Qñ excõicatiõnẽ incurrat, qui a reſeruatis abſoluit cũ nõ poſsit.

currit: vt per doct. in Cle. Religioſi: De priuileg. niſi quia, ſi excommunicatus, aut ſuſpenſus abſoluit ſolemniter, fit irregularis: vt ſupra in ca. 1. §. 2. & 3. Si vero eſt religioſus, quamuis non excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſi ſcienter, & temerarie præſumit abſoluere a ſententijs quarumlibet cẽſurarum a iure, vel per ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia latarum, de quibus non habet auctoritatem, excommunicationem incurrit, a qua per Papam tantum poteſt abſolui: dicta Clem. Religioſi. Et ibi Gloſ. & Docto.

Nota qd tibi faciũdum ſit, cũ quem abſoluis, de quib⁹ auctoritatẽ nõ habes.

Quid faciet ſacerdos ſecularis, vel religioſus; qui abſoluit aliquem a cenſuris, vel peccatis de quibus non habebat auctoritatem. Reſpondeo. Dicendum ſecundum aliquos. Confeſſor in tali caſu tripliciter ſe habere poteſt. Primo vt petat a ſuperiore auctoritatem abſoluendi a caſu a quo non potuit, qua habita docet illum, & caute fingat interrogare de aliquo iam confeſſo; qua ſi velit melius informari: ac ſi non plene intellexiſſet, & ſi quæ alia peccata poſt ea cõmiſit, & ſic ab omnibus iterum abſoluat eũ. Secundo, ſi hoc ſine ſcandalo fieri non poteſt, tunc abſoluat abſentem, ſi ab vltima confeſſione ſibi facta præſumit illum in gratia perſeuerare. Tertio poteſt illum committere ſummo ſacerdoti Chriſto, præſertim ſi

mul

multitudo hominum ab eo neglecta eſt, ſeu non debite abſoluta: & hoc idem faciat, ſi illi ab ipſo diſtant, aut incogniti ſunt. Vbi autem ſacerdos prædictam auctoritatem abſoluendi non poteſt obtinere a ſuperiore: tenetur dicere confeſſo (ſi illum poteſt habere) vt conſilium a peritiori quærat de caſu illo vel peccato, a quo eum abſoluere non potuit: ſecundum Directorium. libro.1.tit. 15.§.143.

Nunquid ſacerdos per errorem abſoluens de facto, ab illis peccatis a quibus de iure non poteſt, mortaliter peccet. Reſpondeo ſecundum Richar. in 4. diſt. 18. artic. 2.q.5. Aut per ignorantiam iuris hoc facit, aut ex deliberatione. Secundo modo mortaliter peccat, quia ſcienter, & ex deliberatione conceſſa ſibi abutitur poteſtate, in præiudicium animæ alterius, quem & quã tum in ſe eſt, ponit in errorem, dans ei intelligere, ꝙ abſolutus eſt, cum non ſit. Si primo modo: & ſit ignorantia iuris affecta ta, adhuc mortaliter peccat: quamquam non ita grauiter, ſi ex ignorantia craſſa: credo ꝙ etiam mortaliter peccet, quamuis nõ ſic grauiter, vt primo, & ſecundo modo: ſacerdotibus enim non licet, officium ſuum ignorare, ſed ſubditos ſuos in lege inſtruere. Iuxta illud Aggei 2. ca. Interroga ſacerdotes legem. Nec ille per ignorantiam

Mortaliter peccat abſoluens a quibus de iure nõ põt, vel fiat hoc ex deliberatione, vel ignorãtiã craſsa.

excu

excuſatur qui magis eſt ſollicitus quærere conſilium pro emptione vnius equi, vel ſimilis rei quam animæ ſuæ, Richard.

Caput Secundum.

Pro falſa cā abſolut⁹, abſolutus non eſt.

VTRVM abſolutus pro falſa cauſa, vere ſit abſolutus. Reſpondeo ſecundum Pet. in directorio. lib. 3. tit. 5. §. 40. Cum omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui debeat. de regu. iu. c. Omnis res. Igitur ſi de cauſa propter quam ille excommunicatus eſt, ab eo, nulla mentio facta ſit, & ita remanet illa prima cauſa, & eius effectus; & ſic remanet excommunicatio; quia abſoluens credidit abſoluere ex vera cauſa, quæ erat falſa: & ſic abſoluere nō potuit: ar. De translatio. præla. inter corporalia: De offi. dele. Cum ſuper.

Qūo abſoluēdus eſt is, q vnā incurrit excōicationē pluribus de cauſis, & qn̄ pluribus innodatus eſt ex cōicatiōib⁹.

Tum nunquid confeſſor vere abſoluat excommunicatum vna excōmunicatione ex pluribus cauſis: ſi cauſas omnes excommunicatus non explicat; aut excommunicatū pluribus excommunicationibus, ſi ille omnes non explicat excommunicationes.

Ad primum

Reſpondeo. Quo ad primum dic. Si quælibet cauſa de per ſe ſufficit, vt propter illā excommunicetur, niſi omnes explicet, non eſt verè abſolutus, ar. ca, Officij: De ſen. excō. Quod verū eſt ſi fraudulenter cauſam ſubticue

ticuerit ſecus ſi per obliuionem, & abſoluens ſimpliciter habet intentionem relaxãdi excommunicationem, & non per comparationem ad cauſas expreſſas: ſed quando quælibet de per ſe non ſufficit, tũc ſi cauſam vnam ſufficientem exprimit, tenet abſolutio, ar. c. ſuper litteris de reſcrip. Si autem omnes de per ſe non ſufficiunt, ſed omnes ſimul iunctè: tunc niſi omnes exprimantur, non valet abſolutio, niſi per obliuionẽ excommunicatus ſubticuerit, & ille ſimpliciter eum abſoluere voluerit.

Quo ad ſecũdũ, dic ꝙ abſolutio non tenet quando abſoluens non intendit abſoluere, niſi per cõparationem ad excommunicationes, quas abſoluendus expreſſit: ſecus ſi intendit etiam abſoluere ab omnibus, quas ille non expreſſit, quia non eſt recordatus, dũmõ abſoluẽdi ab oĩbus habeat poteſtatẽ. Ric. in 4. diſt. 18. Et Abb. Sicu. in c. Cum pro cauſa: De ſent. excommu. Inuitus quis an poſsit abſolui.

2 *Nunquid prælatus eccleſiaſticus poſſit excõmunicatũ inuitũ abſoluere. Reſpõd. aut eſt excommunicatus a iudice, aut a iure. Si primo mõ, & iniuſta fuit excõmunicatio, tenetur, illum abſoluere: ſi iuſta nõ debet illũ abſoluere. Tamẽ ſi abſoluit, quia forte videt expedire animæ ſuæ cõtumaci, valet, quia ſicut eũ potuit cõtra voluntatem ſuã excõicare, ita contra voluntatem ſuã põt excõica*

Si excõicatio fit ad iudice & ĩiuſta põt inuitus abſolui Secus ſi iuſta ſit niſi &c.

tionem reuocare. Secundo modo excommu nicatus .ſ. a iure abſolui non poteſt inuitus: quia cum voluntarie fecerit illud cui excõmunicatio annexa eſt, ipſo iure aliquo modo ex voluntate ſua excommunicatus eſt, vt ideo ſine voluntate ſua, & requiſitione, non poteſt abſolui.24.q.11.Nec quiſquã,& c.ſequen.Rich.in 4.diſtinct.18.ar.10.q.1.

Si à iure fit excõicatio ab ea nequit abſolui quis inuitus.

Caput Tertium.

Tertio, *quæro ſi confeſſor ante abſolutionem primo teneatur neceſſario præmittere reſtitutionem, ad quam pœnitens obligatur,& in hoc quomodo ſe debeat habere. Reſpond. Dic, ꝙ plures ſunt caſus in iure expreſſi, in quibus ante abſolutionem tenetur confeſſor pręmittere ſatisfactionem, de quibus immediate ſubijcitur.*

Quibus caſibus ſit præmittenda reſtitutio abſolutioni.

Quo ad ſecundum tene practicam quam ponit Io. And. in c. quamquam: De vſuris in 6. dicens. Sacerdos ad quem manifeſtus vſurarius cauſa cõfitendi accedit, prius quærat ab eo, ſi vult de vſuris extortis ſatisfacere, ſecundum facultates ſuas, autem ſaltem idoneę cauere dando pignora, vel fideiuſſores ſi poteſt, quod ſi nolit repellat eum, vt eſt ex mente huius canonis. In cæteris autẽ caſibus in quibus canon expreſſe vult præmitti ſatisfactionem actualem, vbi de

eius

eius quantitate conſtat, ſi pęnitens poteſt, & nolita,udiendus nõ eſt: quia cum ad hoc teneatur & nolit, contritus non eſt. Nec habenda eſt ratio, ne egeat in foro conſcientiæ ſecundum Io. An. in eo.ca. Quamquam. Si vero ſatisfacere nequeat, in totum, vel partem excuſatur, quouſq; poterit c. Odardus: De ſolutio.

Si pro menifeſta offenſa quis eſt excommunicatus, tenetur ſatisfactionem præmittere: vt hic infra ponitur.§. 9. Satisfactio quoq; ab vſurarijs manifeſtis exigenda eſt, vel cautio, de reſtituendo vſuras, quam ſi præſtare recuſant,audiendi non ſunt in confeßione,ca. Quamquam de vſuris,lib. 6. vt prædictum eſt. Si exigit pedagia a perſonis eccleſiaſticis,ca. Quamquam: De cenſi.li.6. Si cuiuſcunq; iudicis eccleſiaſtici,ordinarij, vel delegati iuriſdictionē turbauit,ca. Quoniam: De immu. eccle. li. 6. Generaliter in omnibus caſibus in proceſſu curiæ cõtentis Martini quinti, Eugenij quarti, & Pauli ſecundi,ſi quis incidat non debet abſolui,niſi prius ſi poteſt ſatisfaciat: vt in illis, in quibus etiam habetur: quod ſi quis abſoluatur non præmiſſa dicta ſatisfactione,abſolutio non valet, vt habes ſupra vbi de excom. ex proceſſu Martini &c. Si inquiſitor hæreticæ prauitatis prætextu officij ſui aliquid extorſit,vt ſupra in 3.ca.§.66. Si religioſi vel

Pro manifeſta offenſa pmittitur ſatisfactio abſolutioni.

Pro vſuris manifeſtis.

Pro pedagijs exactis ab eccleſiaſticis.

Pro turbata iuriſdictiõe iudicis eccl. ordinarij vel delegati.

Pro oib' caſibus in proceſſu Martini quĩti &c.

Pro extortis pecunijs iniquè ab inqſitionibus.

Qñ induxit ad ſepulturã eligendam.

clerici ſeculares inducant aliquem ad vouẽdem, vel iurandum, de eligendo ſepulturã apud eos. vt ſupra in eo. ca. 3. §. 66. Si ſepeliuit tempore interdicti, vel nominatim interdictos, vel publice excommunicatos nõ abſoluitur niſi prius ſatisfaciat his in quorum fauorẽ ſententiæ interdicti, vel excommunicationis latæ ſunt. Clem. Eos, iuncta gloſ. De ſepul. Si ſepeliuit manifeſtum vſurarium, niſi ſatisfaciat clericis, quibus per dictã ſepulturam iniuria eſt illata: De cle. Eos, & gloſ. Si manifeſtus raptor non reſtituit, vel de reſtituendo non caueat, ſi poteſt, non eſt in confeßione audiendus: De rap. c. Super eo. Si membrorum truncationes, vel domorum incendia fecerit, vel iuſſerit. 23. q. 8. in ca. Si quis membrorum, & c. Peßimam, vbi glo. ſcilicet in ca. Si quis membrorum.

Qñ quis ſepeliuit interdictos vł excommunicatos.

Qñ manifeſtus vſurariũ ſepeliuit

Pro ab truncationibus. membrorũ, vel locorũ aut rerũ incendio.

Quantum ad primum caſum ait; dic ꝙ tenetur ad expenſas medicorum, & ad operas quæ truncatus amiſit. Inſequutores quoq; cardinalium, & eos qui defendunt vel receptant ſcienter, oportet ꝙ antequã abſoluantur idonee caueant de faciendo hãc pœnitentiam, videlicet quòd per omnes illius loci eccleſias principales vicinorumq; locorum diebus dominicis, & ſolemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ferulas, quibus fuſtigentur

Pro perſecutione cardinalium.

Nota bene.

tur

tur publice in eiſdem eccleſijs in manibus deferentes, ituri poſtmotum vltra mare. Et ibidem acturi pẹnitentiam per tres annos: nec inde reuerſuri abſque ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ: vt in capitul. Felicis. §. Cum autem de pẹnis li. 6.

Caput Quartum.

QVAERO *quem ordinem ſeruare debeat ſacerdos circa pẹnitentem. Reſpondeo. Primo debet confeſſionem audire. Secundo, pœnitentiam imponere. Tertio, illum abſoluere, vt colligit gl. in cle. Dudum. §. igitur in verbo audire: De ſepul. ſi tamen ſacerdos prius abſoluit pœnitentem quam illi pœnitentiam imponat, nihilominus valet, quia præſupponit confeſſor pœnitentem habere propoſitum faciendi pẹnitentiam, quã ſibi iniunget: vt quidam dicunt, & bene. Io. An. quoq; dicit. Si pẹnitentem abſoluis cuius generalem audiuiſti cõfeſſionem, abſoluas eum a pœnitentijs oblitis, & iniunctis ab alijs ſacerdotibus. Et ſi aliquarum pẹnitentiarum ſibi iniunctarum immemor ſit, quas non impleuit cõmutare potes illas ſi tibi expediẽs videtur in alias, vbi tamẽ nõ eſſẽt iniũctæ pro caſu a quo, tu nequis* Ordo ſeruãdus a confeſſore circa iniungẽdas pẹnitentias.

muliere peccaret contra naturam. 32. q. 2. flagitia.

Circũſtãtia temporis. Alij ꝓbatiſſimi docto-res aliter te nẽt, & ſuſti-nent.

Quarta eſt temporis, vt cum quis die feſto peccat alıam ſpeciem peccati inducit. ſ. tranſgreßionem tertij præcepti decalogi, ſecundum Nico. de lyra. in expoſitione eiuſdem precepti. Exo. 20. c. Et Alex. de Ales in expoſitione eiuſdem tertij præcepti, in tertia parte ſummæ. Item ſi vir petens debitũ tempore feſto; & ieiuniorum habeat aſpectũ ad ſolam carnis delectationem eſt mortale, ſecundum Bon. in 4. diſt. 31. & Hoſt. in ſumma, in rubricella de matrimonio.

Circũſtantia numeri.

Quinta eſt numeri, quotiens enim homo peccat, totiens diſtincta, & plura peccata cõmittit. Vnde & dicere oportet quotiens peccatum eſt commiſſum; ſecundum probabilem opinionem ſuã ſaltem großo mõ: nec ſufficit dicere multis vicibus blaſphemaui, vel fornicatus ſum, cum hæc dictio multis poßit verificari in decem, & in centũ, ſecundũ Sco. in 4. diſt. 17. ſi autem pœnitens propter multitudinem peccatorum dicat ſe nõ recordari, non ſubito dimittendus eſt; ſed inſiſtendum eſt a confeſſore; vt dicat quotiens peccatum illud in menſe, vel in hebdomada, et hmõi, cõmiſit, a tẽpore quo nõ eſt cõfeſſus.

Circũſtãtia qualitatis.

Sexta eſt qualitatis; Oportet enim confiteri; ſi quando peccatum eſſet publicum quia inducet aliã ſpeciem. ſ. ſcandalum proximi:

ximi: de quo in peccato ſuperbiæ.

Septima eſt, inductionis, oportet.n.confiteri ſi non ſolum ipſe peccauit, ſed ẽt ſi aliũ induxit ad peccatũ dãdo cõſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ, aut inducendo ad peccandum ſimul. Circũſtantia inductionis.

Octaua eſt conſcientiæ; debet enim peccator etiam dicere peccata quæ conſequuntur ad alia peccata: puta cum in vno peccato occurrent mendacia, periuria, adulationes, deceptiones, & ſimilia, quæ omnia ſunt diſtinctè in confeſſione propalanda. Sed an confeſſor de prædictis circumſtantijs peccatorum, atque de alijs pęnitentem interrogare teneatur. Reſpondeo ſecundum Landul. in 4. di. 19. Clauis ſcientię in confeſſore, non eſt aliud, niſi auctoritas cognoſcendi in cauſa, in qua habet poteſtatem ſententiandi: ſed vbi non procedit recta forma in cognitione, ſequi non poteſt iuſta ſententia in diffinitione: debet ergo confeſſor diſcretiſſime vti hac claui .ſ. examinare cognoſcendo in cauſa, quia poteſtate ligandi, atque ſoluendi ſe priuat, qui eam iniuſtè exercet. 11. q. 3. Ipſe, & c. ſequen. & c. Illius.

Circũſtantia conſcientiæ.

Confeſſor & circũſtãtijs dẽt interrogare cõfitẽtes: Et quare

Sed nunquid pęnitens teneatur confiteri venialia. Reſpondeo. Cum frequenter peccati conſuetudo inducat libidinem in contemptum. Libido eſt quæcunq; immoderata delectatio a libendo dicta, vel improba volũtas. Qñ oporteat peccata venialia cõfiteri.

Pri-

Primo modo, eſt radix mortalium, & venialium. Secundo modo, & radix mortalium. Bon. in 4. diſt. 38. Ideo propter dubium, & periculum vitandum, quando probabiliter timetur aliquod horum, tunc veniale eſt confitendum. Aut quocunq; dubitet peccatum ſuum eſſe mortale, confitea tur illud, vt iacet in conſcientia ſua, & confeſſoris arbitrio diffiniendum relinquat.

Qnid in dubijs faciet qui confitetur.

Sed caueat confitens ne conſcientia ſua minus accuſet; & vox amplius; ſic enim men tiretur, & meritum perderet confeſſionis, in qua debet eſſe verbum verax, ſecundum illud Eccleſiaſtici 27. Ante omnia verbum verax. Bonau. in 4. diſt. 21. ſuper litteram. Tamen ſi mentitur interrogatus a cõfeſſore, iure peccati venialis, negando vel affir mando: non tamen erit mortale ſecundum quoſdam. Ratione præcepti eccleſiæ, de ſemel confitendo in anno, tenetur non habens niſi venialia, confiteri illa, ſecundum Bon. in 4. diſt. 17. Sed Sco. ea. diſt. contradicit; quia cum eccleſia in c. Omnis. De peni. & re. hoc non ſpecificauerit, certe hoc ſacramento pœnitentiæ non vtitur, niſi tanquam tabula ſecunda poſt naufragium: quod non eſt in venialibus; in quibus ſi quis actu exiſtens moriatur ſaluabitur: vapulabit tamen. Hæc Scot. cum quo concor. Pe. de Pal. in 4. ea. diſt. quicquid dicat Innocenti.

Nõ eſt mentiendũ cõfitendo peccata ſua.

Qui non hẽt niſi peccata venialia ſi debeat ob ꝑceptũ eccleſię confiteri.

Quo

Quomodò pœnitens diſcutere conſcientiam ſuam doceri debeat: vt ſuorum peccatorum, & circũſtantiarum reminiſcatur. Breuis modus examinã di conſcientiã ſuam.

Dicendum ſecundnm Thom. de integritate confeßionis. Diſcurrat vitam ſuam; quantum ad diuerſas ętates, pueritiæ, adoleſcentiæ; & diuerſos ſtatus, virginalis, matrimonialis, & vidualis; & diuerſas fortunas, proſperitatis, aduerſitatis; diuerſa tempora, ſanitatis, infirmitatis; diuerſa officia exercenda, diuerſas ſocietates, bonas, & malas; diuerſa loca terras, & domus, in quibus conuerſatus eſt. Item peccata cordis, oris, & operis. Scotus, D Bonauenturæ alijſq; diſcẽtiens.

TITVLVS V.

Qui de prouidentia Confeßoris, circa ſacramentalem abſolutionem: in quo hæc potißimum eſaminantur.

1. RATIO neceſsitatis prouidẽtiæ in ſacerdote examinatur: deinde quęritur. Si confeſſor abſoluens à quibus non poteſt, vllam incurrat cenſuram:

ſuram: Tum quid facere debeat ſacerdos quando abſoluit, quem non potuit abſoluere: Et ſi abſoluendo mortaliter peccet.

2. An verè ſit abſolutus, qui pro falſa cauſa abſolutus eſt; & quid faciet cõfeſſor cum eo, qui vel vna tantum excommunicatione pluribus de cauſis innodatus eſt, vel multis irretitus eſt excommunicationibus: & ſi inuitus quis poterit abſolui.

3. Quando præmittenda ſit ſatisfactio, abſolutioni. Vbi multi caſus enumerantur.

4. Ponitur ordo à confeſſore circa pęnitentias ſeruandas.

5. De forma abſolutionis ab excommunicatione, & quæ potiſsimum circa eam ſeruanda ſint, cum abſolutionis forma communi. Et abſolutione conditionali.

6. De forma plenariæ abſolutionis, in vita, & in morte, ex formulario Domini Papæ.

7 De caſibus reſeruatis ſecundum formam cancellariæ apoſtolicæ etiam quo ad illos quibus conceditur gratia abſolutionis plenariæ.

De

De abſolutione facienda in foro pœnitentiali .

Caput Primum.

QVINTO *conuenit vt ſacerdos ſit in abſoluẽdo prouidus : quoniam facta abſolutio, claue errante non tenet : De ſenten. excomm. ca. A nobis.& vbi dicitur. Cõtingit interdum : vt qui ligatus eſt apud Deũ; apud eccleſiã ſit abſolutus:& qui liber eſt apud Deũ,eccleſiaſtica ſentẽtia ſit innodatus:niſi ergo ſacerdos inſtrumentaliter ligãdo,& abſoluendo rectitudine rationis vtatur,claues ecclesiæ non recipiunt. Poteſt autem clauibus quattuor modis abuti. Primo, ſi abſoluat a peccatis,a quibus nõ poteſt abſoluere. Secundo,ſi cenſurã aliquã indebito modo relaxat . Tertio , ſi in caſibus aliquibus ſatisfactionem pęnitentis nõ pretermittat. Quarto,ſi in abſoluendo a peccatis, vel cenſuris eccleſiæ formam non ſeruet.*

Ratio , cur ſacerdos circa abſolutionẽ debeat eſſe prouidus.

Quadruplex modus abutendi clauibus eccleſię.

Quæritur ergo primo ſi ſacerdos abſolnens a quibus nõ põt,maxime ab excõmunicatione , cenſuram vllã incurrat. Reſpond. Sacerdos ſecularis ſic abſoluẽdo ignorãter, vel ſcienter,nullã excommunicationem incurrit:

Qn̄ excõicatione incurrat, qui a reſeruatis abſoluit cũ nõ poſsit.

currit: vt per doƈto. in Cle. Religioſi: De priuileg. niſi quia, ſi excommunicatus, aut ſuſpenſus abſoluit ſolemniter, fit irregularis: vt ſupra in ca. 1. §. 2. & 3. Si vero eſt religioſus, quamuis non excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſi ſcienter, & temerarie præſumit abſoluere a ſententijs quarumlibet cẽſurarum a iure, vel per ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia latarum, de quibus non habet auƈtoritatem, excommunicationem incurrit, a qua per Papam tantum poteſt abſolui: diƈta Clem. Religioſi. Et ibi Gloſ. & Doƈto.

Nota qd tibi faciũdum ſit, cũ quem abſoluis, de quib⁹ auƈtoritatẽ nõ habes.

Quid faciet ſacerdos ſecularis, vel religioſus; qui abſoluit aliquem a cenſuris, vel peccatis de quibus non habebat auƈtoritatem. Reſpondeo. Dicendum ſecundum aliquos. Confeſſor in tali caſu tripliciter ſe habere poteſt. Primo vt petat a ſuperiore auƈtoritatem abſoluendi a caſu a quo non potuit, qua habita docet illum, & caute fingat interrogare de aliquo iam confeſſo; qua ſi velit melius informari: ac ſi non plene intellexiſſet, & ſi quæ alia peccata poſt ea cõmiſit, & ſic ab omnibus iterum abſoluat eũ. Secundo, ſi hoc ſine ſcandalo fieri non poteſt, tunc abſoluat abſentem, ſi ab vltima confeſſione ſibi faƈta præſumit illum in gratia perſeuerare. Tertio poteſt illum committere ſummo ſacerdoti Chriſto, præſertim ſi

multitudo hominum ab eo neglecta eſt, ſeu non debite abſoluta: & hoc idem faciat, ſi illi ab ipſo diſtant, aut incogniti ſunt. Vbi autem ſacerdos prædictam auctoritatem ab ſoluendi non poteſt obtinere a ſuperiore: tenetur dicere confeſſo (ſi illum poteſt habere) vt conſilium a peritiori quærat de caſu illo vel peccato, a quo eum abſoluere non potuit: ſecundum Directorium. libro.1.tit. 15.§.143.

Nunquid ſacerdos per errorem abſoluens de facto, ab illis peccatis a quibus de iure non poteſt, mortaliter peccet. Reſpondeo ſecundum Richar. in 4. diſt. 18. artic. 2.q.5. Aut per ignorantiam iuris hoc facit, aut ex deliberatione. Secundo modo mortaliter peccat, quia ſcienter, & ex deliberatione conceſſa ſibi abutitur poteſtate, in præiudicium animæ alterius, quem & quantum in ſe eſt, ponit in errorem, dans ei intelligere, quod abſolutus eſt, cum non ſit. Si primo modo: & ſit ignorantia iuris affectata, adhuc mortaliter peccat: quamquam non ita grauiter, ſi ex ignorantia craſſa: credo quod etiam mortaliter peccet, quamuis non ſic grauiter, vt primo, & ſecundo modo: ſacerdotibus enim non licet, officium ſuum ignorare, ſed ſubditos ſuos in lege inſtruere. Iuxta illud Aggei 2. ca. Interroga ſacerdotes legem. Nec ille per ignorantiam

Mortaliter peccat abſoluens a quibus de iure nō pōt, vel fiat hoc ex deliberatione, vel ignorātiā craſſa.

excu

excuſatur qui magis eſt ſollicitus quærere conſilium pro emptione vnius equi, vel ſimilis rei quam animæ ſuæ, Richard.

Caput Secundum.

Pro falſa cā abſolut⁹, ab ſolutus non eſt.

*V*TRVM *abſolutus pro falſa cauſa, verè ſit abſolutus. Reſpondeo ſecundum Pet. in directorio. lib. 3. tit. 5. §. 40. Cum omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui debeat. de regu. iu. c. Omnis res. Igitur ſi de cauſa propter quam ille excommunicatus eſt, ab eo, nulla mentio facta ſit, & ita remanet illa prima cauſa, & eius effectus; & ſic remanet excommunicatio; quia abſoluens credidit abſoluere ex vera cauſa, quæ erat falſa: & ſic abſoluere nō potuit: ar. De translatio. præla. inter corporalia: De offi. dele. Cum ſuper.*

Qūo abſoluēdus eſt is, q vnā incurrit excōicatiōnē pluribus de cauſis, & qn̄ pluribus innodatus eſt ex cōicatiōib⁹.

Tum nunquid confeſſor verè abſoluat excommunicatum vna excōmunicatione ex pluribus cauſis: ſi cauſas omnes excommunicatus non explicat; aut excommunicatū pluribus excommunicationibus, ſi ille omnes non explicat excommunicationes.

Ad primum

Reſpondeo. Quo ad primum dic. Si quælibet cauſa de per ſe ſufficit, vt propter illā excommunicetur, niſi omnes explicet, non eſt verè abſolutus, ar. ca, Officij: De ſen. excō. Quod verū eſt ſi fraudulenter cauſam ſubticue

ticuerit ſecùs ſi per obliuiouem, & abſoluens ſimpliciter habet intentionem relaxãdi excommunicationem, & non per compa rationem ad cauſas expreſſas: ſed quando quælibet de per ſe non ſufficit, tũc ſi cauſam vnam ſufficientem exprimit, tenet abſolutio, ar. c. ſuper litteris de reſcrip. Si autem omnes de per ſe non ſufficiunt, ſed omnes ſimul iunctè: tunc niſi omnes exprimantur, non valet abſolutio, niſi per obliuionẽ excommunicatus ſubticuerit, & ille ſimpliciter eum abſoluere voluerit.

Quo ad ſecũdũ, dic ꝙ abſolutio non tenet quando abſoluens non intendit abſoluere, niſi per cõparationem ad excommunicationes, quas abſoluendus expreſſit: ſecus ſi intendit etiam abſoluere ab omnibus, quas ille non expreſſit, quia non eſt recordatus, dũ mõ abſoluẽdi ab oĩbus habeat poteſtatẽ. Ric. in 4. diſt. 18. Et Abb. Sicu. in c. Cum pro cauſa: De ſent. excommu. Inuitus quis an poſsit abſolui.

Nunquid prælatus eccleſiaſticus poſſit excõmunicatũ inuitũ abſoluere. Reſpõd. aut eſt excommunicatus a iudice, aut a iure. Si primo mõ, & iniuſta fuit excõmunicatio, tenetur, illum abſoluere: ſi iuſta nõ debet illũ abſoluere. Tamẽ ſi abſoluit, quia forte videt expedire animæ ſuæ cõtumaci, valet, quia ſicut eũ potuit cõtra voluntatem ſuã excõicare, ita contra voluntatem ſuã põt excõica Si excõicatio ſit ad iudice & ĩiuſta põt inuitus abſolui. Secus ſi iuſta ſit niſi &c.

tionem reuocare. Secundo modo excommu nicatus.ſ. a iure abſolui non poteſt inuitus: quia cum voluntarie fecerit illud cui excõmunicatio annexa eſt, ipſo iure aliquo modo ex voluntate ſua excommunicatus eſt, vt ideo ſine voluntate ſua, & requiſitione, non poteſt abſolui.24.q.11.Nec quiſquã,& c.ſequen.Rich. in 4. diſtinct.18, ar. 10.q.1.

Si à iure ſit excõicatio ab ea nequit abſolui quis inuitus.

Caput Tertium.

TERTIO, *quæro ſi confeſſor ante abſolutionem primo teneatur neceſſario præmittere reſtitutionem, ad quam pœnitens obligatur,& in hoc quomodo ſe debeat habere. Reſpond. Dic, ꝙ plures ſunt caſus in iure expreßi, in quibus ante abſolutionem tenetur confeſſor pręmittere ſatisfactionem, de quibus immediate ſubijcitur.*

Quibus caſibus ſit præmittenda reſtitutio abſolutioni.

Quo ad ſecundum tene practicam quam ponit Io. And. in c. quamquam: De vſuris in 6. dicens. Sacerdos ad quem manifeſtus vſurarius cauſa cõfitendi accedit, prius quærat ab eo, ſi vult de vſuris extortis ſatisfacere, ſecundum facultates ſuas, autem ſaltem idoneę cauere dando pignora, vel fideiuſſores ſi poteſt, quod ſi nolit repellat eum, vt eſt ex mente huius canonis. In cæteris autẽ caſibus in quibus canon expreſſe vult præmitti ſatisfactionem actualem, vbi de

eius

eius quantitate conſtat, ſi pęnitens poteſt, & nolita, udiendus nō eſt: quia cum ad hoc teneatur & nolit, contritus non eſt. Nec habenda eſt ratio, ne egeat in foro conſcien tiæ ſecundum Io. An. in eo. ca. Quamquam. Si vero ſatisfacere nequeat, in totum, vel partem excuſatur, quouſq; poterit c. Odar dus: De ſolutio.

Si pro menifeſta offenſa quis eſt excommunicatus, tenetur ſatisfactionem præmit tere: vt hic infra ponitur. §. 9. Satisfactio quoq; ab vſurarijs manifeſtis exigenda eſt, vel cautio, de reſtituendo vſuras, quam ſi præſtare recuſant, audiendi non ſunt in con feſſione, ca. Quamquam de vſuris, lib. 6. vt prædictum eſt. Si exigit pedagia a perſonis eccleſiaſticis, ca. Quamquam: De cenſi. li. 6. Si cuiuſcunq; iudicis eccleſiaſtici, ordinarij, vel delegati iuriſdictionē turbauit, ca. Quo niam: De immu. eccle. li. 6. Generaliter in omnibus caſibus in proceſſu curiæ cōtentis Martini quinti, Eugenij quarti, & Pauli ſecundi, ſi quis incidat non debet abſolui, niſi prius ſi poteſt ſatisfaciat: vt in illis, in qui bus etiam babetur: quod ſi quis abſoluatur non præmiſſa dicta ſatisfactione, abſolutio non valet, vt habes ſupra vbi de excom. ex proceſſu Martini &c. Si inquiſitor hæreticæ prauitatis prætextu officij ſui aliquid ex torſit, vt ſupra in 3. ca. §. 66. Si religioſi vel

Pro manifeſta offenſa ꝑmittitur ſatisfactio abſolutioni.

Pro vſuris manifeſtis.

Pro pedagijs exactis ab eccleſiaſticis.

Pro turbata iuriſdictiōe iudicis eccl. ordinarij vel delegati.

Pro oib⁹ caſibus in proceſſu Martini quīti &c.

Pro extortis pecunijs ini què ab īnqſitionibus.

tur publice in eiſdem eccleſijs in manibus deferentes, ituri poſtmotum vltra mare. Et ibidem acturi pęnitentiam per tres annos: nec inde reuerſuri abſque ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ: vt in capitul. Felicis. §. Cum autem de pęnis li. 6.

Caput Quartum.

QVAERO *quem ordinem ſeruare debeat ſacerdos circa pęnitentem. Reſpondeo. Primo debet confeſſionem audire. Secundo, pœnitentiam imponere. Tertio, illum abſoluere, vt colligit gl. in cle. Dudum. §. igitur in verbo audire: De ſepul. ſi tamen ſacerdos prius abſoluit pœnitentem quam illi pœnitentiam imponat, nihilominus valet, quia præſupponit confeſſor pœnitentem habere propoſitum faciendi pęnitentiam, quã ſibi iniunget: vt quidam dicunt, & bene. Io. An. quoq; dicit. Si pęnitentem abſoluis cuius generalem audiuiſti cõfeſſionem, abſoluas eum a pœnitentijs oblitis, & iniunctis ab alijs ſacerdotibus. Et ſi aliquarum pęnitentiarum ſibi iniunctarum immemor ſit, quas non impleuit cõmutare potes illas ſi tibi expediẽs videtur in alias, vbi tamẽ nõ eſſẽt iniunctæ pro caſu a quo, tu nequis*

Ordo ſeruãdus a confeſſore circa iniungẽdas pęnitentias.

abſoluere; cautè etiam facit confeſſor declarare pænitentem, vel permittere eius, ꝙ ſi aliquam diem ex negligentia, vel obliuio ne omitteret pęnitentiam iniunctam implere, puta ieiunium, vel orationem, ꝙ alio die poßit remittere. Et confeſſor caute etiã agit abſoluendo pęnitentem ab omnibus pec catis mortalibus, & venialibus confeßis, & non confeßis, & oblitis: poſtquam pęni tens de omnibus prædictis ſe coram eo accu ſauerit; quia talis abſolutio valet ad remiſ ſionem culpæ, & pænę dictorum peccatorũ oblitorum, quæ particulariter confeßus nõ eſt; quæ tamen ſi in memoria redeant, confiteri tenetur: vt dicit Franc. de Mayro in quarto, diſt. 17. Et Pe. de pal.

De forma abſolutionis maioris excommunicationis, quando ſolenniter excommunicatus abſoluitur, vel non ſolenniter, in foro pænitentiæ.

Caput Quintum.

Quattuor ſeruanda in

IN abſolutione excommunicationis late ab homine, vel a iure, quatuor ſunt obſer

ſeruanda ſecundum Hoſt. in ſum. ti. De ſen. excommu. abſolutione excommunicationis.

Primum eſt, ꝙ abſoluendus iuret ſtare mandatis eccleſiæ, vel ipſius abſoluentis, ſiue ꝙ iuri parebit, ſi tamen iuramentū prætermittatur (quod fieri debet) tenebit nihilominus abſolutio, ſecundum gl. do. Abb. & do. Anto. de But. in c. Cum deſideres: De ſen. excom. & eſt communis opinio quā tenet Rich. in 4. diſt. 18. art. 10. q. 2. Vbi & addit iuramentum in abſolutione ab excommunicatione pro iniectione manus violentę non debet præſtari clericis, ſub eodē tecto dormiētibus, propter periculū periurij. Primum ſeruandum.

Itē ſi percuſſit ſociū clericū ſecūdum do. Ab. in ca. ex tenore, eo. ti. propter dictā cām.

Item nec cuiquam pro leui manus iniectionem in clericum.

Item nec illi qui non eſt probabiliter illud ſeruaturus, ſecundum Ray. Aut qui recidiuauit in eodem peccato.

Item vbi apparet manifeſte ſententiam excommunicationis iniuſtam fuiſſe, ſecundum glo. in c. Sacro: De ſen. excom.

Itē nec pueris ſecūdū arbitriū abſoluētis.

Item ſecundū Hug. pro horrendis tantum criminibus iuramentum præſtari debet; vt incendiarijs, falſatoribus, & huiſumodi non autem excommunicatis pro quibuslibet mortalibus.

Secundũ ſeruandum.

Secundum eſt, vt ante abſolutionem ſatisfaciat, quando excõicatus eſt, pro manifeſta offenſa, quia in iudicio confeſſus, vel conuictus eſt: aut extra iudicium notoriè offendit, pro quo excõmunicatus eſt. Si vero dubia eſt offenſa, vel cõtumelia, & expenſæ petuntur ante abſolutionem præmittenda eſt cautio pignoraticia vel fideiuſſoria. Si nullæ expenſæ petũtur, tamen cautio iuratoria præmittitur, de his, in c. ex parte prime: De verb. ſig. Vbi gloſ. & do. Abb. dicit Pręmittenda eſt emenda ante abſolutionem, quãdo illa conſiſtit in exercitio actus temporalis, vt pro iniectione manus in clericum, ſecundũ iniuriæ qualitatem, & perſonæ dignitatẽ pręmittatur ſatisfactio. Si vero cõſiſtit in exertitio actus ſpiritualis, debet excõicatus prius abſolui, quàm ſatisfaciat, ne excõmunicatus attemptet actum ſpiritualem. Exemplum ſi canonici excommunicati ſunt: ideo quod ad mandatum papæ noluerint accipere quendam in canonicum.

Tertium notandum.

Tertium eſt, ꝙ abſoluatur ab excõmunicatore, vel eius ſuperiore, aut ab eo cui cõmiſerint: hoc modo. Expoliabitur excommunicatus veſtibus ſuis, & ponet ſe ante ianuas eccleſię proſtratus flexis genibus coram abſoluente, qui tenens virgam, vel corrigiam in manu. Et dicens pſalmum, Miſerere, verberabit illũ per ſingulos verſus pſalmi, ma-

gis,

gis,vel minus,ſecundum contumaciæ quantitatem, & poſt Gloria patri. dicat. Pater noſter. & ne nos. Saluum fac ſeruum tuũ, &c. Nihil proficiat inimicus in eo,&c. Eſto ei domine turris fortitudinis, &c. Domine exaudi orationem meã,&c. Dominus vobiſcum,&c. Oremus. Deus cui propriũ eſt miſereri,ſemper & parcere,ſuſcipe deprecationem noſtrã, & hunc famulum tuum quem excommunicationis cathena conſtringit,miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per chriſtum dominum noſtrum.

Forma abſolutionis communis.

AVCTORITATE *omnipotẽtis dei,& beatorum apoſtolorum Petri,& Pauli,ego abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, quã vel quas incurriſti, propter talem cauſam,vel cauſas exprimendo illas,& reſtituo te ſacramentis eccleſiæ,& communicationi fideliũ. Iterum te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti. Signum crucis faciendo. Paßio domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnia bona quæ feciſti, & facies, & omnia mala, quæ ſuſtinuiſti,& ſuſtinebis,ſint tibi in remißionem omnium peccatorum tuorum,& in augmẽtũ diuinę gratię. Vade & amplius noli peccare. Et quidẽ hęc verba in fine ſunt*

magnę

magnæ vtilitatis; quia videlicet huiuſmodi habent vim ſatisfactionis ex virtute clauium. Et magis valent ſecundum Hoſti. in ſumma, titulo: De pęnit. & re. Si tamen quis ſimpliciter abſoluatur in foro pęnitentiali a ſacerdote, non oportet vt excommunicatus expolietur, & ſtet ante ianuam eccleſiæ. Sed alia omnia quæ hic dicuntur fiãt.

Item cum ſacerdos non habet poteſtatem abſoluendi a maiori excommunicatione, poteſt eadem forma verborum vti; abſoluendo prius a minori excommunicatione, ſi quã forte pœnitens incidit. Et poſtea dicere. Itẽ te abſoluo ab omnibus peccatis tuis: & omnia verbo a quæ ſequuntur in prædicta forma abſoluendi. vt habetur in c. Nuper. §. in ſecundo ver. Qui vero: De ſen. excom. Quod etiam Thom. dicit. Sed ſi ſolenniter ab epiſcopo quis excommunicatus eſt, cum ſolennitate de qua in ca. debent. 11. q. 3. ſeruabit Epiſcopus formam: vel ille cui ipſe committet formam abſolutionis. De qua in ea. q. 3. ca. Cum aliquod.

Quartũ obſeruandum.

Quartum eſt, vt abſoluens iuxta mandata, & rationabilia imponat excommunicato: ne videlicet contra canonem illum vnquam veniat, vt incendiario, ne incendat: & percuſſori clerici, ne percutiat, niſi ſe defendendo: aut de mandato prælatorũ, vel niſi prælatus, vel magiſter clericorum ſit,

& ſic

& ſic de ſimilibus. Et illam imponat pœnã ſeu pœnitentiam, quam canones iubent iniungi excommunicatis, pro exceſſibus, pro quibus excommunicationem inciderũt, 23. q. vlt. Peſſimam. De quo habetur ſupra in excommunicationibus. Et ſupra in hoc titulo. cap. 2.

Quomodo intelligitur, ꝙ abſolutio non valet ſub conditione? Reſpondeo. Si confeſſor qui eſt inferior dicat, Abſoluo te ſub cõditione, ꝙ vadas ad ſuperiorem: vel abſoluo te ad tempus, donec ſis abſolutus a ſuperiore, abſolutio nulla eſt: quia verba ſacramenti nullum habet effectum, niſi ſub aſſertione illa ſub qua ſunt inſtituta, quæ eſt abſoluta; vt cum dicit in perſona Chriſti, Abſoluo te. Et multo minus ſub hac forma de his quæ ad ſuperiorem pertinent. Neq; etiã ſuperior ipſe, poteſt dare inferiori poteſtatẽ ſoluendi, ſub illa forma, cum ſit impoſſibilis, & ſuper poſſibile nulla potentia cadit. Quia tamen non eſt ſemper præſens, poteſt dare poteſtatem inferiori abſoluendi, de pertinentibus ſibi in abſentia ſua, ſub conditione, ꝙ de eiſdem fiat ei confeſſio cũ fuerit pręſens. Et hoc caſu, inferior debet dicere conditionem confitenti, quam ſi non acceptet, non debet eum audire nec abſoluere: quia eſt impęnitens. Si autem conſenſerit animo, & abſoluitur, tenet quod factum eſt. Si au-

Qn̄ excōicationē incurrat, qui a reſeruatis abſoluit cū nō poſsit.

currit: vt per doct̃o. in Cle. Religioſi: De priuileg. niſi quia, ſi excommunicatus, aut ſuſpenſus abſoluit ſolemniter, ſit irregularis: vt ſupra in ca. 1. §. 2. & 3. Si vero eſt religioſus, quamuis non excommunicatus, vel ſuſpenſus, ſi ſcienter, & temerarie præſumit abſoluere a ſententijs quarumlibet cēſurarum a iure, vel per ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia latarum, de quibus non habet auctoritatem, excommunicationem incurrit, a qua per Papam tantum poteſt abſolui: dicta Clem. Religioſi. Et ibi Gloſ. & Docto.

Nota qd tibi faciūdum ſit, cū quem abſoluis, de quib⁹ auctoritatē nō habes.

Quid faciet ſacerdos ſecularis, vel religioſus; qui abſoluit aliquem a cenſuris, vel peccatis de quibus non habebat auctoritatem. Reſpondeo. Dicendum ſecundum aliquos. Confeſſor in tali caſu tripliciter ſe habere poteſt. Primo vt petat a ſuperiore auctoritatem abſoluendi a caſu a quo non potuit, qua habita docet illum, & caute fingat interrogare de aliquo iam confeſſo; qua ſi velit melius informari: ac ſi non plene intellexiſſet, & ſi quæ alia peccata poſt ea cōmiſit, & ſic ab omnibus iterum abſoluat eū. Secundo, ſi hoc ſine ſcandalo fieri non poteſt, tunc abſoluat abſentem, ſi ab vltima confeſſione ſibi facta præſumit illum in gratia perſeuerare. Tertio poteſt illum committere ſummo ſacerdoti Chriſto, præſertim ſi

mul

multitudo hominum ab eo neglecta eſt, ſeu non debite abſoluta: & hoc idem faciat, ſi illi ab ipſo diſtant, aut incogniti ſunt. Vbi autem ſacerdos prædictam auctoritatem ab ſoluendi non poteſt obtinere a ſuperiore: tenetur dicere confeſſo (ſi illum poteſt habere) vt conſilium a peritiori quærat de caſu illo vel peccato, a quo eum abſoluere non potuit: ſecundum Directorium. libro.1.tit. 15.§.143.

Nunquid ſacerdos per errorem abſoluens de facto, ab illis peccatis a quibus de iure non poteſt, mortaliter peccet. Reſpondeo ſecundum Richar. in 4. diſt. 18. artic. 2.q.5. Aut per ignorantiam iuris hoc facit, aut ex deliberatione. Secundo modo mortaliter peccat, quia ſcienter, & ex deliberatione conceſſa ſibi abutitur poteſtate, in præiudicium animæ alterius, quem & quantum in ſe eſt, ponit in errorem, dans ei intelligere, ꝙ abſolutus eſt, cum non ſit. Si primo modo: & ſit ignorantia iuris affectata, adhuc mortaliter peccat: quamquam non ita grauiter, ſi ex ignorantia craſſa: credo ꝙ etiam mortaliter peccet, quamuis nõ ſic grauiter, vt primo, & ſecundo modo: ſacerdotibus enim non licet, officium ſuum ignorare, ſed ſubditos ſuos in lege inſtruere. Iuxta illud Aggei 2. ca. Interroga ſacerdotes legem. Nec ille per ignorantiam

Mortaliter peccat abſoluens a q-bus de iure nõ põt, vel fiat hoc ex deliberatione, vel ignorãtiã craſsa.

excu

excuſatur qui magis eſt ſollicitus quærere conſilium pro emptione vnius equi, vel ſimilis rei quam animæ ſuæ, Richard.

Caput Secundum.

Pro falſa cā abſolut⁹, abſolutus non eſt.

VTRVM abſolutus pro falſa cauſa, vere ſit abſolutus. Reſpondeo ſecundum Pet. in directorio. lib. 3. tit. 5. §. 40. Cum omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui debeat, de regu. iu. c. Omnis res. Igitur ſi de cauſa propter quam ille excommunicatus eſt, ab eo, nulla mentio facta ſit, & ita remanet illa prima cauſa, & eius effectus; & ſic remanet excommunicatio; quia abſoluens credidit abſoluere ex vera cauſa, quæ erat falſa: & ſic abſoluere nō potuit: ar. De translatio. præla. inter corporalia: De offi. dele. Cum ſuper.

Qūo abſoluēdus eſt is, q vnā incurrit excōicationē pluribus de cauſis, & qñ pluribus innodatus eſt ex cōicatiōib⁹.

Tum nunquid confeſſor vere abſoluat excommunicatum vna excōmunicatione ex pluribus cauſis: ſi cauſas omnes excommunicatus non explicat; aut excommunicatū pluribus excommunicationibus, ſi ille omnes non explicat excommunicationes.

Ad primum

Reſpondeo. Quo ad primum dic. Si quælibet cauſa de per ſe ſufficit, vt propter illā excommunicetur, niſi omnes explicet, non eſt verè abſolutus, ar. ca, Officij: De ſen. excō. Quod verū eſt ſi fraudulenter cauſam ſubticue

ticuerit ſecus ſi per obliuionem, & abſoluens ſimpliciter habet intentionem relaxãdi excommunicationem, & non per comparationem ad cauſas expreſſas: ſed quando quælibet de per ſe non ſufficit, tũc ſi cauſam vnam ſufficientem exprimit, tenet abſolutio, ar. c. ſuper litteris de reſcrip. Si autem omnes de per ſe non ſufficiunt, ſed omnes ſimul iunctè: tunc niſi omnes exprimantur, non valet abſolutio, niſi per obliuionẽ excommunicatus ſubticuerit, & ille ſimpliciter eum abſoluere voluerit.

Quo ad ſecũdũ, dic ꝙ abſolutio non tenet quando abſoluens non intendit abſoluere, niſi per cõparationem ad excommunicationes, quas abſoluendus expreſſit: ſecus ſi intendit etiam abſoluere ab omnibus, quas ille non expreſſit, quia non eſt recordatus, dũ mõ abſoluẽdi ab oĩbus habeat poteſtatẽ. Ric. in 4. diſt. 18. Et Abb. Sicu. in c. Cum pro cauſa: De ſent. excommu. — Inuitus quis an poſsit abſolui.

Nunquid prælatus eccleſiaſticus poſſit excõmunicatũ inuitũ abſoluere. Reſpõd. aut eſt excommunicatus a iudice, aut a iure. Si primo mõ, & iniuſta fuit excõmunicatio, tenetur, illum abſoluere: ſi iuſta nõ debet illũ abſoluere. Tamẽ ſi abſoluit, quia forte videt expedire animæ ſuæ cõtumaci, valet, quia ſicut eũ potuit cõtra voluntatem ſuã excõicare, ita contra voluntatem ſuã põt excõica- — Si excõicatio ſit ad iudice & ĩiuſta põt inuitus abſolui Secus ſi iuſta ſit niſi &c.

tionem reuocare. Secundo modo excommu-
nicatus.ſ. a iure abſolui non poteſt inuitus:
quia cum voluntarie fecerit illud cui excõ-
municatio annexa eſt, ipſo iure aliquo mo-
do ex voluntate ſua excommunicatus eſt,
vt ideo ſine voluntate ſua, & requiſitione,
non poteſt abſolui. 24.q.11. Nec quiſquã, &
c.ſequen. Rich. in 4. diſtinct. 18. ar. 10.q.1.

Si à iure ſit excõicatio ab ea nequit abſolui quis inuitus.

Caput Tertium.

TERTIO, quæro ſi confeſſor ante abſolu
tionem primo teneatur neceſſario præmitte
re reſtitutionem, ad quam pœnitens obliga-
tur, & in hoc quomodo ſe debeat habere. Re
ſpond. Dic, ꝙ plures ſunt caſus in iure ex-
preſſi, in quibus ante abſolutionem tenetur
confeſſor pręmittere ſatisfactionem, de qui-
bus immediate ſubijcitur.

Quibus caſibus ſit præmittenda reſtitutio abſolutioni.

Quo ad ſecundum tene practicam quam
ponit Io. And. in c. quamquam: De vſuris
in 6. dicens. Sacerdos ad quem manifeſtus
vſurarius cauſa cõfitendi accedit, prius quæ
rat ab eo, ſi vult de vſuris extortis ſatisfa
cere, ſecundum facultates ſuas, autem ſal-
tem idoneę cauere dando pignora, vel fide-
iuſſores ſi poteſt, quod ſi nolit repellat eum,
vt eſt ex mente huius canonis. In cæteris
autẽ caſibus in quibus canon expreſſe vult
præmitti ſatisfactionem actualem, vbi de
eius

eius quantitate conſtat, ſi pęnitens poteſt, & nolita, udiendus nõ eſt: quia cum ad hoc teneatur & nolit, contritus non eſt. Nec habenda eſt ratio, ne egeat in foro conſcien tiæ ſecundum Io. An. in co. ca. Quamquam. Si vero ſatisfacere nequeat, in totum, vel partem excuſatur, quouſq; poterit c. Odar dus: De ſolutio.

Si pro menifeſta offenſa quis eſt excommunicatus, tenetur ſatisfactionem præmit tere: vt hic infra ponitur. §. 9. Satisfactio quoq; ab vſurarijs manifeſtis exigenda eſt, vel cautio, de reſtituendo vſuras, quam ſi præſtare recuſant, audiendi non ſunt in con feſſione, ca. Quamquam de vſuris, lib. 6. vt prædictum eſt. Si exigit pedagia a perſonis eccleſiaſticis, ca. Quamquam: De cenſi. li. 6. Si cuiuſcunq; iudicis eccleſiaſtici, ordinarij, vel delegati iuriſdictionē turbauit, ca. Quoniam: De immu. eccle. li. 6. Generaliter in omnibus caſibus in proceſſu curiæ cõtentis Martini quinti, Eugenij quarti, & Pauli ſecundi, ſi quis incidat non debet abſolui, niſi prius ſi poteſt ſatisfaciat: vt in illis, in quibus etiam habetur: quod ſi quis abſoluatur non præmiſſa dicta ſatisfactione, abſolutio non valet, vt habes ſupra vbi de excom. ex proceſſu Martini &c. Si inquiſitor hæreticæ prauitatis prætextu officij ſui aliquid ex torſit, vt ſupra in 3. ca. §. 66. Si religioſi vel

Pro manifeſta offenſa ꝑ mittitur ſatisfactio abſolutioni.

Pro vſuris manifeſtis.

Pro pedagijs exactis ab eccleſiaſticis.

Pro turbata iuriſdictiõe iudicis eccl. ordinarij vel delegati.

Pro oib' caſibus in proceſſu Martini quīti &c.

Pro extortis pecunijs ini què ab inqſitionibus.

tur publice in eiſdem eccleſijs in manibus deferentes, ituri poſtmotum vltra mare. Et ibidem acturi pęnitentiam per tres annos: nec inde reuerſuri abſque ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ: vt in capitul. Felicis. §. Cum autem de pęnis li. 6.

Caput Quartum.

QVAERO quem ordinem ſeruare debeat ſacerdos circa pęnitentem. Reſpondeo. Primo debet confeſsionem audire. Secundo, pænitentiam imponere. Tertio, illum abſoluere, vt colligit gl. in cle. Dudum. §. igitur in verbo audire: De ſepul. ſi tamen ſacerdos prius abſoluit pænitentem quam illi pænitentiam imponat, nihilominus valet, quia præſupponit confeſſor pænitentem habere propoſitum faciendi pęnitentiam, quã ſibi iniunget: vt quidam dicunt, & bene. Io. An. quoq; dicit. Si pęnitentem abſoluis cuius generalem audiuiſti cõfeſsionem, abſoluas eum a pænitentijs oblitis, & iniunctis ab alijs ſacerdotibus. Et ſi aliquarum pęnitentiarum ſibi iniunctarum immemor ſit, quas non impleuit cõmutare potes illas ſi tibi expediẽs videtur in alias, vbi tamẽ nõ eſſet iniũctæ pro caſu a quo, tu nequis Ordo ſeruãdus a confeſſore circa iungẽdas pœnitentias.

abſoluere; cautè etiam facit confeſſor declarare pænitentem, vel permittere eius, ꝙ ſi aliquam diem ex negligentia, vel obliuione omitteret pęnitentiam iniunctam implere, puta ieiunium, vel orationem, ꝙ alio die poßit remittere. Et confeſſor caute etiã agit abſoluendo pęnitentem ab omnibus peccatis mortalibus, & venialibus confeßis, & non confeßis, & oblitis: poſtquam pęnitens de omnibus prædictis ſe coram eo accuſauerit; quia talis abſolutio valet ad remiſſionem culpæ, & pœnę dictorum peccatorũ oblitorum, quæ particulariter confeßus nõ eſt; quæ tamen ſi in memoria redeant, confiteri tenetur: vt dicit Franc. de Mayro in quarto, diſt. 17. Et Pe. de pal.

De forma abſolutionis maioris excommunicationis, quando ſolenniter excommunicatus abſoluitur, vel non ſolenniter, in foro pænitentiæ.

Caput Quintum.

Quattuor ſeruanda in

IN abſolutione excommunicationis late ab homine, vel a iure, quatuor ſunt obſer

ſeruanda ſecundum Hoſt. in ſum. ti. De ſen. excommu. **abſolutione excommunicationis.**

Primum eſt, ꝙ abſoluendus iuret ſtare mandatis eccleſiæ, vel ipſius abſoluentis, ſiue ꝙ iuri parebit, ſi tamen iuramentũ prætermittatur (quod fieri debet) tenebit nihilominus abſolutio, ſecundum gl. do. Abb. & do. Anto. de But. in c. Cum deſideres: De ſen. excom. & eſt communis opinio quã tenet Rich. in 4. diſt. 18. art. 10. q. 2. Vbi & addit iuramentum in abſolutione ab excommunicatione pro iniectione manus violentę non debet præſtari clericis, ſub eodẽ tecto dormiẽtibus, propter periculũ periurij. **Primum ſeruandum.**

Itẽ ſi percuſſit ſociũ clericũ ſecũdum do. Ab. in ca. ex tenore, eo. ti. propter dictã cãm.

Item nec cuiquam pro leui manus iniectionem in clericum.

Item nec illi qui non eſt probabiliter illud ſeruaturus, ſecundum Ray. Aut qui recidiuauit in eodem peccato.

Item vbi apparet manifeſte ſententiam excommunicationis iniuſtam fuiſſe, ſecundum glo. in c. Sacro: De ſen. excom.

Itẽ nec pueris ſecũdũ arbitriũ abſoluẽtis.

Item ſecundũ Hug. pro horrendis tantum criminibus iuramentum præſtari debet; vt incendiarijs, falſatoribus, & huiſumodi non autem excommunicatis pro quibuslibet mortalibus.

Secundũ ſeruandum.

Secundum eſt, vt ante abſolutionem ſatisfaciat, quando excõicatus eſt, pro manifeſta offenſa, quia in iudicio confeſſus, vel conuictus eſt: aut extra iudicium notoriè offendit, pro quo excõmunicatus eſt. Si vero dubia eſt offenſa, vel cõtumelia, & expenſæ petuntur ante abſolutionem præmittenda eſt cautio pignoraticia vel fideiuſſoria. Si nullæ expenſæ petũtur, tamen cautio iuratoria præmittitur, de his, in c. cx parte primę: De verb. ſig. Vbi gloſ. & do. Abb. dicit Prę mittenda eſt emenda ante abſolutionem, quãdo illa conſiſtit in exercitio actus temporalis, vt pro iniectione manus in clericum, ſecundũ iniuriæ qualitatem, & perſonæ dignitatẽ prẹmittatur ſatisfactio. Si vero cõſiſtit in exertitio actus ſpiritualis, debet excõicatus prius abſolui, quàm ſatisfaciat, ne excõmunicatus attemptet actum ſpiritualem. Exemplum ſi canonici excommunicati ſunt: ideo quod ad mandatum papæ noluerint accipere quendam in canonicum.

Tertium notandum.

Tertium eſt, ꝙ abſoluatur ab excõmunicatore, vel eius ſuperiore, aut ab eo cui cõmiſerint: hoc modo. Expoliabitur excommunicatus veſtibus ſuis, & ponet ſe ante ianuas eccleſię proſtratus flexis genibus coram abſoluente, qui tenens virgam, vel corrigiam in manu. Et dicens pſalmum, Miſerere, verberabit illũ per ſingulos verſus pſalmi, ma-

gis,

gis, vel minus, ſecundum contumaciæ quantitatem, & poſt Gloria patri. dicat. Pater noſter. & ne nos. Saluum fac ſeruum tuũ, &c. Nihil proficiat inimicus in eo, &c. Eſto ei domine turris fortitudinis, &c. Domine exaudi orationem meã, &c. Dominus vobiſcum, &c. Oremus. Deus cui propriũ eſt miſereri, ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtrã, & hunc famulum tuum quem excommunicationis cathena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per chriſtum dominum noſtrum.

Forma abſolutionis communis.

AVCTORITATE *omnipotẽtis dei, & beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli, ego abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, quã vel quas incurriſti, propter talem cauſam, vel cauſas exprimendo illas, & reſtituo te ſacramentis eccleſiæ, & communicationi fideliũ. Iterum te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Signum crucis faciendo. Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnia bona quæ feciſti, & facies, & omnia mala, quæ ſuſtinuiſti, & ſuſtinebis, ſint tibi in remiſſionem omnium peccatorum tuorum, & in augmẽtũ diuinę gratię. Vade & amplius noli peccare. Et quidẽ hęc verba in fine ſunt*

& ſic de ſimilibus. Et illam imponat pœnā ſeu pœnitentiam, quam canones iubent iniungi excommunicatis, pro exceßibus, pro quibus excommunicationem inciderūt, 23. q. vlt. Peßimam. De quo habetur ſupra in excommunicationibus. Et ſupra in hoc titulo. cap. 2.

Quomodo intelligitur, ꝙ abſolutio non valet ſub conditione? Reſpondeo. Si confeſſor qui eſt inferior dicat, Abſoluo te ſub cōditione, ꝙ vadas ad ſuperiorem: vel abſoluo te ad tempus, donec ſis abſolutus a ſuperiore, abſolutio nulla eſt: quia verba ſacramenti nullum habet effectum, niſi ſub aſſertione illa ſub qua ſunt inſtituta, quæ eſt abſoluta; vt cum dicit in perſona Chriſti, Abſoluo te. Et multo minus ſub hac forma de his quæ ad ſuperiorem pertinent. Neq; etiā ſuperior ipſe, poteſt dare inferiori poteſtatē ſoluendi, ſub illa forma, cum ſit impoßibilis, & ſuper poßibile nulla potentia cadit. Quia tamen non eſt ſemper præſens, poteſt dare poteſtatem inferiori abſoluendi, de pertinentibus ſibi in abſentia ſua, ſub conditione, ꝙ de eiſdem fiat ei confeßio cū fuerit pręſens. Et hoc caſu, inferior debet dicere conditionem confitenti, quam ſi non acceptet, non debet eum audire nec abſoluere: quia eſt impęnitens. Si autem conſenſerit animo, & abſoluitur, tenet quod factum eſt. Si au-

tem poſt ea noluit confiteri ſuperiori, non redeunt dimiſſa, ſed facit nouum peccatum, non tamen debet poni conditio in verbis abſolutionis, quia nulla eſſent verba Henrici de Gandauo. in quolibet.q. 4.

Caput Sextum.

Forma plenariæ abſolutionis in vita, & in morte, extracta (vt dicitur) de formulario domini Papæ.

DICTO cõfiteor à pęnitēte. Et poſt miſereatur tui, à cõfeſſore, ſubdat: Auctoritate dei omnipotentis, & beatorum apoſtolorũ Petri, & Pauli, & ſanctæ romanæ eccleſiæ mihi conceſſa: abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & reſtituo te vnitati fidelium, & ſacramentis eccleſię. Item te abſoluo ab omnibus peccatis tuis contritis, & confeſſis, & oblitis. Item eadem auctoritate Sũmi pontifici mihi in hac parte conceſſa: & inquantum debeo abſoluo te: ſi iſta vice morieris ab omnibus pęnis tibi in purgatorio debitis propter culpas, & offenſas quas contra deum commiſiſti, & inquantum mihi permittitur, reſtituo te illi innocentiæ in qua eras quando baptizatus fuiſti: ſi vero hac vice

non

non morieris; reſeruo hanc plenariam indulgentiam tibi conceſſam a domino papa pro vltimo articulo mortis tuæ (Vt in eadem litera domini papæ continetur) In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

De caſibus reſeruatis ſecundum formam cãcellariæ apoſtolicæ: etiã quo ad illos quibus gratia abſolutionis plęnarię cõceditur.

Vtrum quando quis vſus eſt ſemel plenaria indulgẽtia in articulo mortis, quam habebat a papa pro ſemel in vita, & ſemel in morte, iterum poßit vti illa in alio articulo mortis? Reſpondeo vt in concilio Conſtantienſi a literatißimis viris, reſponſum eſt, ꝙ non; niſi vberiorem gratiam, ſcilicet ꝙ ea vti poſſet pluries, ſi papa cõceßiſſet; quia priuilegium de indulgentijs tãtum dat quãtum ſonat, vnde forma abſolutionis proxime dicta, intelligenda eſt quando conceditur plenaria abſolutio in articulo mortis, pro pluribus vicibus. Notandum.

Nunquid habentes litteras plenariæ abſolutionis ſemel in vita, & ſemel in morte, poßint ab omnibus peccatis, & cenſuris abſolui? Reſpondeo. Non, vt habetur in fine ne proceſſus curię Pauli ſecũdi, vbi dicitur ſuper plenarijs remißionibus, quę ſemel in vita, & ſemel in morte conceduntur, per regulam in cancellaria apoſtolica publicatã. Statuit, ꝙ in quibuſcunque conceßionibus,

bus, & facultatibus abſolutionis caſus inſraſcripti, tanquam ſpecialius ſedi apoſtolicæ reſeruati, ſemper intelligantur excepti, videlicet. Offenſæ eccleſiaſticæ libertatis. Violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti. Criminis hęreſis. Conſpirationis in perſonam, aut ſtatum romani pontificis, ſeu cuiusuis offenſæ inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem pontificis, vel ſedis apoſtolicæ; preſbytericidij; offenſę perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum inuaſionis, deprædationis, vel occupationis, vel deuaſtationis terrarum romanæ eccleſiæ, mediate, vel immediate ſubiectarũ. Ac ẽt inuaſionis romipetarũ, ſeu quorũcunq; aliorũ ad romanã curiã veniẽtiũ. Prohibitionis deuolutionis cauſarũ ad dictã curiam. Delationis armorũ, & aliorum prohibitorum ad partes infideliũ maxime Turchorum. Impoſitionis nouorũ onerum realium vel perſonalium ecclesijs, vel eccleſiaſticis perſonis: quod tamen hodie reuocatum eſt per Sixtum quartum. Simoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs aſſequendis in eadem curia, vel extra contractæ. Et generaliter in caſibus contentis in bulla, quæ conſueuit in die cœnę domini per papam publicari. Et hoc ſtatuit etiam erga illas perſonas, quibus oraculo viuæ vocis ipſe has remiſſiones plenarias conceſſiſſet debere eas ſic intelligi huiuſmodi.

TITVLVS VI.

Vbi agitur de circumſpectione confeſſoris, circa modum iniungendi pœnitentias.

1. Neceſsitas circumſpectionis in ſacerdote potiſsimum circa pœnitentias iningendas declaratur: Quanta itẽ a priſcis cuilibet peccato iniungeretur pœnitentia; nosq; modernus circa haſmet pœnitentias aſsignatur.
2. Quæ pœnitentiæ quibus peccatis generaliter congruant: Et de his quibus timetur, ne pœnitentiam iniunctam non compleant: Et quid agendum, cum cauſantibus impotentiam explendi; Quidq; cum his qui omnẽ recuſant ſubire in hoc ſeculo pœnitentiam.
3. De ſatisfactione pœnitentiæ iniunctę, ab eo qui eſt in peccato mortali: an ſcilicet ſit iteranda, & quis & quomodo in mortali dicatur ſatiſfacere.
4. Quomodo confeſſor debeat cauere

ab

ab hac ſpecie mali; ne ſcilicet ipſemet miſſas pœnitenti impoſitas celebrandas, celebret: Et quæ potiſsimum religioſo peccanti ſit iniungenda pœnitentia.

5. Quæ quibusq; reſeruetur poteſtas immutandi pœnitentias; & de pœnitentia iniuncta in ſubſidium terræ ſanctæ.

6. Quid poſsint confeſſores circa male ablatas res.

7. Quomodo ſe habeant confeſſores, circa iniungendas pœnitentias laborantibus in extremis.

Caput Primum.

Neceſsitas circũſpectionis circa iniungẽdas pœnitentias in cõfeſſore, declaratur.

IN pœnitentijs imponendis debet ſexto loco confeſſor circumſpectus eſſe, ne vel nimis paruas iniungendo, clauium poteſtas contemnatur, vel nimiũ magnas imponendo, penitens illas facere prætermittat. De primo dicit tex. in ca. Abſit. diſt. 50. Abſit a romana eccleſia vigorem ſuum tam prophana facilitate dimittere; & neruos ſeueritatis, euerſa fidei maieſtate, diſſoluere. De ſecundo dicit Criſo. 16. q. 6. Alligant. Si faſcem ſuper humeros adoleſcentis

Chriſoſtomus.

tis

tis quem non poteſt baiulare poſueris, neceſſe habet, vt aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringatur, ſic & homo cui graue pondus pœnitentiæ imponis, aut pęnitentiam reijciet, aut ſuſcipiēs, dum ſufferre nō poteſt, ſcandalizatus amplius peccat. Nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem. Hęc ibi.

Sed quam pęnitētiam debet confeſſor imponere pœnitenti? Reſpondeo. Olim pro quolibet peccato mortali, erat ſeptennis pœnitentia regulariter iniungenda. 22. q. 1. ca. Prædicandum, & 33. quæſt. 2. ca. Hoc ipſum, et. §. ſeq. Modo autem arbitrio diſcreti confeſſoris moderanda eſt: vt in ca. Deus qui: De pęni. & remiſ. vbi dicitur. Pęnitētia, non tam ſecundum quantitatem exceſſiuam, quam pœnitentis contritionem qualitatemq; perſonæ, & alijs circumſtantijs cōſideratis, per diſcreti ſacerdotis arbitriū, eſt moderanda. Et do. Abbas Siculus dicit ibi. Poteſt eſſe tanta contritio pęnitentis, et aliæ qualitates, alleuiantes delictum, vt non ſit neceſſe, ita longeuam, ſeu diuturnam agere pœnitentiam, & ipſe ſacerdos poteſt ex officio ſuo multū de pœnitentia diſpēſatiuè remittere. vt ē tex. Aug. De pęn. diſ. 1. Quē pęnitet, vbi dicitur. Qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia. Quanto n.

Olim ſeptennis pęnitentia pro quolibet peccato mortali iniūgebatur; Nunc aūt diſcreti ſacerdotis iudicio relinquitur.

pluribus confitetur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequitur veniam, aut gratiam remiſsionis. Ipſi enim ſacerdotes plus iã poſſunt proficere, & plus profitentibus parcere. Hæc ibi. Adde ſecundum. S. Bona. in quarto diſt. 20. ꝙ quamuis pęnitentiæ ſint arbitrariæ: tamen canones inſtituunt illas, in generali qualiter imponendæ ſint pęnitentibus. Sed deſcenſum ad ſingularia relinquit ſacerdotibus diſcretis; qui conſiderent perſonarum circumſtãtias attendentes ad canones, ſicut ad regulas directiuas.

Caput Secundum.

Quæ congruant peccatis pęnitẽtię generaliter.

QVALES *ſunt pænitentię peccatis contrariæ, & pęnitentibus conuenienter imponendæ? Reſpondeo ſecũdum Sco. in quarto diſt. 15. In tribus peccant homines communiter, peccato carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, vt 1. Io. 1. Satiſfactiones autem his correſpondentes ſunt. Peccato carnis imponatur ieiunium, & quęcunq; carnis maceratio, vt vigiliæ, peregrinationes, aſperitates veſtium, & generaliter quæcunq; laborem corporalem cauſant, cum talia ſint ad repreſsionem peccati carnalis. Peccato auaritiæ quo aliena viſus eſt indebitè extorquere, rapinis, furtis, & vſu*

ris,

ris, correſpondet eleemoſynarum eroga-tio, & oblationes, vt per quæ quis peccat, per hæc & puniatur. Peccato ſuperbiæ, & cæteris peccatis ſpiritualibus, conuenit pœnitentia orationis, per quam homo ſpiritũ humiliat deo, & cõtra prædicta ſe roborat. Hęc (inquit August.) in generali de cõgruo peccatis imponenda: conueniunt in particularibus tamen caſibus, aliquando non competunt; nam pauper propter auaritiæ peccatum, eleemoſynarum impoſitio non conueniet, & in ſimilibus, etiam ſecundum pœnitentium diſpoſitionem, vt parum infra, hoc ipſo titulo.

Fallit regula in aliquibus particularibus.

Quid ſi confeſſor timet, ne pęnitens faciat pęnitentiam? Reſpondeo ſecundum Sco. & Richar. in quarto. diſtinctio. 15. In tali caſu, confeſſor pęnitẽtiam alleuiet: quia melius eſt reſeruare illum ad explendã in purgatorio, quam in inferno. Sed proteſtetur illi confeſſor, ꝙ ſi non fecerit, nouo peccato mortali peccabit. Monald. in ſumma, in uerbo. Pœnitens: Conſuluit ſacerdoti, ꝙ propter vitandam tranſgreſſionem, pœnitenti illam iniungat pœnitentiam, quam pęnitens ſponte, et ſine murmuratione recipiat. Et ꝙ nulla, aut pauca ſub præcepto imponat, ſed & concedat ei, ꝙ liceat ſibi ieiuniũ, & orationem, vel eleemoſynam, aut quæcunq; alia ſibi iniuncta redimere, cum uo-

Murmurantibus de quibus probabiliter timetur ne pęnitentiam expleant, faciliter pęnitẽtia eſt alleuianda.

Poſſunt redimi pœnitẽtiæ.

 luerit.

luerit. Hæc Monald. Quibus adde ſecundũ do. Abba. in c. Cum eo. de pęn. & remiſſio. ꝙ vt ibi probatur. Pęnitentia ieiuniorum redimi poteſt accipiendo indulgentiam loci, in quo ſi ſit data indulgentia quadraginta dierum; & per pęnitentiam iniunctam quis teneatur quadraginta diebus ieiunare, accipiẽdo illã indulgentiã amplius nõ tenetur.

Leui pęnitẽtia abſoluendi ſunt, qui cauſant impotentiã explendi, ſi tñ cõtriti ſunt.

Quid vero ſi pęnitens dicit ſe nõ poſſe facere pęnitentiam quam ſacerdos vult ei imponere? Reſpondeo ſecundum Scotum in 4. diſt. 15. Sacerdos diſcrete videat ne imponat pœnitenti diſconuenientem pœnitentiam; Sed ſecundum perſonæ conditionem vt diuiti eleemoſynas, pauperi orationes, quem ſi pro victu neceßario oporteat quotidie laborare non iniungat ieiunia, cum ex ipſo labore operis continue maceretur. Quo caſu inducendus eſt, vt ipſum laborem ſubeat in remiſſionem peccatorum ſuorum, & ad finem hunc laboret. Et diues delicatus qui lapſus in peccatum carnis, nec aliquam macerationem per ieiunia vult ſubire aut præſumitur, ꝙ ſibi iniunctam non peraget, inducendus eſt ad eleemoſynam, & orationem; ſi iſta libentius recipit. Addit do. Abb. Siculus ſecundũ Hoſt. in ca. Significauit: De pęni. & re. Sacerdos auſterus eſſe nõ debet in pęnitentia iniungenda, ne pęnitentem in periculum deſperationis

inducat: vnde ſi nolit pęnitentiam recipere quam ſacerdos vult ei imponere ſi contritus eſt, debet Sacerdos eum cum leui abſoluere pœnitentia, & reliquum pęnitentiæ ei in purgatorio reſeruare. Et hoc probari videtur dum tex. dicit ſecundum, ꝙ viſum fuerit miſericorditer imponatis, ne pro auſteritate pęnitentiæ a ſeruitio eccleſiæ retrahatur: nec aliquod ſalutis periculum debeat formidare. Hæc ibi.

Sed quid, cum pęnitens nullam pęnitentiam ſacerdotis velit accipere? Reſpondeo. Quamuis pœnitens quando ad confeßionē vadit teneatur habere propoſitum obediendi confeſſori, & pęnitentiam acceptandi; cōſtitutus tamen ante ſacerdotem, habens diſplicentiam de peccato cōmiſſo, ac firmum propoſitum non recidiuandi, ſi nihilominus pęnitentiam nullam velit recipere; ſed in hoc miſericordiæ Dei vult ſe ſubijcere, non eſt reijciendus; ſed abſoluendus, ne cadat in deſperationem, & nuncianda eſt ei pœnitentia pro peccatis ſuis debita, quam ſi nolit facere in hoc ſeculo, illam ad plenum ſoluet in purgatorio. Talis enim propter dictam voluntatem non videtur in peccato mortali eſſe, cum conuertatur de peccato, & velit puniri pœna condigna pro eo: & ab eo cuius eſt iuſte infligere eam, licet nolit ſibi infligi ab iſto ſacerdote.

Nota, quid de eo, q̃ nullā in hoc ſeculo, vult ſibi iniūgi pœnitentiam.

Nec ex hoc dici debet inobediens, quia ſufficit ſe ſubmittere eccleſiæ arbitrio, quantū ad illud iudicium pœnitentiale, ad quod tenetur neceſſario ſe ſubmittere, licet nolit ſe ſubmittere illi ſequenti quod neceſſario nō includitur in primo. Sco. in quarto diſt. 15. q. 1. & diſt. 17. Idem Landul. diſt. 15.

Caput Tertium.

Tres famoſæ opiniones probatiſsimorum Doctorū, circa ſatisfactionem in pctō mortali.

NVNQVID *pęnitentia a pęnitente acta in peccato mortali neceſſario ſit iteranda? Reſpondeo. De hoc ſunt tres variæ doc. opiniones. Quarum prima rigoroſior, ſecunda leuior, tertia benignior. Prima eſt Alex. de Ales in 4. parte. q. 9. Et Richard. in 4. diſt. 15. ar. 1. q. 5. vbi dicit. Deus opera hominis non acceptat tanquam remuneratione digna, nec tanquam ſatisfactoria, niſi acceptet operantem. Vnde Gen. quarto ca. Prius, dicitur. Reſpexit deus ad Abel. Et poſt ſubiūgitur, et ad munera eius: ſed Deus non acceperat hominem in peccato mortali exiſtentem, quia in illo ſtatu eſt inimicus Dei, ergo opera exiſtentis in peccato mortali, non ſunt Deo accepta tanquam ſatisfactoria; ſed ſine illa acceptione ſatisfactoria eſſe non poſſunt. Hæc ibi. Secunda opinio eſt Tho. in quarto. diſt. 15. dicentis. Aut ſatisfactio iniūcta pęnitenti relinquit poſt ſe*

Prima. Alex. & Richard.

Secunda S. Tho. Aquin.

ali

aliquem effectum, etiam poſtquam actus ſatisfactionis tranſit, ſicut in ieiunijs, manet corporis debilitatio, & in eleemoſynis, ſubſtantiæ diminutio, & ſic de ſimilibus, & talis ſatisfactio facta, etiam in peccato mortali neceſſario non eſt iteranda, quia quantum ad id, ꝙ de tali ſatisfactione manet, per pęnitentiam ſequentem fit accepta. Aut ſatisfactio non relinquit aliquem effectum in ſatisfactione, poſtquam actus tranſit, ſicut eſt in oratione, & ſimilibus. Actus autem interior qui totaliter trāſijt nullo modo viuificatur; ſed oportet, ꝙ iteretur. Talis autem ſatisfactio in peccato mortali facta oportet vt iteretur. Et idem tenet Alber. & Pe. de Palu. ea. diſt. Tertia eſt Sco. in 4. diſt. 15. vbi dicit. Si verè pęnitens accepit ſatisfactionem, puta ieiunium trium dierum, & hodie vnū diem ieiunij impleat, & cras recidiuet in peccatum mortale, & de illo non pęnitens die ieiunet, quia ſibi eſt impoſitum. Si dicis, ꝙ ieiunium iſtud ſecundæ diei, non ſit aliqua ſatiſfactio exterior, magna occaſio eſt, inducendi iſtum iam lapſum, vt tertia die non ieiunet, & per conſequens ad nouum peccatum mortale, quod facit non implendo pęnitentiam iniunctam cum ſit tranſgreßio præcepti eccleſię, & vicarij dei in iſto actu. Sed hæc opinio nimis eſt dura, & occaſio maioris obſtinationis; Tertia, Scoti.

Vnde dico, ꝙ qui ſemel verè pœnitet, & recipit pęnitentiam ſeu ſatisfactionem condignam a ſacerdote (claue non errante), ſi illam in charitate implet, non ſolum ſoluit pœnam; ſed meretur gratiam. Sed extra charitatem ſolum pœnam ſoluit, ſed non meretur gratiam. Quod ſi arguas. Hæc ſatiſfactio mortua fuit, ergo non eſt ſatisfactio. Non ſequitur niſi, ꝙ non eſt ſatisfactio reconcilians, & placans in amicitiam Dei. Quod ſi arguas, ergo non eſt ſatisfactio. Non ſequitur, quia ſufficit Deo, ꝙ aliquis voluntariè ſoluat pœnam debitam ad punitionem peccati facti; ſicut in humanis. Si pro offenſa facta in regem alicui, etiam inuito manus ſecundum legem abſciſa eſt, regi ſatisfactum eſt ſufficienter: licet talem in gratiam non recipiat. Vnde concludo, ꝙ ſatisfactio extra charitatem impleta, de nuo iteranda non eſt neceſſario. Petr. de Taranta. ea. diſtinctio. Et Iohann. Pariſienſis ordinis prædicatorum dicunt, ꝙ ſi quis in mortali iniunctam pœnitentiam fecit, non tenetur iterare huiuſmodi ſatisfactionem, in foro militantis eccleſiæ, in quo datæ ſunt claues, & vbi non iudicatur de diſpoſitione interiori.

Quis dicatur facere pęnitentiam in mortali peccato.

¶ *Quomodo intelligitur quis facere pœnitentiam in peccato mortali? Reſpond. quamdiu poſt acceptam pœnitentiam re-*

cidiuans non conteritur: ſi enim conteratur poſt lapſum peccatum expectando futuram quadrageſimam, in qua confiteatur peccatum commiſſum. Et interim ſit contritus: non dicetur feciſſe pęnitentiā in peccato mortali: cum per contritionem charitatem & amicitiam dei recuperet. Vnde Richard. in 4. diſt. 17. art. 1. q. 5. ait. Cum contritio dicat remiſſionem quantorumcunq; & quorumcunq; mortalium peccatorum quantacunq; parua contritio ſufficit pro quantocūq; magno peccato. Cum tamen peccata in ſpeciali recogitantur; maior attritio, & diſplicentia debet eſſe de maiori, quam de minori Richard.

Caput Quartum.

NVNQVID *ſpeciem mali habeat ſi ſacerdos recipiat pecunias pro miſſis, quas pro pœnitentia iniunxit celebrandas? Reſpondeo ſecundum Directorium lib. 1. ti. 15. §. 139. Dicit Hoſti. ꝙ ſic, Et quidem ab hac ſpetie mali ſacerdos omnino cauere debet, De vi. & hon. cleri. Cum ab omni. Vnde cum pęnitenti miſſas iniungit celebrandas, pro pęnitentia, dicat ꝙ per alium faciat eas celebrare, ac per talem qui ſibiinuicem huiuſmodi tranſmittere non præſumatur.*

Abſtineat confeſſ. ab hac ſpē mali; ne ipſe velit celebrare miſſas celebrandas, datas in pęnitentiam confeſſo.

Quæ pęnitentia ſit religioſo peccāti iniūgen

gen

Religoſorũ pęnitẽtia bona, eſt obſeruantia regulæ ſuarumq; conſtitutionum.

genda? Reſpondeo ſecundum directorium, lib. 1. titu. 15. §. 150. Quod de cætero ſeruet regulam ſuam quam proceſſus eſt: quia hæc eſt ſumma pęnitentia ſecundum Augu. & habetur. 12. q. 1. Non dicatis. Nec debet ſibi iniũgi ieiunium ſpeciale in clauſtro propter ſcandalum aliorum. 20. q. 4. Monachum, &c. §. fi. Poteſt tamen puniri in aliorũ abſtinentiam; cum plus, & minus poßit ſine aliorum ſcandalo comædere, vel etiam, vt orationes dicat, & pſalmos, vel huiuſmodi.

Caput Quintum.

Qui audiuit cõfeſsiones, qñ poſsit pęnitẽtiam immutare.

QVAERO quis poßit pęnitentias iniunctas relaxare, vel commutare. Reſpondeo ſecundum Pau. & Iohan. de Imo. in Clem. Abuſionibus: De pęn. & re. Ille qui audiuit in confeßione vel eius ſuperior diſt. 21. Inferior. Et eſt tex. iuncta glo. in ca. Preſbyt. r. diſt. 82. ſecundum do. Abb. in c. Quod ſuper his: De voto. Et addit Imola. Relaxatio, vel commutatio debet fieri cum cauſa ſecundum Vin. vt notat. Archidy. de pę. in c. finali. lib. 6. Adde vt in ſumma confeſſorum ponitur li. 3. tit. 24 q. 133. ſecundũ glo. Ray. Superior in hoc congrue accipitur archiepiſcopus præſertim dum prouinciam viſitat. Et idem poteſt ſucceſſor in officio; ſi pri

primus ſacerdos ab officio amoueatur. Si autem pares ſunt, ille qui iniunxit, & ille a quo petitur relaxari, vel commutari, ſi ſunt duo Sacerdotes de pari curam in ſolidum habentes, ſecundum conſuetudinē alicuius parrochiæ, requirendus eſt conſenſus prioris confeſſoris ne ſcandalizetur, maxime ſi de facili poßit haberi, & pœnitens iam pœnitentiam inchoauit iniunctam ab eo. Et Directoria. lib. 1. ti. 15. §. 171. dicit: Sacerdos circa ſubditos poteſt pœnitentias relaxare, & commutare propter cauſam rationabilem, in caſibus in quibus poteſt illos abſoluere, quando ad petitionem propriam ſibi fuerint illis iniunctæ. 82. di. c. vl. & d. c. Cum illorum.

Epi auctoritas circa immutādas pœnitentias.

An epiſcopus poßit pœnitentiam quam impoſuit papa relaxare vel commutare. Reſpondeo ſecundum do. Dominicum de S. Gemi. in c. Accedens. di. 50. Aut ſubeſt neceßitas mutandi, & poteſt, quia neceßitas legem non habet, vt in regula. Quod non eſt licitum extra: De reg. iur. Aut non ſubeſt neceßitas, & tunc, aut papa in impoſitione pœnitentiæ etiam remiſit in poteſtate epiſcopi mutationem, & poterit epiſcopus tūc mutare. Et ſic propriè loquitur. c. Latorem 33. q. 2. Aut papa non remiſit in poteſtate epiſcopi, & immutare non poterit, cum inferior nō poßit pœnitentiam a ſuperiore in-

iunctam remittere. 50. di. c. 2. Et ita conclu dit Archy. in d. c. Latorem. Sed tu adde quod Hoſtien. in ſumma, titu. de pęn. & re. §. Et an. Sacerdos dicit hoc verum: quando pęnitentia impoſita a papa eſt propter caſus ſibi reſeruatos. Si ab his epiſcopus poßit abſoluere; quia etiam pęnitentiam per huiuſmodi impoſitam poſsit relaxare.

Simplicis ſacerdotis poteſtas immutandi pęnitẽtias.

Sed nunquid ſacerdos pęnitentiam ab epiſcopo vel alio ſacerdote impoſitam poteſt relaxare? Reſpondeo dicit Pau. & Imo. in Cle. Abuſionibus. De pę. & re. Quod in foro pęnitentię ſacerdos non poteſt commutare pęnitentiam impoſitam per epiſcopũ, ſed bene econuerſo 21. di. Inferior. & talis cõmutatio, vel relaxatio debet fieri ex cauſa, ſecundum Vin. Dicit tamen Hoſti. in prædicto. §. Et an ſacerdos. Quod in his caſibus poteſt ſacerdos pęnitentiam relaxare, vel commutare: quibus poteſt abſoluere. Imo, & ſi propter tales caſus papa ſubdito eius impoſuiſſet, poteſt ſacerdos ex cauſa rationabili relaxare.

In quib⁹ põt q̃s abſoluere põt, & pęnitẽtiã immutare.

Adde tu quod in his quæ ad forum pęnitentiale ſpectant, fratres prędicatores et minores, qui illam habent auctoritatem, quam curati per cle. Dudum. §. Statuimus: De ſepul. videntur omnino poſſe, ꝙ prædicti parochiales.

Quid ſi pęnitentia fuit iniuncta pro ſub-

ſidio

ſidio terræ ſanctæ? Reſpondeo ſecundum Io. And. & do. Ab. Siculum in c. Quod ſuper his: De voto. ſolus papa talem pęnitentiam commutare poteſt. Si autem impoſita fuit pro labore eundi ad terram ſanctam. Et tunc ſi pęnitens etiam votum de hoc emiſit, ſolus etiam papa commutat vel relaxat. Sed ſi pęnitens poſt huiuſmodi pęnitentiam ſibi iniunctam tantũ crucis ſignum aſſumpſit ſine alio voto, poteſt inferior diſpenſare: do. Ab. Siculus.

Pro ſubſidio terræ ſanctæ impoſita pœnitentia, qñ & à quibus poſsit immutari.

Caput Sextum.

AN ſacerdos diſpenſare poſſit in male ablatis, ſeu remittere illa pro minori quantitate, quam teneatur debitor. Reſpondeo ſecundum Pau. & Imo. in Cle. Abuſionibus. De pęnit. & re. remittere male ablata pro minori quantitate, quam ſit pecunia reſtituenda, pro male ablatis; fieri non poteſt, nec valet talis compoſitio: quia receptio talis pecuniæ debet fieri nomine pauperum, & in eorum vtilitatem conuerti. Et ideo recipiens (quicunq; ſit ille) non poterit trãſigere. De off. vica. cap. fi. Niſi ſuper hoc ſit priuilegiatus a papa. Et nota hęc contra epiſcopos componentes cum hæredibus vſurariorum ſuper vſuris, & male ablatis: quia videtur non valere talis compoſitio:

Quid poſſint ſacerdotes in malè ablatis.

nec

nec patrocinari, quantum ad deum eis, quibus ſit dicta remiſſio, facit regula peccatū. de reg. iur. in 6. Et 14. q. 6. Si res.

Caput Septimum.

Pœnitentia morituris imponẽda, & quõ circa tales ſe habere debeãt cõfeſſores.

QVAM *pœnitentiam, & quomodo ſacerdos imponere debet conſtitutis in articulo mortis? Reſpondeo, de talibus pura confeſſio peccatorum eſt inquirenda. Pęnitentia vero non eſt imponenda: ſed tantum innoteſcenda, vt dicitur in ca. 1. 26. q. 7. Quod ſic exponitur in ſumma confeſſorum, ti. de pœnitentiȷs. §. Quãdo confitendum eſt, ver. Infirmorum. Sacerdos dicat infirmo. Si tu eſſes ſanus talem pęnitentiã deberes agere; ſed quia infirmus es; eam tibi non iniungo, ſed hortor, vt iniungas tuis hæredibus talem pro te eleemoſinam fecere. Vel (quod melius eſt) in teſtamẽto relinquas quod omnino facere eum cogat quãtum poteſt. Si ad aliqua certa, vel incerta reſtituenda teneatur. Et quo ad pœnitentiam addat dicens. Si vero conualueris talem, ages poſtea pœnitentiam. Sed per modum conſolationis oſtẽdendo benignitatem miſericordiæ dei peccato in purgatorio remittentis magis, quam per modum horroris oſtendendo ſeueritatẽ diuinæ iuſtitiæ talibus innoteſcenda eſt pœnitentia. Quia vt dicit Sco. in 4. diſt. 20.*

Inſir

Infirmo in extremis conſtituto ſuadendum eſt, ꝙ ſecundum ſuam poßibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam, vt non pœnarum timorem; ſed propter deum habeat voluntariam peccatorum diſplicentiam, & nitatur vti ratione liberi arbitrij ad hoc quantum poteſt. Quia, vt Auguſtinus dicit. Oporteat non ſolum deum timere iudicem; ſed iuſtum diligere. Quippe ſi pœnarum infernalium dolet, de peccatis magis, quam ex dei amore, contritus non eſt, nec ſic ſaluari poteſt.

TITVLVS VII.

Qui de Sigillo confeßionis eſt; in hæc breuiter inueſtigantur.

1. Quæ cadant ſub confeſsionis Sigillo, & quæ non.
2. Quod non tantum verbo, ſed nec ſigno, vel quouis modo prodere nõ poteſt confeſſor peccatorem: Non loqui de auditis in confeſsione tacito etiam peccatoris nomine; Et quid in confeſsione agendum, vbi de proximorum fama timetur. Quid etiã prælati poſsint circa ſuorum ſubditorum

rum peccata, pro ſacramentalem cõfeſſionem ſcita. Et ſi vllo vnquam caſu reuelare confeſsionem liceat; ſi ſaltem ea quæ alias, præterquam in confeſsione confeſſor ſciebat; & ſi de pœnitentis licentia poſsit, quid tunc ſeruandum ſit.

3. De pœna reuelantibus confeſsionē indicta.

Caput Primum.

IN celatione confeſsionis ſecretus ſeptimo loco debet eſſe ſacerdos; vt & illi præcipitur in c. Omnis. De pœ. & re. vbi dicit. Caueat autem omninò nè verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo, prodeat aliquatenus peccatorem. Propterea circa celationem confeſsionis tria breuiter videnda ſunt. vz. Quæ confeſſor celare teneatur. Qualiter ad hoc obligatur. Qua pena reuelando puniatur. Quæro quæ cadunt ſub ſigillo confeſsionis ſacramentalis. Reſpond. ſecundum Richard. in 4. diſt. 21. art. 4. q. 4. Peccata & omnes circumſtantiæ peccatorum, vt loci, temporis & huiuſmodi, per quæ directe, vel indirecte, per ſe vel per accidens pęnitens prodi poſsit, vel de eo ſuſpicio ag-

Tria q̃ de ſigillo confeſſiõis ſunt tractanda.

Quæ dicãtur cadere ſub cõfeſſionis ſigillo.

grauari, vel verecundia, aut confuſio, aut aliquod nocumentum illi prouenire. Item & perſona cum qua pęnitens confitetur ſe peccaſſe, ſub ſigillo confeßionis cadit.

Alia vero quæ pęnitens interſerit in confeßione, quæ nec ſunt peccata, nec circũſtantię peccatorum, vt ſi dixerit, ꝙ in aliqua terra ſunt bona blada, vel aliquid ſimile, non cadunt ſub ſigillo confeßionis, niſi dum ea narrando oſtendit velle celari. Addit Fran. de mayro ea. diſt. ꝙ bona audita in confeßione non cadunt ſub ſigillo confeßionis, quia tantum peccata ſunt materia huius ſacramenti.

Non pertinētia ad confeſſio nem, ꝓcipuè añt ſi bona ſint ſub ſigillo non cadunt.

Quæro exemplum de circumſtantia temporis, per quam reuelari dicatur confeßio? Reſp. ſecundum Ric. in 4. ea. diſt. & ar. q. 4. Puta ſi canonicus ſciens famulum ſuum, & nullũ alium intraſſe cameram ſuam hora nona, & illa hora furatur domini Ciphũ, poſt multos autem dies dominus perpendat ſuum Ciphum eſſe perditum ſi furis confeſſor vſq; ad vnũ annum, vel duos diceret Cyphum talis domini acceptum fuiſſe tali hora, ſtatim poſſet dominus ſuſpicari a famulo ſuo fuiſſe ſubreptum.

Tēporis circumſtantia.

Nunquid confeſſor celare teneatur peccatum quod dicit ei pœnitens in confeßione ſacramentali, ſe velle committere, homicidium, furtũ, & huiuſmodi. Reſp. Duę opinio

Quæ nondũ ſũt ꝑpetrata pc̄tã, ſed patranda, reuelanda nõ ſũt

nes ſunt. Prima eſt. Inno. Cay. & eius Glo. & Alexand. de Ales in quarta parte ſummę, quam & ſequitur do. Abb. Siculus in c. Omnis : De pęn. & re. quod Sacerdos non tenetur hoc peccatum celare, tum quia committendum, & non commiſſum, tu... quia pœnitens de eo non habet contritionē, & per cōſequens nec veram ſatisfactionē cum confeßio fiat ſpe veniæ : ſecundum Auguſt. Secunda opinio quæ verior omnino, eſt Richar. in quarto. diſt. 21. ar. 4. q. 2. Vbi dicit : In nullo caſu licet ſacerdoti reuelare confeßionem ſiue confitens pœniteat, ſiue non, ſiue confiteatur peccatū operę perpetratum, ſiue perpetrandū, ſiue ſit peccatū in moribus, ſiue in fide. Licet peccatum perpetrandum ſit in confeßione detectum, & maxim... diligentia confitenti ſuadere debeat, ne committat, præſertim ſi eſt peccatum ordinatū ad corruptionem aliorum in fide. Nullo tamen modo probat illum, nec aliquam malā opinionē ſeu ſuſpitionem, de illo generet in cordibus aliorum. Idem Scot. & S. Bon. & Tho. ea. diſt.

Caput Secundum.

QVALITER *confeſſor obligatur ad celationem confeßionis ? Reſpondeo. Vt nec verbo, nec ſigno, aut quouis modo peccatorem*

Modus quo tenet cõfeſſ. ad celãdũ cõfeſsionem.

prodat, vt in c. Omnis: De pen. & re. Extra. de huiuſmodi talibus: Vt ſi quis ſtatim con feſſus eſt, & confeſſor peteret caſum ab illo auditum, qui vidit perſonam confiteri ſecũ dum Franc. de mayro in 4. diſt. 21. Et Landul. ea. diſt. dicit idem, quandocunq; confeſ ſor incautè petendo, conſilium dat intelligere conſultori peccatorem nihilominus, vt addit Fran. ea. di. Confeſſor dubitans de aliquo caſu in confeßione audito, poteſt in generali ſic interrogare. Si talis caſus contingeret, quid faciendum? Non autem dicat, ꝙ hoc audiuit in confeßione, nec ab illo conſilium petat, qui de pœnitente ſuſpicari poßit.

Loq ꝙ pctis in cõfeſſ. auditis, tacito etiã peccatoris noĩe, malum eſt.

Nunquid cõfeſſor poteſt loqui corã alijs, de peccatis in confeßione auditis, non referendo ea ad penitentem? Reſpondeo ſecundum Rich. ea. diſt. & artic. q. 4. Non, quouis modo directe, vel indirecte. Per hoc. n. venire poſſet in aliquam cognitionem, vel ſuſpitionem, vel opinionem, vel dubitationem, de confeſſo, vel ſibi poſſet detrimentum prouenire in anima, vel in corpore, vel in poſſeßionibus, vel in fama, vel in amicis, vel in quantum per hoc poteſt aliquod ſcandalum in populo generari, vel confeßio magis odioſa, vel minus dilecta, aut pretioſa reputari. Raro, vel nunquam, contingere poteſt, quin ex relatio-

Dicere ſimpliciter talẽ ſibi cófeſsũ, nõ eſt reuelare cõfeſsionem.

ne peccatorum tantum, per confeßionem ſcitorum, poßit contingere aliquid de inconuenientibus prædictis, quamuis forte quinque nullum de illis contingat. Richard.

Confeſſores loquentes d auditis ĩ cõfesſione peccatis.

Quid de confeßoribus inter ſe loquentibus: Audiui hodie in confeßione tale peccatum, forte etiã cum ſunt ibi de circumſtantibus, coniecturantes perſonam de qua loquitur? Reſpondeo ſecundum Directorium. lib. 1. titu. 15. & §. 166. Licet prædicti nullã nominent perſonam: tamen hoc eſt reuelatio confeßionis, in qua peccatum auditum, nec verbo, nec ſigno, reuelari debet. vt in c. Omnis: De pœn. & re. Nec enim refert, vtrum res proprio nomine vel circumlocutionibus demonſtrentur. ff. Si certa peta. l. Certum. de conſang. Et affi. ca. Tua.

Si confeſſor dicat talem ſibi confeſſum de ſuis peccatis, non eſt reuelatio confeßionis, quia ſi dixerimus peccatum non habemus, &c. 1. Ioh. 1. Secus ſi confeſſor dicat aliquem nominatim ſibi confeſſum de multis, vel grauibus peccatis, ſecundum Richard. in 4. diſtinctio. 21. art. 4. q. 4. & ſecũdum ſummam vtriuſq; iuris.

Si confeßor duos qui ad patibulum ducuntur audiuit in confeßione, & pro vno tantum qui ſe dixit eſſe de furto innocen

nocentem rogat, aſſerens eum innocentem, hoc eſt reuelatio confeßionis, vel ſi audita prius in confeſsione, modo audiat a pœnitente ſolus in communi confabulatione, peccata ſibi confeſſa, & ex hoc eum prodat, reuelator eſt confeßionis: vel ſi confeſſor malitioſe alterum adhibet, qui audiat confitentem, vt poſtea ille ſic audiens, de ſic auditis teſtis ſit.

Pœ̄a audita in cōfesſione, & extra.

Quid ſi confeſſor ſuum peccatum confiteri nequeat, niſi peccatum alterius ſibi confeſſum manifeſtet ſacerdoti noſcenti illum? Reſpondeo ſecundum Richar. in 4. diſtinction. 21. articul. 4. quæſtio. 4. Durante tali caſu, tenetur, de peccato huiuſmodi non confiteri, ſufficit enim ſi conteratur, cum propoſito confitendi habita ſacerdotis copia qui neſciat, de quo dicat. Idem Sco. ea. di. vbi ponit exemplum, de abſoluente Epiſcopum ſymoniacum de facto, quem de iure non poteſt: quo caſu confiteri ſufficit, ꝙ ſacramentum pœnitentiæ indebite adminiſtrauit: quem tamen ſi conſcientia vrget: vt rem apertius confiteatur tenetur expectare opportunitatem confeſſoris, qui ex confeßione quam facit non valeat in noticiam deuenire perſonæ ſibi confeſſæ. Hæc Sco. licet Frā. de may. ea. diſt. dicat, ꝙ ſi cōfeſſor nō pōt

Nota quantā facienda ſit proximorū fama.

grauitatem peccati ſui explicare, niſi reuelet audita in confeſſione: cum iſta tranſeant de foro ſecreto ad forum ſecretum nõ eſt reuelatio confeſſionis; ſed prior opinio magis tenenda.

Prælatus ꝑpter ea quę in confeſſ. a ſubdito audiuit, nõ põt illũ punire.

Nunquid prælatus qui audiuit ſubditi peccatum in confeſſione, poſſit extra actum confeſſionis, aliquid agere propter quod non ſolum alteri, ſed confeſſo oſtendatur talia eum agere propter confeſſionem auditam? Reſpondeo. Non. Vnde nullam verecundiam, vel mortificationem ſubdito extra confeſſionem facere poteſt, vel etiam excommunicatum, ſi cum nequit abſoluere, cum vitatio ſit de iure poſitiuo, non reuelare de iure poſitiuo, naturali, & diuino, ſecundum Sco. & Richard. in 4. diſtinct. 21. Nõ poteſt etiam ab officio remouere, vel a loco, quando officium, vel locus eſt ei peccati occaſio, ſecundum Bon. Sco. Landul. & Richar. Qui ea. diſt. ar. 4. q. 2. In reſponſione. 4. argu. dicit: Suſpicio hæc ne prælatus faciat prædicta ob confeſſionem auditam intelligitur, non ſolum quando alij hoc ſuſpicarentur; ſed etiam ipſe ſubditus, qui confeſſus eſt. & addit Landul. ea. di. Si prælatus ſciat per confeſſionem ſubditum apoſtatare velle, non debet ei oſtium claudere, ſi non eſt conſuetudo claudendi.

Nũquid ſacerdos vllo caſu cõfeſſionẽ poſ-

ſit reuelare. Reſpondeo. Non, neq; pro vllo ſcandalo, vel diſpendio exinde ſecuturo, licet ei reuelare confeſſionem, ſecundum Alex. de Ales in 4. parte ſumme.q.275.

Nullo vnq̃ caſu licet cõfeſſ.reuelare

Item ſi ſuperiorem per obedientiam, vel ſub pœna excommunicationis lata ſentẽtia præciperetur, etiam a papa ſecundum Alex. ea.q. & Richard. in 4. diſt. 21. ar. 4. q. 2. vbi addit, ſacerdos interrogatus de aliquo in confeſſione audito, vtrum ſciat: repente dicat, ꝙ non: ne ex ſua taciturnitate, vel fuga reſpondendi ſuſpitionem vllam aggrauet in cordibus aſtantium. Nec mentitur, quia intelligitur ſe neſcire, vt homo, quia vt Deus nouit. Immo ſi caſus contingat in quo oporteat ſacerdotem, vel confeſſionem reuelare vel mortem ſubire, tenetur præeligere mortem. S. Bon. ea. diſt. addit. Si ſacerdos iurauit dicere verum ſuper aliquo quod habuit in confeſſione, ſecure poteſt, ac debet dicere, neſcio; quia iuramentum non obligat illum, niſi ad illud quod nouit, vt homo. Idem Ric.

Nota.

Quid ſi ſacerdos peccatum auditum in confeſſione iam ſciebat per aliam viam? Reſpondeo ſecundum S. Bon. in 4. diſt. 21. poteſt illud propalare: ſed vt ſcandalum euitet; tria obſeruet. Primo proteſtetur confitenti, ꝙ non tenetur celare illud, quia ſcit per aliam viam. Secundo, antequam pro-

Quod ante confeſſ ſciebat pterq̃ in cõfeſſ pōt dicere confeſſ. ſed trib⁹ primo ſeruatis.

palet, ſe cogi ad hoc per obedientiam ; præmittat.

Tertio, tunc reuelet cum videat veritati præiudicium generari. concor. Scot. & Richard.

De licentia pœnitentis, aliqñ põt cõfeſſor reuelare peccata ſcita p̃ confeſsionẽ; ſeruatis tñ ſeruandis.

Vtrum de pœnitentis licentia, ſacerdos reuelare poſsit peccatum, quod ei dixit in confeſsione. Reſpondeo, ſecundum Richar. in 4. diſt. 21. articu. 4. q. 1. Sic, ſi confeſſus hoc iterum dicat confeſſori, extra confeſsionem. 1. ſeruãdum. Secundo, ſi dicat perſonę quæ poſſit prodeſſe, & nolit obeſſe. 2. ſeruãdum. Tertio, caueat cõfeſſor, ne dicat ſe illud habuiſſe in confeſsione. 3. ſeruãdum. 4. ſeruãdum. Quarto, vitet ſcandalum. Ne ſi ſe licentiatum ad dicendum aſſerat a pęnitente, & pęnitens neget, ei incũberet probare, ſe licentiatum ab eo fuiſſe, ne puniretur, vt reuellator confeſsionis. Cautela cõf. Idem S. Bon. ea. di. vbi addit. Sacerdos vt ſcandalum euitet, omninò debet confitentem ſuũ nunciũ facere. Idem Alex. Lombar. & Tho. ea. diſtin. 5. ſeruãdum. Qui addit. Quinto confeſſor illi, vel illis tãtum dicat, de quo vel de quibus licentiatus eſt, a pœnitente. 6. ſeruãdum. Sexto. S. Bon. ibidem addidit, ꝙ pœnitens licentiare debet illum, tantum quo ad peccata propria, & non aliena ; niſi in caſu in quo deberet dicere: Et melius per alium, quàm per ſeipſum poteſt bonum illius procurare, ſic eſt, ꝙ confeſſor melius per ſuã monitionẽ magis

pote

poterit ſuadere, vt ſibi caueat a recidiuo. Quo tamen caſu oportet confeßionem narrare confeßori, quia alias rogando confeſſorem, vt illium corriperet de peccato, quod ei tantũ dixit in cõfeßione, hoc eſſet occaſio reuelandi confeßionẽ, ſecundũ. S. Bon. & Richar. ea. diſt. 21. Et hæc eſt cõmunis opinio, & quæ practicatur: licet alij quidam cõtra dicant etiam prædictis. Ille quoq; cui cõfeſſor reuelauit alterius confeßionem tenetur omnino celare, quando ſcit, ꝙ ille qui hoc ſibi dixit neſciebat niſi per confeßionem. Et ſimiliter ſi quis fuit interpres pęnitentis in confeßione: vel ſi contingat aliquem a caſu, & multo magis expoſito, alterius cõfeßionẽ audire, ſub pęna peccati mortalis celaretur, ſecundum Rich. in 4. diſt. 21. articu. 4. q. 3. & artic. 5. q. 1. Interpres in confesſione.

Confitens vero pęnitentiam ſibi iniunctã celare tenetur, duplici cauſa. Duplex cã ẽ, cur pęnitẽs, tacere debeat pœn. ſibi impoſitã.

Primo, ratione propriæ famę quam ſine aliqua vtilitate lædere non debet. Eccleſiaſtici. 41. Curam habe de bono nomine.

Secundo, ratione præiudicij, quod confeſſori adducere poſſet, vt ſi forte ſibi iniũxit pro ſalute animæ ſuæ pœnitentiam, per quam ſi ſciretur incurreret aliquorum, vel alicuius maliuolentiam: vt potè ſi iniunxit alicui abſtinere a ſocietate ſibi pernicioſa. Richar. in 4. diſt. 21. ar. 5. q. 3.

TER

Caput Tertium.

Pœna qua hodie plectatur, ſacerdotes reuelantes cõfeſſ.

TERTIO, *pœna quam Sacerdos conuictus de reuelatione confeſſionis puniri debet eſt : vt depoſitus detrudatur in monaſterio, ad agendam perpetuam pœnitentiam vt in ca. Omnis: De pœn. & re. Et ꝙ iſta pęna hodie tantum imponatur, & ceſſauerit illa quæ ponitur in c. Sacerdos: De pęn. diſtinct. 6. Sentit glo. fi. in di. c. Omnis : & Io. And. ac do. Abb. ſicu. hoc ibi aſſerunt.*

LIBER SECVNDVS TRIPLICI TITVLO DISTINCTVS;

Quorum primus eſt de differentia inter peccatum veniale, & mortale.
Secundus, eſt de præceptis decalogi.
Tertius, eſt de ſeptem vitijs capitalibus.

TITVLVS I.

De peccatorum mortalium ac venialium cognitione: in quo hæc compendioſè examinantur.

1. Inter mortale & veniale peccatum diſcrimen.
2. Quomodo voluntarium ſit peccatum veniale, quod ſæpe per ignorantiam, ſurreptionem, negligentiamq; committitur.
3. Differentia inter radicem & maculam mortalis ac venialis peccati.

4. Examinantur primi motus, in ſimpliciter prohibitis, & quando eos reprimere obligamur.
5. In propoſito peccati venialis, & mortalis, examinatur illa maxima propoſitio, finiti ad infinitum nulla eſt proprortio.
6. Si plura venialia conficiant vnum mortale peccatum: Et ſi quandoq; contingat veniale fieri mortale.
7. Si ex regula vel cōſtitutionibus ſuis teneatur religioſus etiam venialia confiteri.
8. Si maioritas poſsit dari in plura peccata mortalia,& ſi ſic vnde, grauitas iſta oriatur.
9. Si ad duorum peccatorum reatum tenetur,qui vno eodemq; actu contra duo præcepta facit; & ſi ad hanc circumſtātiam confitendā teneatur.

Caput Primum.

QVAERITVR *de modo quo veniale a mortali diſcerni poteſt? Dicendum, ꝙ duobus modis. Aut in modo diligendi, aut in modo conſentiendi. Primo diligendi creaturam, quam aut diligimus,*

ſiue

ſiue in ea delectamur ſupra Deum, vel equè Deo, & hoc eſt mortale peccatum: aut citra Deum, vel ſub Deo; & hoc eſt veniale, Nam ſic homo non deordinatur, aut auertitur ab vltimo fine, qui eſt Deus, in ſecundo modo, ſicut in primo modo, & per conſequens ratio peccati, ſeu perfectio magis inuenitur, in primo modo, quam in ſecundo: In quo eſt minimum de ratione peccati, propter quod, & veniale nuncupatur, quaſi venia dignum ſit. Secundo in modo conſentiendi deliberate, vel non deliberate, & in his quæ ſunt pręceptorie prohibita. Aut non ſunt de ſe ſimpliciter, vel præceptorie prohibita: vt ſunt omnia præcepta legis negatiua, Non occides, Non mechaberis, & cætera huiuſmodi eſt mortale, ſicut eſt nolle deliberato conſenſu implere affirmatiua præcepta pro loco, & tempore vt tenetur. Veluti eſt honorare parentes, pauperibus ſubuenire, & alia his ſimilia, quia talis pręceptorũ tranſgreßio, non eſt ſine dei contemptu; in quo potißimum conſiſtit ratio peccati. Si autem quis deliberate facere conſentit ea quæ non ſunt ſimpliciter ſeu præceptorie prohibita: vt eſt mendacium iocoſum, multiloquium; plus aliquantulum dormire, comedere, & huiuſmodi, venialiter tantum peccat: ſi tamen ibi non ſit contemptus, hæc

Ponit diſcrimẽ quo peccatũ veniale à mortali cognoſcatur.

eſt quieta voluntas talia faciendi. Si etiã ſimpliciter eſſent prohibita, quo caſu mortale peccatum eſſet. vt 25. di. §. Criminis. In prohibitis autem ſimpliciter: & ſecundũ ſe, ſi voluntas non conſentiat; ſed per ſurreptionem delectetur: aut etiam ex cogitatione, ſine conſenſu; veniale tantum eſt peccatum. Secus autem vbi vere, vel interpretatiue conſentiat. Exemplum in peccato carnis in quo delectari vel ex ſurreptione, vel cogitatione ſine cõſenſu, veniale eſt: vbi vero ex diuturnitate temporis creſcit libido; ita ut mens velit perſiſtere in interiori delectatione: aut aduertens periculum delectationis retentæ, negligit eam reprimere, quod eſt conſenſus interpretatiuus, cum non ſit abſq; contemptu ſalutis propriæ: vnde mortale eſt peccatum: difficile eſt tamen in huiuſmodi dicere quouſq; ſe extendat veniale; & quando incipiat eſſe mortale: de quo conſenſu, dicit Aug. Si peccatum non diu teneatur in delectatione veniale eſt: ſi vero diu teneatur; & ſi voluntas perficiendi deſit mortale eſt. Quæ verba licet Aug. videatur præcipue intelligere de peccato carnis, in omnibus tamen generibus peccatorum delectatio moroſa vigilanter, & ſtrenue vitanda eſt. In peccato ergo mortali eſt Dei contemptus atq; deſertio: non tantum committendo, ſicut in exemplo proxime dicto,

Delectatio moroſa uigilanter euitanda.

ĉto, ſed etiam in omittendo. In veniali vero eſt tantum prætermiſſio alicuius circumſtantiæ ad ſalutem non neceſſariæ. Exemplum de vtroq; in eo qui tenetur dicere officium diuinum, qui ſe in perſoluendis horis canonicis aliqua mentis uagatione ad aliud intendat per ſurreptionem mentis, vel ex propria voluntate, non tamen in hoc diu moretur veniale remanet peccatum: ſi vero ex conſuetudine negligenter pſallendi cõtemneret, & non curaret canonicas horas deuote ſapienter perſoluere, cũ ſit opus priuilegiatum; ſicut miſſam celebrare, & verbum dei prædicare: mortale peccatum eſt. Hæc Alexander de Ales, in ſecunda parte, tractatu de peccato in generali. Et in tractatu, de negligentia. & S. Bon. in ſecundo. diſt. 24. ſuper litteram.

Caput Secundum.

SED *quæro, cum peccatum veniale aliquando fiat in nobis per ignorantiam, vel obliuionem, vel per ſurreptionem, vel per neceſſitatem, vel per fragilitatem carnis ſicut dicit glo. Prouer. 24. ſuper illud: Septies cadit iuſtus in die: & conſtet, ꝙ illud quod homo peccat inuitus eſt inuoluntariũ: quomodo Auguſtinus libro de vera religione dicat; Peccatum a Deo voluntarium eſt:*

Quæſtio ꝓpter uerba D. Auguſtini. quõo ſi peccatũ ſit qđ ꝑter uoluntatẽ cõmitiũ.

ꝙſi

ꝙ ſi non ſit voluntarium, non eſt peccatū? Reſpondeo ſecundum Alexan. in ſecūda parte ſummæ, in tractatu de peccato veniali. Omne veniale peccatum eſt voluntarium, vel voluntate mouente ad hoc, vel voluntate permittente, ſiue non cohibente. Et ad obiectum, dicendum, ꝙ inuitus quis peccare dicitur, vel quod nullo modo ſit a voluntate remota, vel propinqua eliciente, vel permittente, ſiue non cohibente, & ſic nullus dicitur peccare inuitus. Alio modo dicitur inuitus peccare, quia non eſt, ex toto in voluntate, & ſic dicitur quis inuitus peccare. Et ſic intellige ad Roma. 7. Quod volo hoc ago, videlicet, ꝙ actus peccati dicitur inuoluntarius, quia eſt contra rationem quæ concupiſcit aduerſus carnem.

Caput Tertium.

SED quæro, quomodo differt radix, & macula peccati venialis, & mortalis, eorumq; auerſio? Reſpondeo. Libido in mortali, ſecundum Augu. libro de mendacio, eſt appetitus animi, quo æternis temporalia præponūtur: ſed nullum veniale a tali radice procedit, cum in eos non ſit inordinata concupiſcentia contra Deum. Macula peccati mortalis eſt, per quam anima amore

infe

inferioris pulchritudinis ſeipſam polluit, & ſuæ creationis imagine diuina gratia ſpoliata deformat: ſed macula venialis peccati, qua tãtum diminuitur rectitudo eius, quod eſt ad aliquem actum, & ſic non eſt contra Dei præceptum, licet aliquo modo animam polluat, retardando eam ab actu gratuitæ dilectionis: non tamen eam deformat diuinam gratiam auferendo. Et de vtriuſq; maculæ poteſt poni tale exemplũ. Aliquando tantum denigratur aliqua imago depicta vt videri non poßit: aliquando vero ita obſcuratur, vt plene non poßit diſcerni. Vnde, & Gregorius dicit. Veniale obſeruat, & mortale obtenebrat. Auerſio quoq; a Deo non eſt in peccato veniali: quamuis ſit quædam a Deo elongatio, vel retardatio. In peccato vero mortali in quo eſt diuinorum præceptorum tranſgreßio: auerſio fit a Deo, nam diuinum mandatum eſt via recte tendendi atque perueniendi ad Deum. Qui ergo contra mandatum Dei facit, quaſi faciem ſuam retrorſum vertens tergum tendit ad illum, ad quem per viam mandati tendere debebat. Quod & ille agit qui temporalia præponit æternis ſtatuens vltimum in eis finem. Anima enim cum ſit media inter Deum, & creaturam, in quantum eſt imago Dei; Vertens ergo ſe ad creaturam, tanquam ad vltimum finem,

Differentia radicis venialis, & mortalis peccati.

Auerſari Deum.

ſeu principale bonum faciem ſuam, quam ad Deũ vertere debebat: ad creaturam vertit, & inclinat. Alex. de Ales in 2. tractatu, de veniali peccato. Et S. Bon. in 2. diſt. 24. arti. 2. q. 2.

Caput Quartum.

De primis motibus.

QVID ſit primus motus in prohibitis ſimpliciter, & quando eum reprimere tenemur. Reſpondeo, ſecundum Alex. de Ales in ſecundo tractatu de peccato in generali. Primus motus eſt motus ſenſualitatis ſecũdum impulſum fomitis, tendens impetuoſe ad fruitionem creaturæ delectabilis. Si tamen ſenſualitas moueatur ſecundum regimen rationis ad ſubſtentationem: Cum talis motus non ſit inordinatus, vel vituperabilis, de eo non intelligitur in diffinitione præſcripta. Si autem mouetur ſecundum impulſum fomitis, hic eſt de quo loquimur. Eſt .n. inordinatus cum ſit improbus impetus libidinis. Et ſenſualitas hic accipitur quædam vis ſenſibilis ſub ratione ordinata. Et ideo ſenſualitas eſt in homine ſolo. In brutis ſenſibilitas. Quo ad ſecundum. Reſpondeo, ꝙ ratio non tenetur reprimere primos motus, ne inſurgant, quia, & ſi in nobis non inſit neceſſitas ad hunc primum motũ, vel ad illum, tamen manente corruptione

Qñ teneatur hõ reprimere primos motus.

in

in ſua cauſalitate, quę tamen tolli poſſet ex virtute gratiæ, neceßitas eſt ad aliquem. Te netur tamen ratio comprimere illas ne perducantur ad conſenſum ſuperioris partis, hoc eſt tenetur conſentire ſecundum ſuperiorem partem, vel etiam ſecundum inferiorem, cum iam peruenitur ad iudicium ipſius diffinitum. Nam ita ordinata eſt inferior pars rationis ad ſuperiorem, ꝙ ſubiecta ſit ei, vel eſſe debeat. Hæc Alexan. de Ales.

Caput Quintum.

QVOMODO *intelligendum eſt quod de peccato mortali, & veniali, dicitur, ꝙ infiniti ad finitum nulla eſt proportio? Reſpondeo ſecundum Alex. eo. tractatu. q. 3. Poſſumus conſiderare mortale peccatum, & veniale quantum eſt ex parte delectionis; & quantum eſt ex parte deformitatis. Primo modo eſt in eis proportio. Secundo modo non. Deformitas enim menſuratur reſpectu boni incōmutabilis, ſiue eius in quem peccatur. Delectatio vero ſecundum actum ipſius peccantis. Et propter hoc pœna debetur mortali peccato, ex vna parte finita magnitudine, ex alia parte infinita duratione; Sed licet veniale peccatum, quantū eſt de ſe non habeat reatum; niſi pœnę tem-*

In ꝓpoſito pc̄ti venialis, & mortalis, quō intelligatur illa famoſa propoſitio; finiti ad infinitum, &c.

poralis, ex adiunctione tamen mortalis poteſt habere pęnam æternam, tunc eius deformitas eſt ſine fine. deformitati autem ſine fine, reſpondet pęna ſine fine. Alex.

Caput Sextum.

Si plura venialia neq̃unt fieri vnũ mortale, tñ ad illud diſponunt.

QVAERITVR, *an plura venialia faciāt vnum mortale. Reſpondeo ſecundum S. Bonauentu. in 2. diſt. 24. ſuper litteram. Non, quantum eſt de ſe; ſed diſpoſitiue. Ex frequenti enim iteratione venialium augetur libido, & frequenter interuenit contemptus.*

Quod veniale aliq̃n fuit, fieri poteſt mortale.

Vtrum autem veniale peccatum poſsit effici mortale? Reſpondeo ſecundum, S. Bonau. in 4. diſt. 16. articu. 3. q. 1. Si intelligatur, ꝙ hęc venialis culpa per eſſentiam fiat mortalis, hoc eſt idem ſecundum ſubſtantiam impoſsibile eſt. Si autem intelligatur, ꝙ peccatum quod erat alias veniale poſsit eſſe mortale, vt mendacium, iocoſum, & ebrietas. Dico, ꝙ ſic, propter conſenſum, & complacentiam ſupra Deum, hoc eſt, ꝙ ſi etiam Deus prohiberet committere non deſiſteret, quia ibi eſt libidinoſus conſenſus. Idem dicit eadem diſtinction. Alexand. Lombar. & Richard. qui addit modum vt ſi ludus fiat cum muliere cauſa alicuius vanæ com-

placentiæ, non tamen turpis, ſi poſtea continuetur cauſa turpitudinis exercendæ, quod primo fuit veniale ſit mortale, propter ſuperuenientiam malę intentionis. Et ſic intellige ad dictū Aug. Nihil eſt adeo veniale quod non fiat mortale, ſi placet. vel ſic, ſecundum Alex. de Ales in 2. tractatu de peccato. Cum quis diligit aliquid veniale ſub Deo: ſi poſt illa amoris inordinatio ita progreditur, ꝙ ſupra Deum vel ęque Deo, protenditur mortale. Non, ꝙ illa placētia, & inordinatio ſub Deo facta, ſit ſupra Deum; ſed ꝙ per illam occaſionaliter, et progreßiue, ab ea vſq; ad illam quæ ſupra Deū eſt, partitū ſit quadam quieta placentia. Et ſic loquitur Aug. de venialibus in lib. de pęnitentia. Omnia ſimul aggregata, quæ plura ſunt, velut ſcabies necant, aut decorem faciei noſtræ exterminant.

Caput Septimum.

*V*TRVM *religioſus teneatur ad confeſſionem venialium ratione ſtatuti ſuæ religionis? Reſpondeo. quamuis tendenti ad perfectionem vtile ac neceſſarium ſit venialia confiteri, tamen de neceßitate ſalutis religioſus non tenetur, quia qua rōne ſecularis nō habens niſi venialia nō tenetur cōfiteri ēt ſemel in anno, propter præceptum, ar. c. Om-*

Ad vitæ perfectionē prodeſt venialia confiteri, nō tū de neceſſitate religioſus tenetur.

nis: De pen. & re. Eadem ratione etiam religioſus propter ſui ordinis ſtatuta, non obligatur. Quia ſecundum Scotum in quarto diſt. 17. & Pe. de pal. ibidem. Eccleſia non vtitur ſacramento pœnitentiæ, niſi tanquam ſecunda tabula contra naufragium, quod quidem non eſt in venialibus: cũ actu moriens in veniali etiam ſaluetur.

Caput Octauum.

Maius,& minᵒ,& magis & minus diuerſimode dicũtur ď mortali peccato

VTRVM vnum mortale ſit maius altero, vel magis quam alterum: Reſpondeo ſecundum Alex. de Ales in 2. parte, tractatu de peccato mortali. q. 4. Aliud eſt dicere maius, & minus in pctõ mortali. Et aliud ẽ dicere magis, et minus mortale. Primo mõ, ſcilicet maius, & minus mortale refertur ad quantitatem peccati; in genere peccati. Cui etiam maior acerbitas pœnę ſecundum libidinis menſuram ei reſpondet. Secundo modo, ſcilicet magis, & minus mortale refertur ad ipſam ſeparationem a Deo, qui eſt animæ vita, etiam in quantum ei pœna ęterna reſpondet. Sicut ergo in ęternitate pęnę non eſt magis, & minus, ſic nec in ſeparatione eſt magis, & minus, vel ſic etiam mortale peccatum dicitur in eo, quod reſpicit mortem gehennæ, in qua aliquid eſt quod dicitur ſecundum magis, & minus, vt magis puniatur iſte quam ille, non inquantum

vterque æternaliter punitur. Alexand.

Sed ex quibus cognoſcitur, ꝙ vnum peccatum eſt grauius altero? Reſpond. & quattuor. Ex cauſa. Ex materia. Ex circumſtantia. Ex concupiſcentia. Ex quattuor grauitas peccatorum cognoſcit.

Primo ex cauſa a qua diſceditur, hoc eſt ſecundum, ꝙ actus diſcedit a rectitudine rationis. Quanto enim magis diſcedit peccatum, tanto grauius eſt. Sicut ſi quis decipit in mille deceptum in centum ab alio, grauius quam ille peccat. Et qui eidem maius bonum tollit, in eodem genere peccati grauius peccat, vt auferens ſanitatem plus offendit quam rapiens facultatem. Quãto.n. magis quis diſcedit ab armonia, & conſonantia rationis, tanto maior eſt malitia, & tanto grauius peccatum. Ex cauſa.

Secundo ex materia ſiue obiecto, vel perſona quæ offenditur, quia quanto perſona offenſa dignior eſt, tanto grauius eſt peccatum. Ideo peccatum immediate contra Deũ vt eſt infidelitas, & plaſphemia, grauius eſt, peccatum contra hominem commiſſum in rebus vel in perſona, ſecundum enim dignitatem obiecti, attenditur grauitatis varietas in peccatis. Hæc Thom. 1.2.q.73. artic.3. Ex materiæ vel obiecto.

Tertio ex circumſtantia, quanto enim plures circumſtantiæ corrumpuntur, tanto grauius eſt peccatum, grauius enim pec- Ex circũſtantiam.

cat iniuſte verberans patrem, quam extraneum ſic, & prodigus qui dat quod non debet, & cui non debet, quã ſi quis det, cui non debet tantum, quia plures circumſtantias boni in eodem genere peccati corrumpit. Sicut in ſimili grauior ẽ ęgritudo, quę plures partes corporis corrumpit, quã illa quę paucas. Vnde Tulius de primo exemplo dicit. In patris vita violanda multa peccantur, violatur.n. is, qui procreauit, qui aluit, qui in ſede ac domo, in rem publicam collocauit. Tho. prima ſecundę q.73. art.1.

Ex concupiſcentia.

Quarto ex concupiſcentia, qua videlicet quis ducitur ad peccãdum. Duplex vero eſt hęc concupiſcentia. Vna ſenſualitatis præcedens iudicium rationis, & motum voluntatis. Et hęc peccatum diminuit, quia qui maiori cõcupiſcentia ſtimulatus peccat minus ei imputatur. Alia vero concupiſcentia eſt ſequens iudicium rationis, & conſenſum voluntatis. Et hoc modo vbi maior eſt concupiſcentia: ibi grauius eſt peccatũ. Tho. prima ſecundę. q.73. artic.6. Quod etiã probatur ſic. Illa eſt maior quæ eſt magis ſecundum electionem cũ de ratione peccantis, & iniuriatis eſt, vt agat volũtarie: ideoq; quantomagis ſecundũ electionẽ peccat tantomagis voluntarie peccat. Quanto ergo magis volũtarie, tanto grauius, quia maior eſt, & efficatior libido eſt.

Dictorũ probatio ex d. Thom.

Caput

Caput Nonum.

*V*TRVM qui eodem actu facit contra duo præcepta teneatur duplici reatu ſeu obligatione peccati. Et ſi hanc circumſtantiam per conſequens confiteri teneatur? Reſpondeo ſecundum Alexan. de Ales in ſecunda parte, tractatu, de commiſſo.quæſt. 7. Si actus peccati eſt contra pręcepta diuerſarum legum differentium numero, & ſpecie, vt cum quis furatur in feſto, facit contra præceptum tertium, quo iudicatur abſtinere ab omni peccato, & contra ſeptimum, ne furtum facies, & tunc peccatum ſeu eius reatus multiplicatur. Si autem actus peccati ſit contra præceptum diuerſarum legum, quæ numero tantum differunt, & non ſpecie, peccatum non multiplicatur, ſed eſt tanto grauius. Exemplum in eo, qui frangit ieiunium in vigilia Apoſtoli, quæ venit in quattuor temporibus, licet enim quis obligetur pręcepto duarum legum præcipientium ieiunium, tamen leges in ſpecie obligationis non differunt cum vtraque ieiunium præcipiat. Idem quoque dicendum quando in peccato concurrunt duo actus: quorum alter ad alterum ſequitur, quia pec-

peccatum non multiplicatur. Exemplum in acceptione perſonarum in qua eligitur diues indignus ad honorem eccleſiaſticum, & contemnitur pauper qui eſt doctior, & ſanctior; hæc ponit Alex. in Tractatu de acceptione perſonarum, quæſtione ſecunda, in ſecunda parte. Et Sanctus Bona. in quarto, diſtinctio. 38. ſuper litteram. q. 2. dicit. Peccatum numeratur ratione actus circa quem eſt, non ratione eius in quem eſt. Vnde ſi quis vna actione offenderet plures homines, vno peccato peccaret. Similiter ſi quis in Deum peccat, & in proximum ratione circumſtantiæ adiunctæ, non facit diuiſa peccata. Exemplum in eo qui votum ſolemne publice violat; quia principaliter Deum offendit, & proximum: ſecundario propter ſcandalum.

TITVLVS II.

De interrogationibus faciendis in foro pœnitentiali; maximè autem de præceptis decalogi: Quibus acceſſorie inſunt, & interrogationes, de articulis fidei, & ſacramentis; de blaſpemia; de voto; de pa

de parētibus in liberos; et vxore erga virum; de Principum in=obedientia; de ſtatu matrimoniali; de ſimonia; de pedagijs, & collecta; & de mendatio.

Vbi autem ſignatur litera . M. denotat peccatum eſſe mortale ; Et vbi duo puncti : intellige ea peccata frequentius euenire.

Caput Primum.

Non habebis Deos alienos.

PRIMO *præcepto prohibetur, ne cultus latriæ ſeu ſeruitutis Deo debitæ alteri quam Deo impendatur, vt dicit Nicolaus de Lyra. ſupra 20. capitulum. Exo.*

Si adorauit quamcumq; creaturam puta Solem, Lunam, Ignem, vel aliud, vt ſui conditricem, vel conſeruatricem ; eſt honor latriæ exhibitus creaturæ, & ſoli Deo debitus. Alexan. de Ales in tertia parte, in expoſitione præcepti primi. Mortale. Latriæ honor creaturæ exhibit•

Cruci tamen exhibendus eſt honor latriæ quia refertur ad prothotipum, ideſt Chri-

ſtum

Cruci honor latrię conuenit propter Chriſtum.

ſtum paſſum. Sanctis enim honor duliæ, qui ſit exiſtenti in aliqua excellentia: non autem ſumma, in qua Deus ſolus eſt. Ale. vbi ſupra.

Imagines ꝑpter repręſentatos adorantur.

Si adorauit pictam imaginem Dei, vel alicuius ſancti, non referens intentionem ad repræſentatum per illam videtur mortale, niſi rudis ſimplicitas adorantem excuſet. De Conſecra. diſt. 3. per latum, Alex. Lombar. in tertio. diſt. 9. M.

Sancti honore duliæ honorandi.

Si adorauit trinitatem ſub imagine triũ vultuum, vel trium perſonarũ materialiter diſtinctarum, credens eam talem eſſe, in quo ſi pertinax eſt, hęreticus, & excommunicatus eſt c. Ad obolendam. de hęreti. Et ſi pingere fecit imaginem impietatis eſt ſecundum Io. damaſcenum, Alex. de Ales in 2. parte tractatu de ydolatria. M.

Ars nigromãtiæ.

Si aliquid fecit vel fieri procurauit per artem nigromantiæ, aut deliberatam intentionem habuit ad prædicta. 26. q. 5. nec mirum. M.

Si de futuris dependentibus ab alterius voluntate, vt de bello faciendo, de vxore ducenda, & huiuſmodi voluit per demonẽ certificari. S. Bona. in ſecundo. diſt. 7. M.

Si inuocauit demonem verbo, vel animo, vt ſibi in re aliqua daret auxilium, vel conſilium, vel obſequium pręſtaret. S. Bonau. vbi. ſupra. M.

Si inuocauit dyabolum vt ſibi reuelaret rem quam perdidit. S. Bonauentu. vbi ſupra. M.

Talia tamen viri ſancti quibus Deus ſubiecit dæmoni a ſine peccato facere poſſunt ſecundum S. Bo. in ea. diſt. Viri ſancti demonibus imperãt ſine peccato.

Si arte notoria aliquid diſcere procurauit. Alexan. de Ales in 2. parte tractatu. de diuinatione. M.

In arte notoria quamuis fiant orationes ad Deum pro bonis impetrandis, vel malis ammouendis, tamen quia ponuntur ibi nomina non intellecta, & quædam lineationes vt earum inſpectione acquiruntur ſciẽtiæ, vel artes. Et attenditur ibi inſpectio horarum, quaſi virtute aſtrorum illa fiant: quo falſa credulitas generatur in hominibus, tanquam fidei contraria, prohibetur Alex. vbi ſupra. Notoria.

Si præſcire voluit aliquid per artem neumantiæ. In qua fiunt linearum attractiones & ſortes iaciendo taxillos, & punctos inſpiciendo, eadem ratione mortale eſt. M. Neumantia.

Si libros incantationũ apud ſe retinuit, maxime intẽtione experiẽdi, ſẽper ẽ in mortali, et Chriſti inimicus. 26. q. 5. peruenit. M. Incantationum libri.

Si rem perditam vel aliam rem occultã ſcire voluit faciendo inſpicere in criſtallo, vel in phiala per puerum virginem. S. Bon. in ſecundo diſt. 7. q. vltima. M. Perdita quęro inuocatione demonum.

Licet

Licet per dictũ pueri reperiatur res perdita; tamen dyaboli operatione fit, qui ſub re honeſta pueri virginis decipit homines. S. Bona. Ibidem.

Per ſomnia diuinare.

Si per ſomnia ſua voluit de occultis diuinare, vel de futuris pronunciare. Tho. ſecũda ſecundę. q. 95. art. 6. M.

Bona ſomnia.

Somnia tamen quæ fiunt in nobis angelica, vel diuina reuelatione, ſunt in nobis vera ſigna futurorum, & quibus contingunt nota ſunt. S. Bona. vbi ſupra.

Si ex garritu vel volatu auium, vel motu aliquo bruti, prædicere voluit bonum, vel malum, quod ex libero arbitrio hominis dependeat; vel a diuino nutu; ſuperſtitioſum eſt, Tho. ea. q. & Deutero. c. 8. Vbi Nico. de ly.

Sicut inuocatio demonum, ita & quod ſuperſtitioſum, mortalis eſt culpa. Alex. in tertia parte in expoſitione primi præcepti. Sed non prædicere futura per actum bruti cauſatum motu corporum celeſtium, ſicut cum cornicula crocitat prædicit pluuiam cito futuram. Tho. vbi ſupra.

Si Aſtrologus, vel mathematicus ex conſideratione aſtrorum, vel diei natiuitatis per certitudinem pronunciat vitæ curſum, mores, & euentus hominum, ſuperſtitioſum eſt. 26. q. 6. Igitur. Et ca. cauſa q. 5. Non oportet. S. Bona. vbi ſupra. M.

Pro

Pronoſticari tamē de morte Principis propter cometam apparentem: de nouo, non videtur illicitum, quia diuino iuſſu mortem eius pronunciat, quia eſt perſona communis, ne regni turbatio ſequatur. S. Bona. in ſecundo. diſt. 14. q. vltima. Futuros euētus naturali Philoſophia ꝑdicere non eſt peccatum.

De futuris contingentibus pronunciare poteſt Mathematicus demonis oppoſitione, qui quattuor modis de his præſentit. Demō de futuris contingētib⁹ quatuor modis preſentit.

Aut conſiderando diligenter ad quid inclinetur affectio noſtra. Et quæ ſunt inducentia, & retrahentia. Aut quia ex longa experientia vidit in talibus accidere talia. Aut quia proponens aliquid facturū prædicit illud. Aut iuſto Dei iudicio permittitur ab angelis ſanctis adiſcere ad punitionem alicuius mali, vt ad falandum fallaces. S. Bona. ea. di. 7. in 2.

Si conſuluit aruſpices, incantatores, vel ſortilegos. ad ſciendū quæ circa ſe, vel alios futura ſunt. Contra c. Si quis ariolos, & c. Si quis Epiſcopus 26. q. 5. M.

Si alios docuit ſortilegia, vel artem augurandi, aut talia procurauit adiſcere. Cōtra c. Aliquanti. ea. q. 5. M. Auguratio, & augures conſulere:

Qui docent talia, capitali pęna: vel deportatione puniri debent, & qui adiſcunt, decem librarum auri pœna mulctari. C. de hęreti. l. Quicunq;. Pœna docētiū, & adiſcētiū augurationes, vel ſortilegia.

Si vſus eſt ſortibus pro furtis inueniendis,

dis, aut occultis ſciendis, vel futuris prædicendis imagines cereas inſpiciendo aut codices, ſic verſus pſalmorum, vel punctos taxillorum, & huiuſmodi. Contra ca. 1. & 2. de ſortile. Et ibi domi. Abb. & Alexan. de Ales. vbi ſupra. M.

Licet tamen vti ſortibus ad ſciendum ius eſſe debeat res de ſe indiuiſibilis, vel vna portio bonorum diuidendorum, ſecundum domi. Abba. in d. ca. 1.

Maleficia vel maliç.

Si fecit, vel fieri fecit maleficium, ſeu malicias per maleficos, & ſortilegos. Contra ca. Non licet, & c. ſortes 26. q. 5. Et Deu. c. 18. M.

Si maleficium, quod per maleficium, vel alium humano conſilio, vel exorciſmo, iuſto Dei iudicio deſtrui nõ poteſt propter peccatum præteritum deſtrui procurauit per inuocationem demonis, vel alio maleficio, in quo eſt ſecreta cum demone conuentio. Bona. in 4. diſt. 34. articulo. 2. q. 2.

Maleficium intellige hic, in quo fiunt ligaturæ vel imagines, vel caracteres, vt aliquod commodum vel incommodum ſequatur. per quod incidunt homines in infidelitatem, credentes eſſe virtutem illius imaginis, vel caracteris cum non ſit; ſed demonis, diuina permiſſione. Alex. de Ales, in tractatu de diuinatione, in ſecunda parte.

Præſtigia.

Si fecit vel procurauit præſtigium, quo

ex

ex dæmonis operationem oculi perſtringuntur hominis, ne verum decernere valeat. Alexan. vbi ſupra 26. quæſt. 5. Nec mirum.

Si propter amorem libidinoſum propinauit, vel propinari fecit poculum maleficiatum, ne mulier poſſet concipere, aut cõceptum abortiret. Contra c. Si aliquis. de homici. ff. de penis. l. ſi aliquid. §. ſi abortiones. M.

Obſeruatio dierum.

Si obſeruauit dies egiptiacos: vel de non calcando limen domus: vel quod ſternutauit, credens eſſe malum ſignum. Landulf. in quarto diſtinctio. 34. quæſtio. vltima. M.

Incantationes cũ ſacramentorũ vel ſacramentaliũ admixtione.

Si propter infirmitatem curandam procurauit ſibi, vel alteri incantationes maxime cum ſacramentis, vel ſacramentalibus, vt eſt Oleum ſanctum, vel aqua baptiſmi, & huiuſmodi. Vel cum verbis, & caracteribus non intellectis, aut intellectis; ſed cum ſuperſtitioſis obſeruationibus conſignandi, vel ligandi, & huiuſmodi. Contra c. Illud, & c. Peruenit. 26. q. 2. & q. 5. Landul. vbi ſupra. M.

Breuia in collo.

Si procurauit, docuit, vel conſenſit ligari breuia ad collum, vel portari ſuper ſe. Aut ſi talibus fidem habet ad expellendam febrem, vel aliam egritudinem, quando ibi ſunt nomina, vel caracteres non intel-

lecti, vel in carta non nota, quamuis ibi ſint orationes bonæ, vt ſimbolum, & oratio dominica. 26. quæſtio. 2. Illud. & ca. Qui ſine. Landul. in 4. diſtinctio. 34. quæſtion. vlti. Et Archyd. in cá. non licet 26. q. 5. M.

Qõ oratiões & pſalmi cũ caracteribus ꝓhibeant ſuper ſe portari.

Si orationem vel pſalmum, vt pater noſter, vel euangelium cum caracteribus, ſeu ſignis, vel nominibus ignotis, aut cum ſuperſtitioſa aliqua obſeruantia, ſuper ſe portauit. Alex. de Ales in 3. parte. Tractatu ſortilegiorum. M.

Simplices tamen nondum inſtructi talia eſſe prohibita, debeat excuſari. Similiter portare ſymbolum, orationem dominicam, & huiuſmodi. Talia ſine aliis caracteribus ignotis, vel ſuperſtitioſis obſeruantiis licitum eſt. 26. q. 2. Non obſeruetis.

Si attribuit particularem virtutem orationi, vel pſalmo, vt ꝙ portans ſuper ſe perire non poſſet, in igne, vel in aqua, vel mala morte, vel ꝙ talem gratiam temporalem, vel corporalem conſequetur omnino. Ar. d. c. non obſeruetis, & 2. q. 5. Conſuluiſti. Archidyaco. vbi ſupra. M.

Gratiam tamen ſpiritualem cõſequi poſſe dicendo aliquam orationem ſine aliqua ſuperſtitione non videtur incongruum, Vnde Caßiodorus ſuper verſum Pſalmus. Dirupiſti domine vincula, &c. dicit verſus

hic

hic tantam virtutem creditus eſt habere, vt a non nullis diceretur poſſe hominibus peccata dimitti, ſi eum in fine vitæ ſuæ trina confeßione congeminent, idem tenendum vbi papa dat indulgentiam orationem aliquam dicenti Arch. ca. Quod autem. De pœniten. & remißionibus, & ibi glo.

Si credit, non poſſe ſibi bene contingere, in commercio, vel mercantia, quam tali die fecit, tali planeta, vel ſtella regnante, & huiuſmodi. 26. q. 5. Non licet. M. Aſtrorũ obſeruatores qñ peccent.

Medicis tamen in minuendo ſanguinem, vel in dando medicinas, & ruſticis in putando arbores, vineas, vel in ſeminando, curſum lunæ, & ſtellarum ſeruare licet: ſecundum gl. in eo. c. Non licet.

Si quis pertinaciter credat ſe, vel alium, tempore nocturno equitare ſuper beſtias ad loca longinqua, cum verius ſit dyabolum ſe in varias ſpecies transferentem vana fantaſmata antecedenti humanæ per illuſionẽ immittere. Ale. de Ales. vbi ſupra, & c. epiſcopi. 26. q. 5. M. Quę de ſtrigibus ſępe dicantur.

Si pertinaciter credit vetulam, aut aliũ in gattam conuerti, & ſanguinem puerorum ſugere, cum ſit demon, ſicut filios Iob interfecit ſecundum Aug. & Hier. d. c. Epiſcopi. Et Tho. 1. parte. q. 114. art. 4. M.

Acceſſorium de articulis, & ſacramentis fidei.

Dubius in fide, eſt infidelis. *SI dubitat de articulis fidei, vel aliquo eorum, non declinans magis in partem affirmatiuam, quàm negatiuam. Contra c. dubius de hæretici. M.*

Extra fidem Chriſti nemo ſaluat. *Si credit infideles ſicut ſunt Turci, & Saraceni, ſuam legem ſeruantes debere ſaluari, cum in ſola fide Chriſti homo ſaluetur. 24. q. 1. Quia in ſola. M.*

De diuinis perſonis. *Si credit patrem in diuinis eſſe ſeniorem, vel potentiorem, vel digniorem filio. Et ſi pertinax eſt hæreticus, & excommunicatus eſt, d. c. Ad abolendam. De hęreti. Et ex proceſſu curiæ, eſt papalis. M.*

Diuinarũ perſonarũ perſonalis, non eſſentialis, vel materialis diſtinctio. *Si non credit vnitatem eſſentiæ in diuinis, ſed perſonas trinitatis diſtinctas materialiter eſſe, ſicut ſunt, Petrus, Iohannes, Iacobus, Et ſi in hoc eſſet pertinax excommunicatus eſt: vt ſupra. M.*

Homo tamen rudis qui non poteſt concipere, quid eſt natura, & quid perſona in diuinis tenetur implicite credere, vt credit eccleſia, & ſufficit ſecundum Sco. in 3. diſtin. 25.

Vnigeniti filij Dei per intellectũ generatio. *Si credit filium in diuinis genitum eſſe humano modo, & non per actum intellectus, quo Deus ſeipſum intelligit infinite.*

Et

Et ſi pertinax, excommunicatus eſt: vt ſupra. M.

Notitia enim intellectus ſiue verbum in diuinis cum adequate ſe habeat ad obiectum intelligibile, quod eſt diuina eſſentia, quæ eſt infinita, neceſſe eſt, vt ſit infinita. Sco. in primo, diſtin. 1.

Si credit patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, eſſe plures Deos, & non vnū ſolum. In ſymbolo, Quicunq;. Et ſi pertinax, excommunicatus eſt. vt ſupra. M. Vna. 3. perſonarū deitas.

Si non crederet per ſacramentum baptiſmi peccata remitti, aut per ſacramentum pœnitentiæ hominem Deo reconciliari, & gratiam recuperare. Vel ſacramentum confirmationis, & euchariſtiæ ad ſalutem neceſſarium non eſſe. Et ſi pertinax eſt, incurrit excommunicationem papalem. ca. Ad abolendam: De hęreti. in proceſſu curiæ. M. Baptiſmus. Euchariſtia.

Si corporaliter puerum in hoſtia conſecrata crederet Chriſtum eſſe, & adoraret, cum non ſit Chriſtus: ſed Chriſtum ſub ſacramento eſſe repręſentet. Landul. in quarto. diſt. 12. Si eſt pertinax licet inſtructus videtur hęreticus. M. Hæc bene intellige.

Corpus enim Chriſti in ſacramento videri non poteſt oculo corporali, etiam miraculoſæ, neque ab vllo intellectu, niſi diuino. Ricar. in quarto. di. 10. ar. 5. q. 1. & 2.

Si pertinaciter credere nollet totũ Chriſtum contineri ſub qualibet ſpecię panis, vel vini conſecrati, & etiam ſub minima particula illarum ſpecierum ſicuti vere eſt, hęreticus, & excommunicatus eſt. Richar. in quarto diſtin. 8. arti. 3. q. 4. Et d. c. Ad abolendam: De hęreti. M.

Si pertinaciter credere nolit Chriſtum poſſe eſſe in pluribus locis, ſeu altaribus ſacramẽtaliter eodem tempore, hęreticus eſt. Richard. in quarto. diſt. 10. artic. 2. q. 2. Et 6. q. 1. d. cap. Ad abolendam. M.

Si non credit, ꝙ verè Chriſtus Deus, & hõ, ſecundum illam magnitudinem corporis in quo crucifixus eſt contineatur in Hoſtia conſecrata. Contra capi. Ego. Berengarius. De Conſe. diſt. 2. M.

Corporũ noſtrorũ reſurrectio.

Si non credit futuram reſurrectionem corporum noſtrorum, ac meritorum retributionem a Deo futuram, contra ſymbolũ Apoſtolorum hęreticus eſt. M.

Deũ nõ amare, vel ꝑpter res tẽpales diligere.

Si plus quam Deum amauit ſe, vel filiũ, vel honores, vel voluptates carnis, vel diuitias, vel principem ſuum, paratus pro his facere, quæ pro Dei amore non faceret. Sco. & Franciſ. de Mayro. in primo. diſtinct. prima. q. 1. Nam teſte Hierony. Quod quiſque plus veneratur, & amat. Hoc illi Deus eſt. M.

Si ex hoc ſolum Deum amat, quia dat ei

spiri

ſpiritualia bona, vel corporalia, vel gratias quas petit ab eo, mortale eſt; quia vtitur fruendis. Sed & Fran. vbi ſupra. Nam teſte Aug. libr. 83. q. 4. arti. 9. q. 6. Summa peruerſitas eſt frui vtẽdis, et vti fruẽdis. M.

Si in bonis præſentibus, vel diuitijs, & honoribus, ita quietata voluntate delectatur, vt ſi his ſemper frui poſſet aliam vitam non curaret; ſecundum prædictos doc. vbi ſupra. M.

Si deliberate ſæpius propoſuit facere contra aliquod Dei præceptum, vt incantationes, periurium, contumelias in aliquem, homicidium, furtũ, mẽdaciũ pernicioſum, et huiuſmodi; ne temporalia perderet, aut acquireret, totiens grauiter peccat. Sco. & S. Bon. in 1. diſt. 1. M.

Si credidit totum hominis bonum conſiſtere in diuitijs, honoribus, & voluptatibus huius vitæ. Sco. vbi ſupra. & Tho. 2. 2. q. 55. articu. 2. M. Hominis totum bonum.

Caput Secundum.

Non ſumes nomen dei tui in vanũ.

SECVNDO præcepto probibetur homini, vel iurare ſine cauſa, vel periurare, vterq; enim pro nihilo iurans, & falſo iurans, aſſu- Præceptum ſecundum.

mit Deum in teſtimoniũ ſuę locutionis, ſed in vanum, quia ille ſine cauſa nominando ſummam trinitatem: iſte nominatim contemnendo verba. Alexan. de Ales in expoſitione ſecundi pręcepti, in tertia parte.

Iuſiurãdum tres dẽt habere cõditionis, ne ſit illicitum.

Vtrum autem licitum ſit iuramentum. Nota, ꝙ tres conditiones habere debet. Veritatem, Iuſtitiam, & Iudicium, 22. q. 1. & iurabunt. De iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

Primo, veritatẽ in conſcientia iurantis, ꝗ. ſ. ſic credat eſſe, vt iurat, vel facere quod promittit.

Secundo, iuſtitiam, ex parte rei iuratæ, vt iuſtitiæ non repugnet, ſed licitum ſit.

Tertio, iudicium. ſ. diſcretionis, vt videlicet attẽdatur cauſa, pro qua iuratur, & modus: cauſa. ſ. boni faciendi, vel mali euitandi, vt cum quis iurat pro obedientia, pro pace reformãda, pro aſtruenda veritate in cordibus auditorum, Hæc. Alex. de Ales in 3. parte: in ſecunda expoſitione pręceptorum, & 22. q. 1. Si peccatum.

Conſuetudo iurandi damnatur.

Si ex conſuetudine quis cum deliberatione iurat grauiter peccat, quia non eſt ſine cõtemptu ac contumelia Dei. 22. q. 1. Ita ergo. Bonau. in tertio. diſtinctio. 39. arti. 1. q. 3. vt iurare per Deum, per filium Dei, per veritatem, per fidem, per euangelium, & huiuſmodi: ſecũdũ Aug. Iurare per Deũ, eſt Deũ in teſtimoniũ inuocare, Alex. vbi ſupra. M.

Si iurauit per membra Dei, vt per corpus, caput, vel capillos, eſt quaſi blaſphemans, attribuens Deo quod non habet. 22. q. 1. Si Deus & homo. M.

Tamen iurans reuerenter per ſanctũ Dei caput, vel ex cauſa licita talia proferens, non eſt mortale. S. Bonauentu. in tertio. diſtin. 39. q. 2.

Si iurauit per alia membra Chriſti irreuerenter, quaſi membratim diuiſit eum. S. Bona. vbi ſupra. M.

Si iurauit percipiens ſuum iuramentum, & falſitatẽ, dũ iurabat, periurus eſt. M. Peierare.

Si autem attendat falſitatem, ſed non iuramentum, & quaſi neſciens iurat, non eſt niſi ſit mendacium pernitioſum. Tho. in tertio diſt. 38. articu. 1. q. 5. Et Richar. eadem diſtinctio. M.

Tripliciter enim fit iuramentum. Primo, cum quis iurat falſum, quod credit eſſe verum. Secundo, cũ iurat verũ, quod credit falſum. Tertio, cum iurat falſum, quod credit eſſe falſum. Secundo, & tertio modo mortale eſt, non autem primo modo. Rich. in tertio diſt. 39. articu. 3. q. 1. 22. q. 2. homines. M. Triplex iurãdi modus.

Cum tamen quis vno impetu, & cõtextu verborum, periurat videtur vnum mortale tantum, vt in ſimili dicit Io. An. in regula. Delictum, in ſexto. In mercu. ꝑ percutiens

tiens clericum pluries vno contextu, & in impetu, non incidit niſi vnam excommunicationis ſententiam.

Si iocoſe periurauit, mortale eſt, quia etiam ibi eſt diuinæ maieſtatis irreuerentia. Tho. ſecunda ſecundæ quæſtione. 98. M.

Si expoſuit ſe periculo periurij, iurando certitudinaliter. i. de quo dubitauit. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 88. articulo primo. M.

Periurus. *Si iurauit contra conſcientiã, vel illicitum, vel veniens contra iuramentum, periurus eſt. Alexan. in tertia parte. In ſecunda expoſitione præceptorum. M.*

Si non impleuit rem licitam quam iuramento promiſit cum poſſet. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 89. artic. 3. Et Alexan. in expoſitione ſecundi præcepti, in tertia parte. M.

Iuramẽtũ ꝑmiſſoriũ. *Iuramentum dicitur promiſſorium, cum quis iurat aliquid ſe facturum, vel non facturum, obligans ſe ad executione promiſſi, dummodo licitum ſit, & expediens: Alex. ibidem.*

Si temerarie iurauit facere rem peccati mortalis, mortale eſt, & tenetur non implere. 25. di. §. criminis 22. q. 4. In malis. M.

Iurare non exequi bonũ vel malũ patrare. *Si iurauit non parcere inimico, non facere eleemoſynam, non ingredi religionem, iuuare aliquem in maleficio, vel ducere aliquam in vxorem poſt votum caſtitatis, & huiuſmodi. Omnia ſunt mortalia. Richar.*

in

in tertio. diſtin. 39. 20. q. 4. Qui ſacramento. M.

Si ſophiſtice, & doloſe iurauit rem ſic eſſe, vel non eſſe, ad decipiendum aliquem, quo tamen caſu tenetur ſecundum intentionem eius cui iuramento promiſit, ſecundum Rich. ea. diſt. de quo 22. q. 5. Quacunque arte. M. Sophiſticum iuſiurandũ.

Vbi tamen quis ſimpliciter iurat verba habentia duplicem intellectum, non obligatur, niſi ſecundum propriam intentionem. Alexand. de Ales in tertia parte, in expoſitione ſecunda, præceptorum. M.

Si per iuramentum metu ſe obligauit ad aliquid faciendum, quod non ſit contra Dei vel eccleſię præceptum, & nolit implere, vt tenetur in foro conſcientiæ. Richar. in tertio. diſt. in 39. M. Iurare propter metum.

Superior tamen debet relaxare ei iuramentum huiuſmodi, aut compellere ad ei relaxandum, illum qui metu compulit iurare: De his quæ. 6. ca. Abbas. Richard. vbi ſupra.

Si priuata perſona exigit iuramẽtum ab eo, quem ſciebat feciſſe contrarium eius, de quo iurabat: mortale fuit exigere. Thom. ſecunda ſecundę. q. 98. art. 4. M. Exigere iuramẽtũ ab eo, quẽ ſcit falſo iuraturũ.

Sed iudex non peccat, ſi ad petitionem alterius, exigit iuramẽtum, ſecundum ordinem iuris, ab eo quem ſcit falſum iurare,

re quia non ipſe, ſed ille ad cuius inſtantiã facit, videtur exigere Tho. vbi ſupra.

Secretũ reuelare.

Si reuelauit ſecretum quod iuramento, vel ſine iuramento, celandum acccepit. Richar. in 4. diſt. 21. art. 5. q. 4. Similiter qui induxit, vt reuelaret ſciens eſſe celandum. M.

Qui tamen iurat tenere ſecretum adulterium, vel quodcunq; crimen interrogatus a iudice propalare tenetur. glo. in c. Qualiter extra: De accuſa. & Inno. ibidem. Veruntamen iurans dicere veritatem non tenetur dicere ea, quæ ſunt occulta omnino. Et hoc ſecundum Laudunenſem in probemio Clementinarum ſuper verbo Sancimus.

Caſus in quibus iurãs nõ cẽſetur periurus.

In quibuſdam caſibus quis non cenſetur periurus, quamuis iuramentum non impleat. Primo cum quis abſoluitur ab eo in cuius commodum iurauerat, ſicut cum abſoluitur ſponſus a iuramento de matrimonio contrahendo: extra. De Iureiurand. capitulo 2. Item cum quis iuramentum commutat in melius: extra eo. Peruenit. 2. Item cum iuramentum non implet ſi conditio iuramento appoſita non impletur: d. cap. Peruenit. Item nec ille qui iurat amplius non cognoſcere concubinam ſi eam ducit in vxorem: glo. in capitulo. Quod prædeceſſor. 11. quæſt. tertia.

tia. Item qui non implet iuramentum de re quæ non eſt alicuius importantiæ, vt cùm mater iurat filium verberare, vel ſi quis iurat bibere, vel non bibere, & huiuſmodi, veniale eſt. Item qui non implet quod male & non obſeruandum iurauit: extra ea. capi. Quanto. Et ſic intellige capitu. Si aliquid 22. quæſtio. 4. vbi tex. Iuramentum quod obſeruatum in peiorem vertat exitum, ſalubriore conſilio mutandum nouerimus.

Si in cantilenis vel turpibus confabulationibus, vel ſanctos miſcuit, Dei eſt contumelia, vt notari poteſt ex dictis. S. Bonauentu. in 3. diſt. 39. M.

Si ſibi vel ſuis aliquod malum imprecatus eſt mentiendo, vt demon me importet: vel de meis filijs me contentum non videã, ſi tale quid non fecerim, quod eſt de genere mortalium. Alexan. de Ales vbi ſupra. M.

De blaſphemia.

CONTRA *hoc ſecundum præceptũ eſt blaſphemia, quia magis in vanum aſſumit nomen Dei, qui aliquid de Deo falſum aſſerit, quam qui per nomen Dei aliquod falſum cõfirmat: Tho. ſecunda ſecundæ. q. 18. art. 2.*

Cur blaſphemia ſit contra hoc præceptum.

Quid ſit blaſphemia exẽplis demonſtratur.

Si remouit a Deo quod ei cõuenit, vel attribuit ei, quod non cõuenit, vel ſi attribuit creaturæ, quod Deo cõuenit blaſphemia eſt. Alex. vbi ſupra. Et Richar. in ſecundo. diſt. 43. articulo 3. quæſtione. 2. M.

Exemplum primi, ſi dicat Deum non ſapientem, non bonum, vel non poſſe, quod poteſt: vel non videre, aut non curare de actibus hominum. Exemplum ſecundi, ſi dicat Deum iniuſtum, proditorem, ſine merito punire, vel flagellare, & huiuſmodi. Exemplum tertij, ſi dicat Deum omnia præſcire, vel omnia poſſe, & huiuſmodi. Blaſphemare eſt contumeliam, vel conuitium conferre in iniuriam ſaluatoris; hoc quoq; in ſanctos appellatur blaſphemia, eo ꝙ in illis blaſphematur Deus conditor creaturæ Alexan. de Ales in ſecunda parte in tractatu de blaſphemia.

Si ex deliberatione, & non ſubreptione plaſphemauit, mortale eſt: Alexan. vbi ſupra. M.

Per ſurreptionẽ blaſphemare.

Per ſurreptionem blaſphemat, qui ſubito ex aliqua paßione in verba prorumpit, quorum ſignificationes non conſiderat, & eſt veniale. Qui vero aduertit eſſe blaſphemiam, conſiderans ſignificationem verborum, mortaliter peccat. Tho. vbi ſupra. M.

Qui ex ignorantia blaſphemauit, credẽs non blaſbhemare Deum, licet dicat huiuſmodi

modi verba, non peccat mortaliter. Alex. vbi ſupra.

Si ex impetu iræ blaſphemauit, cùm dabat operam rei illicite puta ludo, non excuſatur a mortali ſecundum Abb. Siculum in c. Statuimus. extra: De maledic. facit 15. q. 1. Inebriauerunt. M.

Si plaſphemus eſt publicus, ita ꝙ multos ſcandalizat ſolus epiſcopus abſoluit eum, vel ſecundum Vin. Si contra eum lata eſt ſententia, alias nõ: Hæc dicit do. Ant. in eo. c. Statuimus. M.

Si cõſiderantur obiecta in quæ peccatur, blaſphemia maius peccatum eſt homicidio, quia directe eſt peccatum in Deum, & illud in proximum: ſecus ſi conſideretur effectus operis, quo magis homicidium proximo nocet, quam blaſphemia Deo: ſed in grauitate culpæ magis attenditur intentio peruerſæ voluntatis, quam effectus operis. Tho. ea. q. ar. 3.

Secũdũ quid blaſphemia maius peccatum eſt quã homicidiũ, i. reſpectu obiecti.

De voto de quo in tertio capitulo primæ partis. §. Quo ad diſpenſationem. Votum eſt promiſsio licita facta cũ intentione ſe obligandi, & ex deliberatione, de re quæ ad honorem Dei, vel ad ſalutem animæ ſpectat: ſi autem ſit de vana re, vel inutili, non tamen contraria ſaluti, non tenet ipſo iure: Richar. in quarto diſt. 38 ar. 5. q. 1. & Tho. ſecũda ſecũdæ. q. 88. Sed propoſitũ aliquid ſir

Quæ vota abſq; mortali pctõ p ætermitti non poſsint.

mitter

miter faciendi, non eſt votum, & huiuſmodi trăſgreßio veniale eſt: Directorium. lib. 2. ti. 22. §. 1.

Stulta vota ſeruanda nō ſunt.

Si vouit non pectinare, vel non lauare caput in ſabbato, votum ſtultum dicitur Archi. in c. Qui bona. 17. q. 1. Et ſecundũ Alber. etiam ſi fiant pro honore ſanctorum ſeruanda non ſunt, quia habent, quandam ſimilitudinem cum idolatria.

Si vouit facere rem bonam propter finẽ malum, vt facere eleemoſinas ſi vindictam, vel ſuam libidinẽ conſecutus fuerit, mortale eſt, & tenetur non implere votum huiuſmodi. Richar. in quarto. diſtinctio. 38. articu. primo. q. 1.

Mortis timor à voto non excuſat.

Si metu mortis votum emiſſum non impleuit: Cum tamen metus in eo non abſorbuerit arbitrij libertatem, ita vt neſciret quid faceret S. Bon. in tertio diſt. 39. 17. queſtio. 1. Sunt qui opes. M.

Si vindictam, vel aliud de genere mortalium facere vouit, vel non ingredi religionem cum ſit idoneus. 22. q. 4. In malis. M.

Votum factum calore iracundiæ, non impleuit, dum tamen alias licitum fuerit glo. in ca. Sunt qui opes 17. q. 4. M.

Si non impleuit votum factum de re bona propter bonum temporale aſſequendum, vel conſeruandum quod eſt aſſecutus. Rich. in quarto. diſt. 38. ar. 1. q. 2. M.

Si

Si hæres habita hęreditate, non impleuit votum defuncti cum poſſet, licet non promiſerat defuncto: extra: De voto.c. Licet. ſecundum Inno. & Hoſt. ibidem. Hęres defunctorũ vota implebit habita hęreditate.

Si poſt votum virginitatis corrupta eſt, & poſtea non ſeruat continentiam. Richar. in quarto, diſtinctio. 38. articu. 5. quæſtione prima. M. Votũ virginitatis.

Epiſcopus tamen diſpenſare poteſt vt talis poſt conſummationem exigat ſine peccato, maximè ſi iuuenis eſt. Richar. in quarto. diſtinct. 34. Et Inno. in c. At ſi clerici. de iudicijs.

Si vxor quæ vouit non exigere debitum exigit eſt mortale. Rich. in quarto diſt. 32. art. 2. q. prima. & S. Bon. ea. diſt. M.

Si de licentia viri continentiam vouit in facie eccleſiæ, vel in priuato, reddendo debitum mortaliter peccat. 33. q. 5. cap. Quod deo. Et eadem. q. §. Ex præmiſſis. Vxor tamẽ quæ abſtinentiam, vel peregrinationem vouit de licentia viri: ſi, viro prohibente, promiſſa non implet, non peccat: dicto. §. Ex præmiſſis. Quamuis vir peccet prohibendo. Ar. ad hoc. 23. quæſtione prima. Quid culpatur. Richar. in quarto. diſtinctione trigeſima ſecunda, articulo ſecundo. quæſt. ſecunda. M.

Si vouit intrare religionem, & ex mora timet impedimentum, tenetur non Religionis votum.

differre. Thom. in 4. diſtinction. 38. M.

Impuberum vota.

Si impubes doli capax votũ abſtinentiæ, vel peregrinationis factum, non impleuit, poſtquam exiuit paternam poteſtatem. extra eodem capitulo, Venientes. iuncta glo. M.

Impuberes qui ſunt omnino ſub diſpoſitione parentum, vel tutorum, non obligatorum, vouere poſſunt, ſecundum Sanctũ Bon. in quarto diſt. 38. art. primo quæſt. 3.

Similiter, & filius qui ſubeſt patri, in his quę ad regimen domus, & familiæ pertinent, non poteſt de illis votum facere, ſine patris auctoritate: ſecundum Richard. in quarto. diſt. 38. ar. 4. q. 2.

Vouentis intentio.

Si in intentione vouentis fuit ſe obligare ad ſtatim ſoluendum, tenetur ad ſtatim ſoluere. M.

Si autem ad certum tempus, vel ſub certa conditione, non tenetur ſtatim ſoluere, ſed non debet tardare vltra quam intendit ſe obligare; verba Tho. ſecũda ſecũdę. q. 88. ar. 3. Et ſecundum hoc intellige dictũ Guilielmi, qui ait. Si votum eſt abſolutum, tenetur ſtatim adimplere, cum poteſt, ad arbitrium boni viri. Sed quia tardauit adimplere votum, tunc non poteſt quod prius poterat. Thom. vbi ſupra. M.

Conditiões voti.

Si diſpoſuit votum licitum non implere, totiens eſt mortale, quotiens hæc diſpoſuit,

to

Archi. ca. Licet: De voto. M.

Vxor quoq; non tenetur implere votum abſtinentiæ,peregrinationis, vel eleemoſynæ, niſi habeat parafrenalia quando irritatum eſt per eius virum, etiam ſine rationabili cauſa; ſed viro mortuo bene tenetur, ſi ſimpliciter vouit: ſecundum Hug. & Iohã. in c. Nuptiarum 17. queſtione. 1. Vbi tamẽ pater, dominus, vel tutor conſentit, votũ tenet. Vel ſi religioſus votum ſtrictioris religionis fecit ar. cap. Licet. de Regular. Quamuis alterius rei votum ſine prælati licentia non teneat: ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtione. 88. Et Rich. vbi ſupra. Et in capitulo tertio primę partis. §. 153. Vxer nõ habẽs parafrenalia.

Si vota vigiliarũ ſint magnum, vel manifeſtum grauamen, vel dubitat poſſe implere, arbitrio ſuperioris, ſi ad eum recurri poteſt, relaxanda ſunt Tho. vbi ſupra.

Caput Tertium.

Memento vt diem Sabbati ſantifices.

TERTIO *præcepto iubemur abſtinere a triplici opere ſeruili. Primum eſt, a ſeruitute culpæ, hoc eſt ab omni peccato. De feri-* Tertium preceptum.

capitulo primo. Secundum eſt, a ſeruitute fortunæ, hoc eſt ab omni opere mechanico. dicto ca. primo. Tamen eiuſmodi operatio modica, non imputatur ad mortale. Tertium eſt, a ſeruitute naturæ, hoc eſt ab opere naturæ laborioſo, ſicut itineratio, & negotiatio. S. Bona. in 3. diſt. 25.

Si die feſto peccauit aliquo mortali peccato, puta furando, luxuriando, & huiuſmodi confiteri tenetur ratione duplicis reatus ſecundum Alex. de Ales. Nico. de lyra. in expoſitione huius tertij præcepti, & Summam Raynerianam in verbo feſtũ. Et probatur, in di. ca. 1. In quo die feſto pariter prohibetur peccatum mortale, & mercatum fieri. M.

Alij aliter, nec incõſulto ſentiunt.

Reatus enim culpę multiplicatur, quãdo actus peccati eſt contra præcepta diuiſarũ legum differentium numero, & ſpecie: vt ſupra in vltimo. §. ante præcepta.

Si aliquod opus mæchanicum fecit die feſto, quod differri potuit ſine detrimento vtilitatis, ſine periculo neceſsitatis, ſine præſidio pietatis, mortalę eſt. in c. licet, & c. ſi. De feri. M.

Quæ die feſto liceat operari.

Capere igitur aleca terrę imminentia die feſto, colligere ſegetes, & fęnum imminente pluuia, præparare carnes in macello, quando ante præparari non poſſunt, ferrare ęquos, radere non propter lucrum principa

cipaliter, ſed propter ſeruitium, vehere merces cum curribus iam poſitis in via, operari ob defenſionem hoſtium, vel metum principis, ſecundum Aſtenſem, iter agere curſoribus, & viatoribus, ſcribere libros ad ędificationem animarum, lapides portare ad ædificationem eccleſiarum pauperum, vel pauperum agros arare; Et alia huiuſmodi ſine peccato licet, dummodo miſſa nõ dimittatur, ſecundum Alexan. de Ales. vt ſupra. Et Aſten. & Monal. & in ca. Licet & ca. fi. De ferijs.

Opus ſeruile prohibitum die feſto materialiter, & formaliter, ſeu finaliter ſeruile, debet intelligi per comparationem ad agentem, vt cum quis negotiatur, propter temporale lucrum negotiando, ſcribendo, aduocando, arando, & huiuſmodi: nam ab opere materialiter liberali, & finaliter ſeruili, ſicut in aduocato, qui die feſto ſtudet in his quæ cras proponere debet, & in ruſtico cogitante de aratione terræ, quam cras vult arare non ita aſtringitur, vt per hoc mortaliter peccet, niſi per hoc excludatur illa vacatio, quæ diuino cultui debetur. Et multo minus aſtringitur homo ab opere materialiter ſeruili, & finaliter liberali; vt eſt opus mechanicum; ſed ordinatum ad animæ bonum, tanquam ad proprium finem: ſicut eſt

ſcribere librum ad ædificationem animarũ, vel portare lapides cum quadragis ad ædificationem eccleſiarum, diuinis tamen non prætermiſſis. vt c. Conqueſtus: De feri. c. Cum ad monaſterium; de ſtatu mona. Hæc Richar. in tertio. diſtinction. 37. articu. 2. quæſt. 4.

Si negotiatus eſt die feſto emendo, vendendo, a debitoribus exigendo ſibi debita quæ alijs diebus poſſet exigere; vel ſi in iudicio litigauit; aut ſicut teſtis iurauit contra ca. primo: De feri. & Alex. Lomb. in tertio diſt. 37. M.

Nec contraria conſuetudo eundi ad nũdinas, vel mercata die feſto excuſat, niſi emeret commeſtibilia, vel alia non cauſa lucrifaciendi, Domi. Antonius, & Abb. in eo. c. primo. & Monald. in ſumma. M.

Si in molendino in quo magna opera hominis exigitur operatus eſt, Alexan. Lombar. vbi ſupra. M.

Excuſatur ſi in molendino ad ventum, vel aquam in quo modica opera hominis opus eſt laborauit. Alexan. Lombar. Ibidem & Aſtenſcm. vbi ſupra.

Si die feſto longo itinere profectus eſt, ſine legitima neceſſitate, mortale eſt, ſecundũ Alex. Lombar. vbi ſupra. M.

Qui tamen aliquam horam, quolibet die diuinis deputat; puta continuat miſſas nõ

ita

ita erratur abſtinere a ſeruili opere in die feſto, niſi forte propter ſcandalum: talis enim determinatio temporis inſtituta eſt propter illos qui totum tempus occupant, in negotijs ſecularibus: Tho. in 3. diſt. 37.

Si die feſto non orauit: vt tenetur ſecundum Richar. in tertio. ea. diſt. 37. ar. 2. q. 3. & Alex. Lomb. ea. diſt. M.

Si neſciens ſpectãtia ad fidem vt tenetur, aut ſtatum ſuæ conditionis, vel bonos mores, vitiorum, & virtutum, neglexit ire ad prædicationem, videtur mortale ſecundum Alex. de Ales in ſecunda parte: tractatu de ignorantia quæſtione. 1. M. Neſcire quæ ad fidem, & ad ſui ſtatus conditionẽ.

Si die feſto ſine legitima neceßitate mißã pretermiſit: de Conſecra. diſt. 1. miſſas. M. Auſcultatio miſſę.

Dimittere vero miſſam ex aliqua pigritia, vel animi paßione, non tamen conſuetudinarie, vel miſſæ particulam, vel primas orationes, non videtur imputari ad mortale: ſecundum Richar. in quolibet.

Si ſteterit aliquo tempore ſecundum patriæ conſuetudinem (quæ non excuſat) in quo mißam non audiuit, vt quia pater ſit ei mortuus, mortale eſt: ſecundum Richardum, vbi ſupra. M.

Quotidie miſſam audire cum preceptum non ſit, relinquitur conſcientiæ ſingulorũ, etiam in ſacramentis conſtitutorum, vel in eccleſia beneficiatorum. Aſtenſis lib. 6. ti.

1. Et Henricus in quolibet.

Si die feſto miſſam occurrentem, per aliã peculiarem prętermiſit. Contra c. Quidã, & c. Cũ eſt a iure. de cele. miſ. Aſten. vbi ſup. M.

Si antequam miſſa tota compleatur diſceßit, ex quadam conſuetudine, vel ſuperſtitione. Contra capi. miſſas. de conſe. diſt. 1. Quod Alex. de Ales in quarta parte tracta. de miſſa: ſic intelligit. M.

Si fecit ſibi miſſam celebrari, ante diem, ſiue auroram, mortale eſt: ſecundum Monaldum in ſum. in verbo miſſa. M.

Si Epiſcopus tamen vel eius ſuperior poteſt, in caſu diſpenſare, vt ſi infirmus ad mortem alias viaticum habere non poſſet. M.

Si die feſto, vel alio quis contra loci conſuetudinem celebrat, nondum dicta hora prima Monal. ibidem Aſten. vbi ſupra.

Si propter inſpicere haſtiludia, choreas, currentes ad brauium, & huiuſmodi, miſſam non audiuit: contra ca. Qui die ſolemni: De Conſe. diſt. 1. M.

Alias non videtur mortale prædicta inſpicere ſpectacula, niſi ad hoc tantum afficiatur, & ſi etiam ſub præcepto prohiberentur, vellet aſpicere propter contemptum diſt. 25. §. Criminis.

Si diebus dominicis propriam contemnens parochialem miſſam, in ſua parochia audire noluit. Contra c. vt dominicis.

cis. de parochi. & ibi dominus Abbas Siculus. M.

Dimittens vero audire in ſua parochia, vt eam in eccleſÿs mendicantium deuotius: & vt plures audiat miſſas, ſecundum dominum Abbatem vbi ſupra. non peccat. Similiter ſi hoc facit quia parochialis eſt excommunicatus, vel publicus concubinarius diſt. 32. Nullus: De cohabi. cle. & mu. c. Veſtra. & cap. fi.

Si die feſto exercuit haſtiludia, vel choreas, in quibus feminę ſe oſtentant aſpectibus virorum, & econuerſo: cum directe detur occaſio prouocationi concupiſcentiæ. Richar. & Tho. ea. diſt. ar. 2. q. 4. Et Alexan. Lombar. M.

Si barberÿ, aromatarÿ, ſutores, & huiuſmodi operantur vſq; ad ſecundam, & tertiam horam noctis contra communem terræ conſuetudinem, mortale eſt vt. ca. Quoniam: De feri. per quod tenetur quis quo ad principium, & finem feſtorum conſuetudinem regionis ſeruare. Vbi vero conſuetudo eſt in contrarium excuſantur a peccato ſecundum do. Abba. Siculum. In ca. primo eo. titu. Et ſanctus Bonauen. in ſecundo. diſtinctio. 13. ſuper litteram dicit. Sancta eccleſia a media nocte vſq; ad mediam noctem, qua hora Chriſtus natus celebrat feſta. Hębrei vero a veſpera in veſperā, ideſt à Vbi īcipiat feſtum, atq; vbi terminetur.

primo noctis, vſq; ad finem diei ſequentis. Concordant Richar. & Tho. ibidem.

In q'bus dubitatur circa feſtos dies, ſtandū eſt cōſuetudini locorum.

DE FESTIS *de quibus dubitatur: an ſit abſtinendum ab opere ſeruili; regulariter ſtandum eſt conſuetudini loci, quando dubium vertitur, ſi in vno aliquo feſto ceſſandum ſit ab opere ſeruili, ſeu mechanico ſecundum dominum Abba. in ca. Quoniā: De feri. ar. eiuſdem capituli. vbi dicit: principium, & finis feſtorum, ſecundum regionum conſuetudinem debet attendi: igitur cum dubium ſit inter doctores de feſtando tres dies rogationum, ante Aſcenſionem, item diem inuentionis ſanctæ crucis, quattuor doctores eccleſiæ, & Lucæ ac Marci euangeliſtarū: dedicationis cuiuslibet oratorij ſancti Michaelis, de quo variæ ſentiūt docto. an feſtum ſeptembris, vel maij ſit celebrandū, dico ſtādū cōſuetudini loci, vel quia de his expreſſe non cauetur in iure, aut quia iura de his loquētia varie a doc. interpretātur. Hęc dicit d. Ab. in c. Cōqueſtus: De fer.*

Caput Quartum.

Honora patrem tuum.

Parētū obedientiæ.

QVARTO *pręcepto, ſecundum dominum Alex. de Ales, in tertia parte, in tractatu quarti præcepti, duo filijs a Deo præcipiūtur.*

Primum

Primum vt reuerentiam exhibeant. Secundum, vt neceſſaria miniſtrent. Primum conſiſtit in tribus .ſ. vt filius patris offenſam timeat, vt eius præceptis obediat, vt ei aſſurgat. Secundum ſimiliter in tribus, in ſolatio verborum, in ſeruitio operarum, in exhibitione neceſſariorum.

Si noluit exhibere honorem patri carnali, vel ſpirituali, quia de vtroq; eſt præceptum, ſecundum gl. Deut. c. 5. & Alexan. vbi ſupra. M.

Si noluit patri obedire in his quæ probabiliter pertinent ad rei familiaris neceßitatem vel vtilitatem. Alexan. vbi ſupra. M.

Si noluit obedire patri in diſciplina bonorum morum, in his quæ ad ſalutem pertinent, ex præcepto. S. Bon. in ſecundo diſt. vlti. & Alex. vbi ſupra. M.

Exempla ſi parentum monita cõtempſit prodigaliter expendens in epulis, laruans ſe veſte muliebri. 30. diſtinctio. Si qua mulier vel religioſa, De vita & honeſta. cleri. c. Cum decorem. in glo. Vel habens malas ſocietates, vel tempus expendens in procatione mulierũ, vel ludo aleæ, & huiuſmodi.

Si contempſit obedire in minimis ſpectãtibus ad ſalutem animæ, vel neceßitatem, aut iuſtam vtilitatem domus. diſt. 25. c. Vnum orarium. §. Nunc autem. Aſten. lib. 6. titu. 47. M.

Con

Cōtemnere quis dicat.

Contemnit qui ſine iuſta cauſa præcepta non implet, aut monita perverſa voluntate perficere, renuit: ita q, ſi etiam eſſent præcepta non impleret. De quo ſupra illud. Aug. Nihil adeo veniale, quod nō fiat mortale dum placet: ad hanc tamen placentiam & contemptum, diſponit frequens iteratio actus contra monita. Richar. Bonau. & Alex. Lombar. in 2. diſt. 24. glo. in ca. Cupientes.

Si filius volens vxorem accipere nolit illam ducere; quam pater iubet ad vitandas inimicitias patri periculoſas, aut contra præceptum patris accipit mulierem malam. S. Bonauen. in ſecundo diſtinct. 25. q. vltima. M.

Exhęredantur filij etiā ꝓpter pſeuerantē con ſuetudinē inter mimos.

Si inter mimos, & ioculatores contra parentum volūtatem perſeuerauit, propter quod etiam exhæredari poteſt, vt in auctentica, vt cum: De Appella. cognoſ. §. cauſas, collatione. 8. M.

Si patri neceſsitatem patienti in victu, & veſtitu non miniſtrauit cum poſſet, patricida eſſe dicitur. vt 22. quæſtione quarta. Qui abſtulerit. M.

Sed ſi filius non habet in facultatibus niſi quantum eſſet ſibi neceſſarium, tenetur, ſuperaddere proprium laborem, per quem & ſibi ſubueniat, & parentibus egenis: ſecundum Ric. in 3. diſt. 37. art. 3. q. 1.

Si

Si filius patri quãuis malæ vitæ extrema non miniſtrauit, quamuis bene poſſet. Richar. ea. q. M.

Si tamen filius miniſtrando patri, vltra neceſſitatem extremam, cerneret illum, per hoc magis, ſuas malitias explere: ſic miniſtrare non debet. Richar. ibidem.

Si filius neglexit parẽtem educere de carcere, pro quo etiam exhæredari poteſt, vt in auctentica. vt cum: De appella. cogno. §. cauſas. colla. 8. M.

Si filius necgligat educerẽ patrẽ ᵭ carceribus põt exhęredari, & parẽtis furioſi nõ hẽt curã.

Si filius parentibus furioſis nõ impendit debitam curam, pro quo poteſt exhęredari: eo. §. cauſas. M.

Si filius alienauit non tantum bona profectitia, ſed etiam aduentitia; quia ſine patris licentia prohibetur. l. filius. §. filij. C. De bo. q; libe. M.

Peculiũ profectitium.

Eſt autem peculium profecticium, omne illud quod proficiſcitur a patre, in cuius poteſtate filius eſt. Primo idipſum, quod aſſignat pater. Secundo illud exinde quæſitũ, vt fructus, & penſiones, vel quod filio donatur patris contemplatione. ar. 50. editio. ff. de acquirẽ. hęredi. Bal. in. l. cum oportet. C. de bo. q; libe. huiuſmodi: peculij habet pater plenariam poteſtatem vt inſti. per quas perſonas nobis acquiritur. §. 1. Aduentitium vero eſt illud quod filius liberalitatibus fortunæ, vel amicorum, vel etiam

pro

proprio labore acquiſiuit.ff.de manu. teſtamento.l.4.in principio. & l. fi. Et in hoc peculio habet pater plenum vſufructum, ita, q́ viuente patre, nec de eo filius teſtari poteſt. Sed ſi pater premoriatur, proprietas illius filio reſeruatur. extra: De ſepul. Licet pater. lib.6. Poteſt tamen pater talem vſufructum filio donare inter viuos, ſecundũ Bal. & Azonem in dicta.l. Cum oportet; De caſtrenſi, vel quaſi, habes infra in ſeptimo præcepto. Profectitium ſimul, & aduētitium eſt, quod filius acquirit ex pecunia patris, quantum enim pecunia per ſe lucrari poteſt eſt profectitium patris, quantum vero filius ex negotiatione huiuſmodi lucratur, pro parte ſe contingente, propter proprium laborem, eſt aduentitium. Bal. in dicta.l. Cum oportet. vbi dicit ſe hoc cũ multis doctoribus conſuluiſſe.

Peculiũ aduenticiũ, vel Caſtrenſe.

Si filius deſiderauit mortem patris: vt facultates paternas haberet. De pen. diſt. 1. homicidium. M.

Si parentes teſtari prohibuit, vel a reſtitutione retraxit. C. Si quis aliquem teſtamen. prohi.l.2. M.

Parentũ deſpectus.

Si parentes deſpexit, eſt mortale ſecundũ Alex. in tertio, diſt.37. & Rich. ea. diſt. articu.3.q.1. M.

Si verba opprobrioſa, vel probabiliter ad iram prouocantia deliberatè contra paren

rentes intulit, mortale eſt, ſecundũ Alex. Lomb. ea. diſt. & Richard. ea. q. 1. & Eccleſiaſtici. 32. M.

Si parentes irriſit, ſi maledixit, vel eos blaſphemauit. Exodi. 21. ſecundum Alexã. de Ales, in ſecundo volumine: quæſtione vltima. M. In parentes iniuria.

Si grauem iniuriam parentibus fecit, per quod etiam exhęredari poteſt. d. §. cauſas. M.

Si manus etiam leuiter in parentes intulit, mortale eſt, ſecundum Richar. vbi ſupra per quod etiam exhęredari poteſt: vbi ſupra. M. Exhæredandi multiplex cauſa.

Si eos etiam criminaliter accuſauit, de cauſa quæ non ſit aduerſus principem, vel rempublicam, per quod poteſt etiam exhęredari: vbi ſupra. M.

Si vitæ parentum inſidiatus eſt, per quod etiam poteſt exhęredari. vbi ſupra. M.

Si filia quamuis a parentibus reprehenſa, vacat nihilominus impudicitijs, videtur peccatum duplex ratione reatus, ſecundum Alexan. de Ales in tertia parte, & in tertio præcepto. M.

Poteſt tamen ex hoc exhęredari, maxime cum parentes velint eam pro poſſe dotare, ac nuptui tradere, eo. §. cauſas.

Si filius vult religionem ingredi parentibus niſi per eum viuere non valentibus, cũ Filiorum ingreſſus ad religionem.

poſſit

poſſit ſine ſalutis detrimento in ſeculo remanere, omnino non videtur eſſe tutum, niſi prorſus ſpiritu Dei agatur. Signum vero, ꝙ ſpiritu Dei agatur eſt, vt ſi conſiderata religionis perfectione eſt iocundatus in mēte, vel ſi habet propoſitum cauendi circumſtantias peccati, & in melius proficiendi. Sed ſic filius religionem ingrediens, quamuis ad debitum ſubſtentationis parentibus non teneatur, tenetur tamen in eos reuerendo, & conſolando, & pro eis orando. Hæc omnia Alexan. de Ales, in ſecundo. vltima quæſtione.

Si filius non reſtituit paternas vſuras, quia ad hoc tenetur, glo. in ca. Michael: extra de vſuris, & idem de omnibus male ablatis. M.

Sacrilegus reputatur, & homicida, ꝗ parentũ legata nõ perſoluit.

Si filius legata parentum, & maxime ad pias cauſas perſoluere fuit in mora, cum poſſet implere licet cum incommoditate, vt ſacrilegus, & homicida reputatur, vt 13. q.2. Qui oblationes. M.

Quilibet hæres ex hoc eſt tota hæreditate priuandus, excepta legitima, ſi eſt filius. d.c. Licet. Iniuncta glo. Sed in foro conſcientię conſtat retinere non poſſe, quo ad vires hęreditatis patiuntur, niſi impleat vota prędicta, licet hoc defuncto non promiſerit. Ar. d.c. Licet. & ſecundum Innocen. & Hoſtien. Ibidem.

Si

Si obediuit patri contra Dei vel eccleſiæ prǫcepta, vt die feſto negociando vel contractus feneraticios exercendo. 11.q.3. Nõ ſemper. M.

Acceſſorie de parentibus erga liberos, & dominis erga ſubditos.

Si pater vel dominus non eſt ſolicitus de ſalute filij, vel ſubditorum, vt tenetur. ff. Quod metus cauſa. l. Iſti quidem de leg. 2. l. Cum pater. §. mandando. 1. Thimo. 5. c. M. Solicitudo ſalutis filiorum, ac ſubditorum.

Si pater malo exemplo filium ſcandalizauit, mortale eſt. Cum teneatur verbo, & exemplo bono à vitijs ad virtutum ſtudia prouocare 48. diſt. §. neceſſe. M. Scandalũ filiorum.

Si pater peruerſum filium non corripit, vt tenetur 5. q. 5. Non oſculatur: De Sy. Licet hely. M.

Si pater non prouidit filijs ſuis de neceſſarijs, egit contra præceptum naturæ, per quã affectus patrum decurrit in filios. Et contra præceptum apoſtoli, ſecundæ Corinth. 12. Parentes debent theſaurizare filijs. Alexan. de Ales, in ſecundo. vltima. q. 30. diſt. cã. Si quis dereliquerit. M.

Si pater reuocauit ſine cauſa votum abſtinentiæ peregrinationis, quod filius emiſerat de licentia eius, videtur mortale,

ſecundum Archidya. & Lauren. in c.2.22. quæſtio.2. M.

Si pater filios impuberes religiones ingreſſos reuocauit poſt annũ, & diem, poſtquam ſciuit. 20. q. 2. ca. Puella: iniuncta glo. M.

Retrahentes filios a religione.

Si parentes eduxerunt filios puberes de religione, quã erant ingreßi, & maxime ſi inſidioſe, vel violẽter. eo. c. puella, in fi. M.

Si pater noluit dotare filiam ſpuriam ad quod tenetur, ſecundum Bal. in l. fi. ff. de his quibus vt indig. M.

Acceſſorie de viro erga vxorem.

Si vir vxori, vel familiæ neceſſaria alimenta non miniſtrauit ex auaritia, etiam ſi vxorem indotatam acceperit, quando illa ſibiipſi operari non valet, ſecundum Inno. in c. veſtras. extra de dona. inter virum & vxorem. M.

Poteſt tamen maritus alimenta negare vxori, & etiam de domo expellere, ſi quando pater nõ vult ſoluere dotem promiſſam, ſecundum. Bal. in l. Quid me. C. de nego. geſt. maritus expulſam vxorem, quia dotem non recipiebat a ſocero, alere non tenetur: vbi ſupra. Sed nec vxorem domi ducere, niſi dotem prius recipiat. l. pure. §. ſi tamen ff. De doli excep.

Si

Si vir vxoris parafrenalia quorum curam habet, reliquit diſſipari, vel male tractari videtur, mortale, cũ lata culpa ęquiparetur dolo. l. Quod nerua. ff. depoſiti. M. Vir diſſipator parafrenaliũ vxoris

Si vxore ſe colorante, vt oſtentet ſe aſpectibus hominum, vel fingat pulchritudinē, quam non habet, vir non cohibet eam (ſi poteſt vt tenetur) Cum ſit caput vxoris. 1. Corint. 11. M.

Si ſine cauſa reuocauit vota abſtinētię, & huiuſmodi, quæ vxor emiſerat de ipſius licentia, quamuis vxor non implendo votum, non peccet. Arg. ad hoc. 23 q. 1. Quid culpatur. Richar. in quarto. diſtinct. 32. articu. 2. q. 2. M.

Si permiſit vxorē ornamentis valde conditionem ſuam excedentibus vti, vel potius, & ſepius die feſto ad choreas, quam ad miſſas ire, videtur mortale: cum vir ſit caput vxoris; & vxor ſit ſubiecta eius dominio: 33. q. 5. c. Cum caput. & c. mulierem. M. Nõ corrigẽtes vxores.

Si vir ſeuere, vel atrociter correxit vxorem propter culpam: quod non conceditur etiam de proprio ſeruo, ſed iudici eſt relinquendum: vt inſti. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. ſi hoc tempore. M.

Tamen licet viro leuiter propter delictũ verberare vxorem. ar. in. l. receptores. ff. ad legem acquiliam. Quod ſi vir ſine cauſa, Vxorum percuſſores.

vel enormiter verberaret vxorem, puniri debet. C *de repudijs auctentica. Sed nouo iure. Vnde nec peccat vxor ſi propter viri ſeuitiam ſeparatur ab eo, propter quod nec eſt ei reſtituenda, extra de reſtitu. ſpo. Ex trãſmiſſa. & capitulo, litteras.*

Si cauſa iniuriandi dixit vxori verba cõtumelioſa, vt ſcortum, & huiuſmodi, & hoc non ex impetu animi, ſed cum deliberatione. Alex. in ſecundo. Tractatu de contumelia. M.

Si vxorem dimiſit ex leui ſuſpitione, De adulterio. Ex violenta tamen ſuſpitione hoc bene poteſt, vt in textu. Iuncta gloſ. 32. q. prima. dixit dominus. M. vel non.

Violenta ſuſpitio quæ ſit.

Violenta eſt viri ſuſpitio, ſi reperit vxorem ſolam cum ſolo, nudam cum nudo in eodem lecto, vel loco ſecreto, aut ad hoc apto: Quia tunc iudicio eccleſiæ poteſt eam dimittere. Et ſi conſtat ſibi, ꝙ vitæ ſuæ vxor inſidietur, quod etiam eſt econuerſo. De reſti. ſpo. ca. litteras. §. ſi. ſecundum domi. Anto. de But. in cap. 1. De diuor.

Si non correxit vxorem perſeuerantem in adulterio, eſt mortale, quia patronus illius turpitudinis eſt. 32. q. 1. c. 1. & S. Bo. in quarto diſt. 35. M.

Si vir cum eſſet occulte adulterans dimiſit vxorem publicę adulterantem, eſt

mortale, quia tunc ius non deficit vxori; ſed iuris probatio. 32.q.5. per totum.

Acceſſorie, de vxore erga virum.

Si vxor pertinaciter inobediens exiſtit viro, in his quæ ad regimen familiæ pertinent, & domus diſpenſationem, videtur mortale, quia in talibus viro ſubijcitur: ſecundum Richar. in quarto. diſt. 38. art. 4. q. 1. Vel ſi propter hoc ad blaſphemias Dei, virum prouocauit. M.

Si vxor contra viri volũtatem vult pertinaciter domum regere, cum viro ſubijciatur de iure diuino, & humano. Gen. 3. l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. 32. quæſtio. 5. Eſt ordo. M.

Si vxor inuito viro non ex neceſſitate egritudinis, ſed ex libito voluntatis, aut etiam deuotione comam amputauit, mortale eſt: & videtur excommunicata. diſti. 30. c. Si qua mulier, ſecundum Epiſcopum Brixien. in repertorio. M.

Si noluit virum ſequi domicilium tranſferentem, quæ eum tunc ſequi tenetur. 13. q. 2. vnaqueq;. M.

Vbi vero ex iuſta cauſa vxor virũ ſequi

nolit, vt quia ille eſt vagabundus, non tenetur. Ar.ff.de oper.liber.l.Quod niſi.§.Ex prouincia. Hæc glo. in ca.1.De his, qui ma. accu. poſſunt.

Si viro inobediens extitit, cum præciperet eam dimittere ſuperfluas vanitates, & mores laſciuos, ad quod tenetur, cum ſit in viri poteſtate.32.q.4.de muliere. M.

Si noluit alere maritum, ſocerum, vel filios alterius matrimonij, ad quod tenetur ſecundum Bal. in l. Si cum dotem.§.Sin autem ex ſeuiſſimo.ff.ſolu.matri. M.

Non tamen tenetur vxor alere virum bannitum. vt .ff. de dona. inter virum, & vxorem.l.Stipulata, & in tex. & in glo.

Si vxor aliquid de facultatibus viri ſubripuit, mortale eſt. Nam & accuſari poteſt de furto, ſecundnm Bal. in l.1.ff. rerum amotarum, niſi pro ſua vel filiorum neceſſitate ſubripuiſſet. Et cum vir ad talia teneatur, poteſt, vt hic ſubijcitur. M.

Si ſibi inuicem vir, & vxor, in neceſſitatibus mutuum auxilium, & obſequiũ non præſtiterunt, quia ad hoc tenent, ſecũdum glo.3.in ca.3. De conuer. coniuga. M.

Acceſſorie de matre erga filias.

SI mater ſuaſit filiæ, vel permiſit eam exiſtentem ſub eius dominio, fucis colora-

re,

re ad fingendum colorem, quem naturaliter non habet, in vtraq; eſt mortale: filię, quia non licet; matri, quia cohibere tenetur. Alex. de Ales in quarto tractatu, de euchariſtia. Et Tho. ſecũda ſecundæ. q. 169. vbi ait; Fingere pulchritudinẽ nõ licet, ſed occultare turpitudinem ex egritudine ſuperuenientem. 30. diſtinct. ſi quis dereliquerit. M.

Fingere faciem pulchritudinem.

Coniugatis tamen mulieribus meliorare colorem naturalem ad placẽdum viro proprio, poteſt non eſſe peccatum ale. Ibidem.

Si permiſit filiã innuptam inhoneſto habitu vti, vt in publico pectus, & colla nudando, & huiuſmodi. Ale. vbi ſupra, & Thom. M.

Virgo nubilis plus aliquantulum ſe ornare poteſt ad placendum illi quem in virũ intendit accipere, dummodo ornatus non prouocet ad libidinem. Alex. ibidem.

Si filiam ſponſam (maxime de futuro) ſcit tactibus enormiter turpibus cõtrectari a ſponſo, & tolerat, ſecundum Ale. vbi ſupra. M.

Si permittit filiam ſe ornare exceſſiue vltra ſui ſtatus condecentiam, vt plebeia cũ ſe ęquari vult nobilibus, ſecundum Alexã. vbi ſupra. M.

Si tollerat filiam viros procari in domo, vel extra, vel ſuſpectam habere mulierum

ſocietatem, quæ illam in fornicationis periculum deducant. 1. Thi. 5. M.

Si filiam ad choreas maximè dominicis diebus perduxit; vtriſq; eſt mortale. Ric. in 3. diſt. 37.

Si ſciens filiam turpiter agere, nec illam corripit, cum poßit. Alex. vbi ſupra. M.

Si pater, & filius egent, & mater eos nõ alit, vt tenetur. ff. de nego. geſt. l. Ex cuius.

Acceſſorie, de inobedientia principis.

SI principi iuſtum principatum habenti, noluit obedire in his, quæ ſunt ſecundum rectam patriæ conſuetudinem, & ſtatuta, vel in quibus tenetur, vt in tributis, & vectigalibus, & huiuſmodi. S. Bona. in ſecundo: diſtin. vltima. & Alex. in tertio, in expoſitione quarti præcepti. M.

Principi tamen vſurpatũ principatũ habenti, vel iniuſta præcipienti, ſubditus non tenetur obedire, niſi forte per accidens, vide licet propter ſcandalum vitandum, vel periculum. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 102. arti. 6. Idem Richard. in ſecundo. diſtin. vlt. de quo infra in peccato vaneglorię.

Si timore mortis obediunt principi contra Dei præcepta. S. Bona. in ſecundo. diſt. 39.

39.art.2.q.2.11.q.3. *Qui reſiſtit.* & *ca. Si domus. M.*

At vero metus cadens in conſtantem viрum, vt mortis, cruciatus corporis, vel amiſsionis temporalium, & ſi non excuſet contra Dei præcepta facientem, excuſat tamen agentem contra eccleſiæ mandata: ſecundum glo. in c. Sicut. de cõſecra. di. 50. & c. Sanctum: De Conſecra. diſt. 4. Timor cadens in conſtãtem viru

Caput Quintum.

Non occides.

QVINTO *præcepto propriè prohibetur corporalis occiſio: improprie, & ex conſequenti occiſio ſpiritualis, quæ eſt perſuaſionem mali, vel per factum minus rectum præbẽs occaſionem ruinæ. Vel ſi occiditur in aliena conſcientia per detractionem, vel in propria per odium. Alexan. in tertio volumine. in expoſitione quinti præcepti.* Quintũ præceptum. Homicidiũ in ſua, vel alterius conſcientia.

Si iniuſte facto, mandato, vel conſilio hominem, occidit, mutilauit, vel debilitauit, & nolit ei vel eius hæredibus ſatisfacere, compenſata facultate ſua, qualitate læſi, & quantitate damni, quod incurrit ipſe, vel ſui in operis perditis, perpen-

dis,

ſocietatem, quæ illam in fornicationis periculum deducant.1.Thi.5. M.

Si filiam ad choreas maxime dominicis diebus perduxit; vtriſq; eſt mortale. Ric.in 3.diſt.37.

Si ſciens filiam turpiter agere, nec illam corripit, cum poſsit. Alex. vbi ſupra. M.

Si pater, & filius egent, & mater eos nõ alit, vt tenetur.ff. de nego.geſt.l.Ex cuius.

Acceſſorie, de inobedientia principis.

SI principi iuſtum principatum habenti, noluit obedire in his, quæ ſunt ſecundum rectam patriæ conſuetudinem, & ſtatuta, vel in quibus tenetur, vt in tributis, & vectigalibus, & huiuſmodi. S. Bona. in ſecundo: diſtin. vltima. & Alex. in tertio, in expoſitione quarti præcepti. M.

Principi tamen vſurpatũ principatũ habenti, vel iniuſta præcipienti, ſubditus non tenetur obedire, niſi forte per accidens, videlicet propter ſcandalum vitandum, vel periculum. Thom. ſecunda ſecundæ.q.102.arti.6. Idem Richard. in ſecundo. diſtin. vlt. de quo infra in peccato vaneglorię.

Si timore mortis obediunt principi contra Dei præcepta. S. Bona. in ſecundo. diſt.

39.art.2.q.2.11.q.3. Qui reſiſtit. & ca. Si domus. M.

At vero metus cadens in conſtantem vi rum, vt mortis, cruciatus corporis, vel amiſsionis temporalium, & ſi non excuſet contra Dei præcepta facientem, excuſat tamen agentem contra eccleſiæ mandata: ſecundum glo. in c. Sicut. de cõſecra. di. 50. & c. Sanctum: De Conſecra. diſt. 4. Timor cadens in conſtãtem virũ

Caput Quintum.

Non occides.

QVINTO præcepto propriè prohibetur corporalis occiſio: impropriè, & ex conſequenti occiſio ſpiritualis, quæ eſt perſuaſionem mali, vel per factum minus rectum præbẽs occaſionem ruinæ. Vel ſi occiditur in aliena conſcientia per detractionem, vel in propria per odium. Alexan. in tertio volumine. in expoſitione quinti præcepti. Quintũ præceptum. Homicidiũ in ſua, vel alterius conſcientia.

Si iniuſte facto, mandato, vel conſilio hominem, occidit, mutilauit, vel debilitauit, & nolit ei vel eius hæredibus ſatisfacere, compenſata facultate ſua, qualitate læſi, & quantitate damni, quod incurrit ipſe, vel ſui in operis perditis, perpendis,

ſocietatem, quæ illam in fornicationis periculum deducant. 1. Thi. 5. M.

Si filiam ad choreas maxime dominicis diebus perduxit; vtriſq; eſt mortale. Ric. in 3. diſt. 37.

Si ſciens filiam turpiter agere, nec illam corripit, cum poßit. Alex. vbi ſupra. M.

Si pater, & filius egent, & mater eos nõ alit, vt tenetur. ff. de nego. geſt. l. Ex cuius.

Acceſſorie, de inobedientia principis.

SI principi iuſtum principatum habenti, noluit obedire in his, quæ ſunt ſecundum rectam patriæ conſuetudinem, & ſtatuta, vel in quibus tenetur, vt in tributis, & vectigalibus, & huiuſmodi. S. Bona. in ſecundo: diſtin. vltima. & Alex. in tertio, in expoſitione quarti præcepti. M.

Principi tamen vſurpatũ principatũ habenti, vel iniuſta præcipienti, ſubditus non tenetur obedire, niſi forte per accidens, vide licet propter ſcandalum vitandum, vel periculum. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 102. arti. 6. Idem Richard. in ſecundo. diſtin. vlt. de quo infra in peccato vaneglorię.

Si timore mortis obediunt principi contra Dei præcepta. S. Bona. in ſecundo. diſt. 39.

39.art.2.q.2.11.q.3. Qui reſiſtit. & ca. Si domus. M.

At vero metus cadens in conſtantem virum, vt mortis, cruciatus corporis, vel amiſsionis temporalium, & ſi non excuſet contra Dei præcepta facientem, excuſat tamen agentem contra eccleſiæ mandata: ſecundum glo. in c. Sicut. de cõſecra. di. 50. & c. Sanctum: De Conſecra. diſt. 4.

Timor cadens in conſtãtem virũ

Caput Quintum.

Non occides.

Quintũ præceptum.

Q VINTO *præcepto propriè prohibetur corporalis occiſio: impropriè, & ex conſequenti occiſio ſpiritualis, quæ eſt perſuaſionem mali, vel per factum minus rectum præbẽs occaſionem ruinæ. Vel ſi occiditur in aliena conſcientia per detractionem, vel in propria per odium. Alexan. in tertio volumine. in expoſitione quinti præcepti.*

Homicidiũ in ſua, vel alterius conſcientia.

Si iniuſte facto, mandato, vel conſilio hominem, occidit, mutilauit, vel debilitauit, & nolit ei vel eius hæredibus ſatisfacere, compenſata facultate ſua, qualitate læſi, & quantitate damni, quod incurrit ipſe, vel ſui in operis perditis, perpen-

dis,

dis, & expenſis medicorum ad arbitriũ boni viri, ſecundum Richardum in quarto, diſt. 15. ar. 5. q. 2. c. 1. de iniurijs vbi glo. & d. capitulo. Si quis viduam. 50. diſt. M.

Reſtitutio ad q̃ tenetur q occidit vł mutilauit.

Occidẽs tenetur ſuſtentare quos occiſus, ſuo labore ſuſtentabat. Sed mutilans tenetur ad expenſas medici, & ad operas amittendas toto tempore vitæ mutilati. dicto c. 1. & ff. ad legem Acquiliam l. Qua actione.

Item ad conſolationes afflicti cui ſe humiliare tenetur, Scotellus. & Landul. in 4. diſt. 15. Et Specu. titu. de iniurijs. §. ſequitur. verſi. Sed nunquid.

Sed homicida, & mutilans nec talibus cooperans non debet abſolui, niſi præmiſſa ſatisfactione. 23. quæſtio. 8. Si quis membrorum.

Si percuſſit fœminam prægnantem quæ fecit abortiuum, & nolit perſoluere expenſas quas circa eam maritus fecit, & ſi mortua eſt, tenetur, vt homicidia: Gerar. Obdo. in quarto diſt. 15. M.

De homicidio quod committitur facto.

Homicidiũ effectuale.

SI dominus ſeruum ſuum occidit, vt homicida tenetur. diſt. 50. Si qua fœmina iũcta glo. M.

Si

Si aggredientem ſe occidit cum potuiſſet ſe ſaluare fugiendo, vel adiutorium inuocã do, vel per aliam viam, aut iam accepto vulnere mortis. homicida eſt. Ri. in tertio. diſt. 37. ar. 3.

Qui tamen probabiliter timens occidi prius occidit aggreſſorem; non eſt homicida ſecundum dominum Cardi. in Cle. 1. De homici.

Item qui bannitum interfecit, ex forma ſtatuti, quia ſicut eſt executor iuſtitiæ vt notat. in. l. Accuſati. C. Quod me. cau. non eſt homic. ſecundum Bal. in repetitione. l. 1. C. Vnde vi. Et ſecundum dominum Marianum in ca. Ad audientiam: De homici. Vel ſi mulier ſtuprare ſe volentem occidit, non tenetur, ſecundum Alex. in tertio in expoſitione huius quinti præcepti. Bannitorum interfectores.

Si diurnum furem occidit, niſi telo ſe defendat homicida eſt. ff. de ſicca. l. fure extra: De homic. Si perfodiens. Et ſecundũ Alex. vbi ſupra. M. Fures diurni occiſores.

Nocturnum vero furem ſi occidit, non valens diſcernere, vtrum furandi cauſa aut occidendi venerit, non tenetur: ſecundum Alexand. de Ales vbi ſupra. Nocturni fures interẽptores.

Si cum alijs concertando ſecundum conſuetudinem patriæ vt Neapoli, vbi pueri inuicem certant groſſis lapidibus, alium perimit mortaliter peccauit, dando operam

rei illicitæ: ſed non vt homicida punitur. Ex quo talia auctoritate publica conceduntur. & hoc ſecundum Bal. vt refert, & ſequitur Ioan. de Ana. in ca.1.de tornea. vbi rationem ponit. Quia in ludo permiſſo omnia intelliguntur conceſſa ſine quibus talis colluctatio expediri non poteſt.l.2.cum ibi notat.ff. de iuriſd. om. iudi. In foro tamen cōſcientiæ crederem pœnitentiam iniungendam, vt homicidę. Dat enim operam ſpectaculo cruento, quod & lege prohibetur. C.*de gladia.l.*1.*& extra de tornea.c.*1. *M.*

Dantes operam rei illicitæ, quid ſi occidantur.

Si ſimul cum alijs vulnerauit eum qui mortuus eſt putatur homicida, ſi non poteſt ſciri cuius vulnus illi mortem intulit. Et hoc ſecundum Hoſtien. extra: De homici. ca. Signaſti el.2. M.

Si in rixa interfectus quis reperitur, & neſcitur a quo: omnes tenentur, qui aduerſarij erāt, ſecūdū Goſ.in eo.c.Significaſti. M.

Si interficit letaliter vulneratum homicida eſt: vt in ca. Exigit. de verbo. ſigni. lib.6. M.

Si quis tamen ludendo ſocium occidat, non punitur vt homicida.extra: De homici. c. Lator.&.ff.ad.l.corne.de ſicca.l. 1.

Si fortuito hominem occidit dando operam rei illicitę; vt proijciendo lapidem, vel ſagittam per locum per quem erat publicus hominum inceſſus; vt di.l.c.di.& extra:

tra: De homici.c.ſicut ex literarum. M.

Si fortuito hominem occidit dando operam rei licitæ, non tamen adhibita debita diligentia, vt verberando puerum, cauſa diſciplinæ, non remouit cutellum a corrigia qua eum verberabat, qui exiliens de vagina vulnerauit, & occidit eum: De homi.c.ad audientiam. M. Fortuitũ homicidium.

Si ebrius hominem ignorãter occidit homicida eſt; quia ipſe fecit cauſam ignorandi, ſcilicet ebrietatem, ſecundum Alex. in 3. In expoſitione quinti præcepti. M.

Si clericus pro defenſione rerum ſuarum hominem occidit, vel etiam verberauit, mortaliter peccauit extra: De reſti. ſpo. c. Olim cauſam. Abb. Siculus in capitulo clerici officia.de vi.& ho. cleri. M.

Poſſũt tamen clerici occidere alium pro ſua defenſione, vel etiam proximi, a quo non poſſunt alias iniuriam propulſare, vt in Cle. ſi furioſus: De homi. Et 23.q.3. Maximianus, tamen in ſecundo caſu irregularis efficitur. Abbas in eo.c.clerici officia. Similiter & laicus ſi occidit clericum pro defenſione rerum ſuarum, licet irregularitatem incurrat, tamen non videtur homicida; ſecundum do. Marianum in capi. Ad audientiam. extra: De homici.

Si indicauit fugientem iniuſte, quærentibus, atq; ex hoc occidentibus, homicida Indicans fugientem homicida reputatur.

da eſt ſecundum do. Marianum, vbi ſupra.

Si voluntarie dedit cauſam homicidio, vt miniſtrando arma ei qui iniuſte interfecit, vel ducendo hominem per viam in qua ſciebat eius hoſtes latere ad occidēdum. vel hominem inſtruendo, quomodo poſſit alium occidere, ſecuto homicidio, vt homicida tenetur, ſecundum do. Marianum ibidem. M.

Solita nocere animalia q tenet, mortaliter peccat, ſi grauiter nocet.

Si vrſum, aprum, vel leonem conſuetum nocere ſiue ligatos qui tenuit, ſiue non, ſi aliquem occiderunt, homicida eſt ſecundū glo. in c. de occidendis. 23. q. 5. M.

Si mulier reperit infantem iuxta ſe ſine alio intermedio ſuffocatū: vt homicida tenetur 2. q. 5. Cōſuluiſti. Et in foro pęnitētiæ & l. quinq; annorum eſt pęnitentia imponenda, vt in qualibet ſeptimana tot dies ieiunet ar. c. Si qua femina diſt. 50. M.

Si vero culpa leuis præceſſit, vt quia in eodem lecto tenebatur, ſed in loco remoto, trium annorum poteſt imponi pęnitentia. d. c. ſi qua femina. Vbi autem nulla culpa præceſſit, vt quia repererunt mortuum in cunabulis nulla pęnitentia debet imponi; vbi eſt ambiguum vt quia minus, quā oportet infantis conſtrinxit membra, aut minus diligenter attendit; aliqua eſt imponenda pęnitentia. Ab. in c. 1. De his qui fili. occi. ſed tamen arbitrio diſcreti confeſſoris pęnitentia eſt temperanda: extra: De pęn. & remiſ.

m iſ. cap. Deus qui.

Si vir, vel mulier quocunque modo procurauit cum effectu fetum iam animatum abortiri, homicida fuit. 32. q. 2. Quod vero, & c. Moyſes. ff. De penis. l. ſi quis aliquid. M.

Aborſum curare iam animati hominis.

Fetus vero eſt animatus in 60. diebus ſi maſculus: ſeu. 40. ſecundum Fran. de mayro in ſermone de annuntiatione: ſed femina ir 80. ſecundum Auguſtinum, ſuper Ioan. ſecundo cap.

Fetus animati tẽpus.

Si mulier præter intentionem dedit cauſam aborſui, vt nimium chorizando vel grauioribus ponderibus indiſcrete ſe ſubdẽdo non excuſatur a mortali extra, De his qui fili. occi. ca. de infantibus. M.

Si dubiũ eſt an fetus fuerit animatus, ſimiliter eſt homicida, ſecundum glo. in ca. Si aliquis: De homici. M.

Si propter ludum periculoſum fetum animatum mulier abortiuit ambo ſunt homicidæ, ſecundum. Io. An. & do. Ab. in capitulo. Sicut, de homici. M.

Secus ſi ludus ſit gracilis, & non periculoſus, & a domeſticis cum muliere habitus, ſecundum eoſdem.

Si videns conſtitutum in extrema neceſſitate non ſubuenit cũ poſſet, dicitur occidiſſe. diſt. 86. paſce. & Alexan. de Ales in tertio in expoſitione huius quinti præcepti. M.

Si impuliſti aliquem in alium, & alter

eorum

eorum mortuus eſt, teneris, vt homicida, ſecundum Vgolinum, & dominum Dominicum, in c. Sępe. diſt. 50. M.

Si mortem alterius concupiuit, vt eius bona haberet, vel prælationem, vel vxorem, vel ne eius curam gereret, mortale eſt. Quia ex auaritia, vel luxuria, vel accidia procedit. M.

De homicidio mandati.

Homicidiũ demandatũ. *SI mandauit occidi Petrum apium, & occidit Petrum ticium tenetur mandans, vt homicida in foro contentioſo do. Marianus in ca. Ad audientiam; extra: De homi. M.*

Si mandauit occidi Chriſtianos per aſſaſſinos, eſt excommunicatus; etiam ſi non ſit ſecutus effectus: extra: De homi. in cap. 1. lib. 6. M.

Tamen ſi reuocato mandato; mandatarius occidit; non tenetur mandatus, ſecundum Spec. titul. deleg. §. iuxta verſu. Idem quoq;.

Si mandauit, ꝙ quis verberaretur, & non occideretur, vel mutilaretur, ſi tamen occiſus eſt, mandans eſt homicida; ſecundum eundem. ibidem. M.

Si ſuperior iuſſit, vel conceſſit fieri torneamenta, vel alium ludũ, in quo ſit mortis peri

periculum, ſi quiſquam inde moriatur, vt homicida tenetur. extra, De tornea. ca. 1. Et ibidem.

De homicidio conſilij, quod fit conſilio.

Si homicidium conſuluit vel ſuaſit, nec reuocauit tempeſtiue, ſi conſultus perpetrauerit tenetur, vt homicida. Ar. ff. mandati. l. ſi mandaſſet: De procura. ca. mandato. de pęn. diſt. 1. periculoſus. M.

Si conſuluit homicidium eius gratia cui conſuluit, niſi diſſuaſerit conſulto, & etiã certificauerit occidendum tacito nomine cõſulti, ſi ſequatur homicidium, vt homicida tenetur, ſecundum Io. An. & domi. Ant. de But. in capitu. Ad audientiam: De homi. M.

Si in bello iniuſto ſuaſit iactum bombardę, ex quo quis occiſus eſt, vt homicida tenetur. ar. c. De cætero: De homici. ſecundũ Inno. Hoſtien. & Io. An. in d. ca. Ad audientiam. M.

Si conſuluit, ꝙ iniuſte & proditorie caſtellum capiatur, ex quo quis interfectus eſt, tenetur, vt homicida, ſecundum Inno. & Io. An. ar. in eod. ca. Ad audientiã, de homi

mici. M.

Si conſilio retraxit volentem liberare hominem ab iniuſta morte, homicida eſt, ſecundum Spe. in titu. delegato. M.

Si iniuſte condemnatum ad mortem valens liberare, noluit liberare, contra illud Prouer. 34. Erue eos, qui ducuntur ad mortem ſumma. Rayne. M.

Iuſte condemnato compatiendum magis quam fauendum, ſecundum Aug. lib. 10. confeſsionum: Amet enim fraternus animus, quod amandum eſt, & doleat quod dolendum eſt, Rayneriana.

Si plures ſimul aliquem occiderunt, vel vulnerauerunt, & eorum aliquis non vult teneri inſolidum, vt obligatur; cui tamen alij tenentur reficere pro rata partæ, ſecundum Bar. in l. ſi vero. ff. de furtis, M.

Si pluribus vulnerantibus qui in capite ſolo letaliter vulnerauit nolit inſolidum ſatisfacere, quando ille mortuus eſt: Aut ſinguli pro ſuo vulnere, quando non dignoſcitur: nec ille mortuus ſit. vt in ea. l. §. Si duo, ſecundum. Bar. Ibidem. M.

Si præſtans auxilium in occidendo, vel vulnerando nolit acceſſoriè teneri, vt obligatur, ſecundum Bartol. vbi ſupra. M.

Capu

Caput Sextum.

Non mechaberis.

Sextum pręceptum.

SEXTO *præcepto ſecũdum Aug. prohibetur. Omnis illicitus coitus, & illorum membrorum; ſcilicet genitalium omnis illicitus vſus, qui per nouem differentias diſtinguitur, ſecundum Alexan. de Ales in tertio volumine, in expoſitione huius pręcepti, qui inferius annotantur. De quibus ſic interrogetur pęnitens.*

Fornicatio ſimplex.

Prima differentia.

SI ſolutus a vinculo matrimoniali ſolutam cognouit, vt meretricem, viduam, vel concubinam. 36. q. 1. §. 1. & 32. q. quarta. ca. Nemo. M.

Si vult retinere concubinam non eſt abſoluendus vbi periculum eſt recidiui, vel ſcandalum populi, quia non eſt verè contritus, ſed eam a ſe ſeparare tenetur, quamuis illam non amplius cognoſcere intenderet ſimul habitando, ſecundum Sco. in 4. d. 15. M.

Stuprum.

Secũda differentia.

S I virginis integritatem corrupit. 36. q.1.§. Cum ergo. extra: De adul. ca. 2. M. Tenetur ſic ſtuprans ducere eam, ſi promiſit, in vxorem, patre conſentiente: (quo nolente) eam dotare tenetur in foro conſciẽtiæ; extra: De adulte.c.1.vbi ait glo. Dotabit eam iuxta facultates ſuas, & dignitatem puellæ.C.de epiſcopali audiẽ.l.1.Et nota, ꝙ ad prædicta tenetur corruptor, ſi eſt minoris, vel ęqualis conditionis, cum illa: Secus ſi eſt multo melioris conditionis, vel ſi aliud euidens ſignum fraudis appareat; per quod præſumi poteſt, quod eſt non decepta, ſed ſe decipi finxit: ſecundum Tho. & Alber. in quarto. diſt. 38.

Adulterium.

Tertia differentia.

S I alterius thorum, ſiue vxorem violauit: & ipſe eſt vxoratus, duplex eſt adulterium. Quas circunſtantias confiteri tenetur. 36. q.1.§.1. M.

Dos prop. adulteriũ nõ acquiritur.

Quamuis propter adulterium manifeſtũ vxoris vir poſſit eam propria auctoritate de domo expellere, & ei debitum negare: tamen dotem nõ lucratur, vel econuerſo vxor donationẽ propter nuptias, niſi prius

fue

fuerit ſecuta ſententia de adulterio. Et hoc ſecundum Hoſt. Io. cal. & do. Abb. in ca. ſi. De adulte.

Si adulter, & adultera non ſatisfaciunt pro conſumptis, & habitis a filio ſuo adulterino, vt tenentur legitimis hęredibus: adulter de facultatibus ſuis: adultera de paraſrenalibus (ſi habet) vel dote, quando timet rem viro manifeſtare, propter periculum mortis, vel diffamationis. vt ca. Officij: De pęn. & ibi glo. & Abb. & Sco. in 4. diſt. 15. M.

Filij adulterini, ex hære dum faculta tibus nõ sũt educandi.

Raptus.

S I de domo patris puellam rapuit violenter, vt eam haberet vxorem: & illa inuita, vel parentibus, aut vtriſq; (quod grauius eſt) 36. q. 1. §. 1. Huiuſmodi autem raptoris pęna eſt, vt morte mulctetur, vt ibi dicitur. Quod eſt ſimiliter, ſi monialem nõ ſolũ rapiat, ſed ſi rapere attemptet. 36. q. 2. cã. ſi quis. M.

Quarta differentia.
Morte mulctãdi inuitarũ virginum raptores, & qui rapere moniales attentant.

Inceſtus.

S I conſanguineam vel affinem, vel commatrem, vel filiam ſpiritualem cognouit, vel econuerſo. 36. q. 2. §. 1. & Alex. de Ales in 3. vol. huius ſexti præcepti. M.

Quinta differentia.

Cognoſcens autem affinem, hoc eſt conſanguineam vxoris ſuæ vſq; ad quartum gradum, vel econuerſo, debitum à coniuge petere non poteſt: vt extra: De eo qui cogno.conſan. vxo. ſuæ.c.1. niſi per epiſcopum ſecum fuerit diſpenſatum.

Sacrilegium.

Sexta differentia.

SI cognouit monialem, vel mulier à religioſo, aut clerico in ſacris conſtituto cognita eſt, vel commater, vel filia ſpiritualis. Alex. de Ales, in tertio volumine huius ſexti præcepti. 27. quæſt. 1. Virginibus. M.

Cognoſcens monacham communione priuatur ſi eſt laycus; ſi clericus eſt, in monaſterium detrudatur, & ipſa quoq; in artiori monaſterio. 27. q. 1. Si qua. De iure ciuili laycus huiuſmodi decapitatur, & bona eius, monaſterio violatæ vendicantur per epiſcopum, vel officiales ciuitatis, ea. q. 5. Si quis rapuerit.

Mollicies vel immundicia contra naturam.

Septima differentia.

SI extra vas ſeipſum polluit manibus, vel alio modo. Alexan. de Ales in 2. volu-

mine

mine, tractatu de luxuria, habita hac ſpecie, de modo quem tenuit; confeſſor vltrà non interroget. M.

Sodomia.

Si cum maſculis eſt turpitudinem operatus. M. Octaua differentia.

Si etiam vxorem extra vas cognouit. M.

Si femina cum femina eſt turpitudinem operata, 32. q. 7. c. Adulteri. & c. Offerebat, & Alex. de Ales vbi ſupra. M.

Ad deteſtationem huius criminis talibus dici poteſt, ꝙ pœna eorum eſt. Primo, quia ſunt infames ipſo iure. ff. De poſtulan. l. 1. §. remouetur. Inſti. De publi. iudi. §. ſecũdo. Secundo, morte mulctandi. C. De adulte. l. cum vir, & Auctẽ. vt non luxu. contra natu. §. 1. coll. 6. Et de iure canonico. Si eſt laycus, debet excommunicari, ſi clericus in monaſterio, ad agendam penitentiam detrudi. Et hi ſunt filij diffidentię. i. de quorum ſalute diffidendum eſt, vt, De exceſ. prȩla. c. Quicunq;. Et grauius eſt hoc peccatum, quam matrem cognoſcere. dicto capitu. Adulterij.

Beſtialitas.

Si cum brutis coiuit, quod eſt in pec- Nona differentia.

catis luxurię grauiſſimum, ſecundnm Tho. ſecunda ſecundę. q. 154. M.

Si alium induxit, vel mediator luxuriæ pro alio fuit, aut alium per ſe mediatorem fecit: vel munera miſit, dedit, vel recepit amore libidinoſo. Alexan. vbi ſupra. M.

Sequitur de ſenſibus impudicis.

SI viſu concupiſcendo luxuriatus eſt. Matth. 5. ca. Qui viderit, &c. & Criſo. Non ad hoc oculos tibi fecit Deus, vt per illos introducas adulterium. Alex. de Ales in ſecundo trac. de luxuria. M.

Si verba ſcurrilia luxuriæ deliberatę dixit, cantauit, vel libenter audiuit. Alex. vbi ſupra. & Tho. 2. 2. q. 154. vel ſi litteras amatorias miſit, vel recipit. M.

Si amplexatus eſt quemcũq; ex mala cõcupiſcentia. Alexand. & Thom. vbi ſupra. M.

Si in propria vxore prædicti tactus, & oſcula, multum enormes fuerint, ſecundum quoſdam mortalia ſunt. M.

Si propter tactum, oſcula, amplexus, aſpectum in alterius faciem defixum, ſermonẽ turpem loquendo, vel audiẽdo, ſe probabi

habiliter expoſuit periculo. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 154. articulo. 4. Rayneriana in verbo luxuria. M.

Tamen ſecundum Bon. in 4. diſt. 31. Iocari, & delectari cum propria vxore affectu maritali, veniale eſt.

Acceſſoria de doctrina ſeruanda confeſſoribus.

CONFESSOR *cautus ſit, vt habita peccati ſpecie non diſcedat ad alias turpes circũſtantias, ne ſibi tentatio, & pęnitenti malorum incognitorũ ſit inſtructio, & aliquando ſcandalizatio, ac talium poſtea in plateis decantatio, ſacramentiq́; deriſio. Vnde Prouerb. 11. Inueſtigator malorum opprimetur ab eis. Turpia ergo per circumlocutiones, confeſſor interroget caute, vt ille qui fecit intelligat ſi non fecit non adiſcat. Quoniam ſi factum minime dixerit, confeſſor excuſatus erit. Non autem ipſe pęnitens, vt dicit Sanctus Bonau. in 4. diſt. 17. & 19.* Cautela cõf. circa turpia.

De ſtatu matrimoniali.

SI *exiſtens in peccato mortali, vel excõmunicatus ſcienter matrimoniũ cõtraxit*

mortaliter peccauit: De cle. excõ. mi. cap. ſi. 3. q. 4. Engeltrudam. M.

Si conſenſit in matrimonium verbo, & non voluntate, non eſt matrimonium verũ: vnde ſi cognoſcat vel cognoſcatur carnaliter, mortale eſt. Rich. in quarto: diſt. 27. ar. 1. quæſtio. 2. M.

Si voluntate cõſenſit in matrimonium ſine aliquo ſigno ſenſibili, vt annuendo capite, non eſt matrimonium. vt ca. Tuæ: De ſponſa; niſi ſequatur copula carnalis: De ſpõſa. Is qui: ſecundum Hoſtien. domi. Abb. & do. Anto. M.

Vide q̃ nunc tpis obſeruã da ſint, ex ſa cro Cõcilio Tridentino, Seſſ. 24. ca. 1.

Si contraxit in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, aut cum perſona obligata ad religionem, vel conſtituta in ſacris, excommunicatus eſt: vt ſupra, in prima parte, ca. 3. M.

Si contraxit matrimonium clandeſtine: ita ꝙ per teſtes probari non poteſt, vel non præmiſsis bannis in eccleſia vbi talis eſt con ſuetudo, vel a parentibus aut a propinquioribus vxore non petita, & ſi poſtea detegatur impedimentum dirimens, vt gradus prohibiti, filij ſunt illegitimi. ca. Cum inhibitio. & glo. ibi in verbo, Clandeſtina. extra: De clan. deſpon. M.

Si poſt votum continentiæ etiam non ſolemne, vel de intrando religionem, contraxit matrimonium, peccauit mortaliter.

Item

Item ſi cõſummauit per copulam. Item quo tieſcunq; poſteà exegit. Rich. in quarto, diſt. 38. Aſten. li.8.ti.16. M.

Si ſcienter contraxit cum habente votũ continentiæ. 17.q.2. Nouimus. Et directorium lib.1.ti.67. M.

Si contracta iam ſpirituali cognatione cum aliqua perſona, poſtea conduxit eam in coniugem, cum inter ipſos matrimonium conſiſtere non poßit. De cogna. ſpũ. ca. Veniens. Rich. in quarto diſtin.42. M.

Cognationis ſpiritualis triplex eſt ſpecies. Prima eſt paternitas, quæ contrahitur inter regeneratum, & regenerantem. Secunda compaternitas, quæ contrahitur inter regenerantem, & ſuſcipientem, ac ſuſcipientis coniugem, qui matrimonium iam conſummauerat. Et idem, de tenente in confirmatione: De cogna. ſpiri. Martinus; niſi regeneratus, vel tentus filius, ſit alterius coniugum tantum, qui ſolus tunc fieret compater, vel con mater. 30.q.4. Qui ſpiritualem. Nec etiam tranſmittitur ad cognitam fornicariè. Tertia eſt fraternitas, quæ contrahitur inter regeneratum, & filios carnalis regenerantis, c. Ex litteris. eo. tit. Richar. in quarto. di.42. Triplex cognatio ſpiritualis.

Sed ſi filij duorum compatrum, per quorum alterum contracta eſt compaternitas, ſimul contraxerunt, nullum eſt matrimonium Caue propter ſacr. conc. Trid.

nium.c.ſuper eo. De cogna.ſpiri. M.

Adoptiuus filius.

Si filius adoptiuus, ſiue tranſeat in poteſtatem adoptantis, ſiue non, contraxit cum filia eius non emancipata, nullum eſt matrimonium, c. vno: De cogna. lega. Et ibi Hoſt. dominus Ant. de Butrio, & alij. M.

Emancipata filia.

Machinãs in mortem cõiugis.

Si quis cũ effectu machinatus eſt in mortem viri ſimul cum illius vxore, quam poſtea duxit, nullum eſt matrimonium. ca. 1. De coniũ. in fide, ſecundũ Io. An. & Abb. Siculum in c. 1. De eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. M.

Si machinationi cum effectu, tantum ex parte vnius, iunctum ſit in adulterium, tunc, & matrimoniũ ſequens inter illos non tenet ſecũdũ Io An & Abb.ſicu.vbi.ſup.M.

Machinatio autem tantũ ex parte vnius, cum effectu, ſine adulterio, non impedit quominus matrimonium inter iſtos conſiſtere poſſit, ſecundum Io. And. & Abb.vbi ſupra. M.

Nota impedimentũ matrimonij.

Si quis dedit fidem mulieri, de ipſa ducenda in vxorem, viro eius adhuc viuente, & ſequatur adulterium, ſequens matrimonium nullum eſt: ſecus ſi non interuenit adulterium: Iohannes An. & Abbas. vbi ſupra. M.

Metus cadẽs in conſtantẽ virum, impediens matrimonium.

Si per metum cadentem in virum, vel mulierem conſtantem, vt eſt enormis læſionis induxit aliquem, vel aliquam, vt

matri

matrimonium contraheret, nullum eſt huiuſmodi matrimonium ca. Veniens. 2. & c. Conſultationi. § ſane: De ſponſa. Richar. in quarto, diſtinct. 29. art. 1. q. 2. M.

Si coactus metu dicere verba matrimonij mente non conſentiebat, mortaliter peccauit: ſecundum Scotum in quarto diſtinc. 29. M.

Si vxor per ſolam famã de morte viri nõ habendo certum nuncium fide dignum, qui & veriſimiliter de eius morte dicat, ſecundum virum accepit. c. In prſentia: De ſpõ. & ibi Abb. Sicu. M. Diffamatio mortis mariti.

Si mulier quæ ſecundum virum accepit, credat viuere primum virum, exigendo, & reddendo debitum peccat mortaliter. Duran. libro ſecundo, parte prima. diſtinct. 10. quæ. 8. M.

Si contractis ſponſalibus de futuro cum prima, poſtea contrahat cum ſecunda conſanguinea primæ, & cognoſcat eam, nullã iſtarũ habere poteſt. Io. And. in c. 1. de ſpõ. li. ſexto. M.

Si a prima dominica de aduentu, vſq; ad octauam Epiphaniæ incluſiue, & a ſeptuageſima vſq; ad octauam paſchæ incluſiue, & a primo die rogationum vſq; ad 7. dies. poſt Penthecoſtem incluſiue, nuptias celebrauit, vel vxorem ſolemniter traduxit, etiam ſi ſit vidua, vel carnalem copulam Vide q̃ nunc tpĩs obſeruãda ſint, ex ſacro Cõcilio Tridentino, Seſſ. 24. ca. 2.

con

conſummauit, contra capi. Non oportet, & ca. Capellanus: De feri. vbi hoc Ioã. An. Abb. & dominus Anto. de But. ſic tenent, & Richar. in quarto. diſtinct. 32. articu. 5. quæſtio. 1. M.

Contrahere autem matrimoniũ per verba de præſenti, in prædictis temporibus non prohibetur, vt in dicto capitulo. Capellanus, & Rich. vbi ſupra. M.

Si contractis ſponſalibus de futuro, contraxit cum aliquo de præſenti, & ſi prima ſponſalia iurata fuerunt, periurus eſt: De ſponſa. ex litteris. M.

Acceſſoria doctrina de debito coniugali.

Matrimonium clandeſtinũ deteſtatur eccleſia. Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 1. Vbi ritus obſeruandus optimus ꝓponitur.

SI matrimonio clandeſtinè contracto, nec dum in facie eccleſiæ manifeſtato, exigitur debitum, mortale eſt, quamuis reddẽs non peccet. Richardus in quarto. diſtin. 38. art. 2. quæſt. 3. M.

Si ante benedictionem nuptialem, ſine benedictione vel iuſta cauſa cognouit vxorem. Monal. in ſumma, & Richard. in quarto diſt 38. M.

Si conſenſerit viro contra naturam; propter quod, & vxor poteſt diuortium petere, ac virum dimittere. 32. quæſtione ſeptima

ma: Omnis, & c. Adulterij, Richar. & Hugo. M.

Si ex tactibus coniugis impudicis, ſecuta eſt pollutio. Alex. de Ales in ſecundo tractatu, de peccato coniugij. M.

Si vir cognita aliqua vxoris conſanguinitate, debitum petijt, vel etiam reddidit intentione ſatisfaciendi ſuę concupiſcentiæ: quod prohibetur, ſecundum ſanctum Bonauenturam in quarto diſtinct. 34. ſuper litteram. M. Conſanguinei côiuges.

Si vir a poſteriori parte ſtans in debito vaſe vtatur, propter libidinem, vel ſine cauſa legittima, vt pinguedinis, vel propter vitandum aborſum, eſt mortale ſecundum Monal. in ſumma. Sed Alex. in 2. tractatu, de peccato contra naturam dicit. Tales cauſæ non excuſant a toto, ſed diminuunt. M.

Si vir petijt debitum emiſſo voto continentiæ ab vxore ſua de ſui licentia, etiam in priuato data; videtur mortale. §. ex præmiſſis. 33. q. 5. Et Richar. in quarto diſt. 32. ar. 2. q. 2. Fran. de mayro. ea. di. S. Bon. ea. diſt. Hoc dicit eſſe verum ſolum quando in conſpectu prælati votum ſit factum. M. Debitũ qũo, & qñ nô debeat denegari.

Si vir non amore continentiæ, ſed intentione fraudandi vxorem, caſtitatem vouit, mortale eſt, cum exactus reddere debitum teneatur. S. Bon. in quarto. diſt. 32. ſuper litteram. M.

Si vxor emiſſo voto caſtitatis, ſine viri conſenſu, noluit exacta, debitum reddere, totiens fuit mortale. S. Bonau. vbi ſupra. M.

Si cognouit vxorem cauſa libidinis explendæ, hoc eſt, ꝙ eam cognouiſſet, etiam ſi vxor non fuiſſet. 32.q.4. Origo. S. Bon. & Ric. in 4. diſtin.31. M.

Si tempore ſacro ſolemnitatum, vel ieiuniorum, ex ſola voluptate cognouit vxorē, mortale eſt: ſecundum. S. Bon. in 4. diſt. 32. & glo. 33.q.4.in ſumma. M.

Si quocunq; die coniunx exactus non reddit debitum, quod ſine ſui, vel alterius cōiugis nocumento reddere poteſt, mortaliter peccat. Gerar. Obdo. in quarto. diſtinctio. 32. M.

Si noluit reddere debitum coniugi habenti morbum contagioſum, eſt mortale, quia contagium fit magis per aſpirationem, & reſpirationem cui remedium poteſt apponi. Gerard. Obdo. vbi ſupra.

Si pertinaciter coniugi debitum denegauit, etiam propter lepram, non licuit, quia eſt contra præceptum Apoſtoli, & eccleſiæ: De coniuga. lepro.c.2.Sco. in quarto.diſtin. 32. M.

Si cognouit vxorem pręgnantem, & groſſam cum periculo aborſus. Sco. vbi ſupra. M.

Si

Si ſcienter cognouit vxorem habentem ordinate menſtrua. Rich. & Sanctus Bona. in quarto.diſt.32. M.

Si mulier pertinaciter denegauit reddere debitum, propter menſtrua cum ſcandalo viri, vel periculo fornicationis. Alex.in 2. tractatu de peccato coniugum, & S. Bona. ea. diſt.32. M.

Si vxori in adulterio perſeueranti mani feſte vir debitum reddat, vel ab eo exigat. 32.q.1.ſicut;S. Bon.in 4. diſt.35. M.

Vir tamen reddens, vel exigens ab vxore, quæ manifeſte fornicata eſt; ſed correpta pænituit ſe; non peccauit. S. Bonau. & Rich. ea. diſt.35.

Si debitum deneganit coniugi, propter non habendam prolẽ. Rich. & Sanctus Bon. vbi ſupra.

Sed denegare poteſt coniunx coniugi de bitum occulte fornicanti; quando hoc ei cõ ſtat per ſigna probabilia. Sanctus Bonau.& Rich. d. diſt.35.

Si tempore communionis exigat debitũ, ſe reddit indignum communione. S.Bonau. in quarto,diſt. 32. M.

Si vir modo illicito ſe reddit impotẽtem ad debitum reddendum. Rich.in 4. diſt. 32. articu.1.q1. M.

Secus ſi per ieiunia, & vigilias. Idem. Vir tamẽ ſenex vel debilis exactus pluſquã

ſemel in die ab vxore iuuencula, non reddendo debitum non peccat, & vbicunq; vir, vel vxor ſentiat ex hoc ſibi nocumẽtum inferri. Gerar. Obdo. in quarto. diſt. 32.

Si vir vxori non reddit debitum, quando propter aliqua ſigna coniecturat, ꝙ vxor illud petebat. Richar. in quarto. diſt. 32. arti. 1. q. 2. M.

Si vxorem quam tradidit adulterandam poſtea cognouit. Richar. in 4. diſtinct. 35. ar. 2. q. 3. M.

Si poſt votum ſimplex continentiæ, vxorem accipiens, debitum petijt coniugale, totiens peccauit mortaliter. S. Bonauen. in 4. diſt. 38. articu. 2. quæſtio. 2. & Richar. ea. diſt. M.

Caput Septimum.

Non furtum facies.

Preceptum ſeptimum.

SEPTIMO precepto prohibetur nomine furti omnis illicita vſurpatio rei alienæ, ſecundum Auguſtinum ſuper Exo. 20. ca. Tria nobis eripi poſſunt.

Triplex bonũ quod põt auferri.

Primum eſt bonum corporale, de quo in quinto præcepto.

Secundum bonum ſpirituale, vt boni mores, & bona conſcientia.

Tertium

Tertium eſt bonum temporale, de quibus duobus hic agitur.

Sed cum ad dicendorum confirmationes leges ciuiles ſæpius inducantur. Sciendũ, ꝙ vt dicit Richar. in quarto. diſt. 15. articulo. 5. q. 8. Leges imperiales nõ contrarias iuri diuino, nec abrogatas per ius canonicum, nec per aliquam rationabilem cõtrariam conſuetudinem iura canonica obſeruari decreuerunt, vt diſt. 10. c. De capitulis, & in c. 1. De no. ope. nuncia. Quod etiam in foro conſcientiæ intelligendum eſt, ſecũdum Pe. de ancha. in cap. primo de cõſtitu. Et Bal. in. l. 1. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

De furto.

FVRTVM *eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa, inuito domino facta. ff. De furtis. l. 1.* Furtum.

Si putauit contrectare rem alienam inuito domino, qui tamen volebat, furtum eſt ff. e. l. Inter in fine. M.

Si vero putauit rem contrectare volente domino, qui tamen nolebat, non eſt furtum. ea. l. §. ſi forte.

Si filius patri vel quiſquam diuiti furatur, vt eleemoſynam inde faciat, ſi poteſt reſtituere tenetur. 14. q. 5. c. forte. M.

Si abſolute bona mariti, patris, vel filij,

caſtrenſia furetur, vxor, filius, vel pater, tenetur ad reſtitutionẽ. ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. ſi filios, & §. ante, autem, et 12. q. 2. qui abſtulerit. M.

Caſtrẽſe peculiũ quale ſit.

Peculium caſtrenſe eſt quod filiusfamilias propter militiam acquiſiuit, & quod ei in militia degenti donatur a parentibus. ff. de pecul. caſtren. l. Caſtrenſe. Quaſi caſtrenſe eſt quod doctor, medicus, vel aduocatus acquirit, aut etiam notarius. Si de burſa fiſcali ſalarium recepit. Aut dono, vel feudo a principe habito. Vel ſi eſt clericus, & ſucceſſione hereditatis, vel donatione parentum, vel intuitu perſonæ queſiuit. l. aduocati. C. *De aduoca. diuer. iudi. & l. cum multa.* C. *De ho. quam liber. & de teſta. capitu. 1. Bal. in. l. cum oportet.* C. *eo titu.*

Mutuũ, & depoſitum non reſtitutum.

Si rem ſibi mutuatam, vel apud ſe depoſitam, vel alias ad ſuas manus deuenientem, domino reſtituere non procurauit. ar. 14. quæſtio. 5. Si quid inueniſti. De hoc infra. M.

Vbi ſcandalũ timetũ non licet ad ſua damna reſarcieda aliqd ſubripere debitori.

Si cauſa ſatisfaciendi ſibiipſi rem debitoris ſubripuit, & timetur de ſcandalo contra ſe, vel cuſtodem, ꝙ fur putetur, vel ipſe conuincatur, & huiuſmodi, reſtituere tenetur, & rem re ponere in locum priſtinum ſecundum Innocen. & domi. Abba. in cap. Olim. 1. de reſtitu. ſpo. M.

Si

Si per viã iuris valens ſibiĩpſi conſulem, rem ſubripuit debitoris quamuis nullum ſcãdalum ſequi poteſt peccauit tamen licet non teneatur rem reſtituere; ſecundum Ioan. and. Et do. Abba. in eo. capit. Olim. & de hoc etiam infra in peccato auaritiæ. M. Neq; cum iuridice poteſt ſatisfieri.

Si furans rem minimam habuit intentionem furandi maiora ſi potuiſſet, mortale eſt. Secus ſi tantum rem illam. Rich. in quarto diſt. 15. ar. 2. q. 2. 14. q. 6. capitulo fina. mortale: vel non.

Si habens voluntatem furandi, timore humano deſiſtit: De pẽnitentia. diſt. prima Præterea. M. A furto deſiſtere ob timorem humanum.

Furans tamen in magna conſtitutus neceſſitate res vſu conſumptibiles, non valens alio modo ſubuenire, non peccat, nec perueniens ad pinguiorem fortunam reſtituere tenetur. Quia quod ſemel meum factum eſt, non deſinit eſſe meum. Alexan. de Ales in tertio, in expoſitione ſeptimi prẽcepti, & Gerar. Obdo. in quarto diſt. 15. de furtis c. Si quis per neceſſitatem. Nec eſt ei pẽnitentia imponenda, ſecundum glo. ibi. Sed, & qui tulit fauum mellis apum ſilueſtrium mellificantium in arbore alicuius, fur non eſt. ff. de furis, l. ſi apes. Res conſumptibilis ſublata tpe magnæ neceſſitatis, non eſt reſtituenda pinguiore ſubſequuta fortuna.

Si fur non reſtituat rem furtiuam ſecundum precium quo plus valuit a tempore cõmiſſi furti, vt tenetur. ff. de condi. fur. l. in re

furtiua, & ibi hoc Bal. M.

Exemplum ſi porcellus furatus, vel pullus equi factus ſit porcus, vel equus magnus licet quocunq; caſu eos amittat, tenetur ad reſtitutionem plurimi.

De obligatis ad reſtitutionem rapinæ, vel furti, propter participationem.

SCOT. & *ſummiſtę ponunt hos verſus.*

Iuſsio, Conſilium; Conſenſus; Palpo; Recurſus.

Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Iubens. *Si princeps, pater, vel dominus in domo iuſsit damnificari quemcunq; in rebus, vel in perſona præcipit, ſatisfacere damnum paſſo tenetur. De reſtitu. ſpolia. Cum ad ſedem ad ſi. De ho. ſicut dignum. §.2. M.*

Sicut mandator ita, & mandatarius in delictis obſequens pariter tenetur, quia in præcepto iniuſto magis Deo quam homini obtemperare tenetur. 11. q. 3. Iulianus: De ſenten. excommunica. relatum. & capit. mulieres. vbi, & glo. M.

Conſulens. *Si conſilio induxit fraudulento ad damnificandum eum qui alias hoc facturus non erat eo non reſtituēte, ipſe conſulēs reſtitue-*

re tenetur.ff.mandati.l.2.c. Cum olim, de ar bi. & c. Nullus: De re. iur. in 6. M.

Si conſilium fraudulentum fuit in cõtractu, vel quaſi tenetur conſulens, alio non ſatisfaciente, ff. De Dolo.l. Quod ſi cum res. glo. in dicto cap. Nullus. M. Exemplum. Si conſuluit ſcienter me vendere ei, quẽ ſciebat non habere vnde ſolueret, vel emere rẽ quæ non erat venditoris, aut accipere procuratorem negociorum meorum infidelem, quia bona mea diſsipauit.l.fi.ff. De Proſenetis. & d.l. Quod ſi cum res.

Si conſuluit rapere, furari, vulnerare hominem, & huiuſmodi, vel ſeruo vt fugeret a domino, tenetur non ei cui conſuluit, ſed ei contra quem conſilium dedit: De homic.c.Sicut dignum. de pęn.ca. Non ſolum. l. prima. §. perſuadere .ff. de Seruo. corrup. M.

Si conſiliarius principis induxit eum vt villa, vt alia reſpoliaret aliquem iniuſte, tenetur ad omnia damna, domino non ſatiſfaciente; quamuis nil ad eum peruenerat, ſecundum Inno. & dominum Abba. in cap. Sicut dignum: De homici. M.

Conſulens tamen fœnerari illi qui alias fęneraturus non erat, non tenetur ſatisfacere, quamuis vſurarius non ſatisfaciat. Alex. Lombar. in tractatu vſurarum. Monal. & Aſten. in ſumma.

Si peritus in aliqua arte cõſuluit nõ ſecũdum traditiones illius artis, quia diligentiam non adbibuit, tenetur conſulto, in foro conſcientiæ ad omne damnum inde contingens. Dominus Anto. in cap. Tua nos: De homici. M.

Conſentiens *Si ſuo conſenſu expreſſo ſecuta eſt damnificatio, quę facta alias non fuiſſet. 2. queſt. 1. Notum. Vbi dicitur facientem, & conſentientem, pari pœna conſtringit. Et ſi conſentiens opere, eſt cauſa totius damni, in ſolidum tenetur. Sin autem pro rata parte. Rich. in quarto. diſt. 15. M.*

Si opem furto dedit, commodando ſcalas, vel ferramenta, vel aditum per ſuam domum, tenetur ad reſtitutionem. ff. de fur. l. is qui opem, & l. ſi pignore. §. pęn. ff. de fur. Gerar. obdo. in 4. diſt. 15. M.

Si donatarius rem donatam, vel legatarius non reſtituit creditoribus legatum ſibi factum, ab vſurario non habente niſi de vſurio. Gerar. Obdo. in quarto. diſtinctio. 15. M.

Si ſciens ſe ſucceſſiſſe in bonis raptoris, vel vſurarij, & huiuſmodi non reſtituit, cum poſſit. Gerar. obdo. in quarto. diſtinctione. 15. M.

Palpans. *Si adulationibus alium, vt ſtrenuum laudando, vel deriſionibus vilificando, dicens eum nil nihil valere, vel detractioni-*

bus

bus de aliquo induxit probabiliter ad damnificandum in rebus, vel perſona, tenetur, damnificante non ſatisfaciente. diſt. 93. Si inimicus eſt ille. Rich. & Pe. de pal. in ea. diſt. 15. Quarti. M.

Si confeſſor non exegerit pœnam ad quã peccator tenetur; quodammodo videtur ei conſentire verba Gerard. Obdo. vbi ſupra. M.

Si fuit ad eum recurſus latronum vel furum, tanquam ad præſtantem patrocinium damnis, vel cauſa eſt ex huiuſmodi patrocinio ne ablata reſtituant, de quo Aug. & habetur in 14. quæſt. 6. Fidentiſſime dixerim eum qui ad ſe fugientem & quantum poteſt non compellat ſocium fraudis. Rich. & Gerard. Obdo. vbi ſupra. M. Recurſus.

Si latrones occultauit, tenetur de eorũ rapina ſecundum glo. in l. ne quid. ff. De incend. rui. naufra. do. Ant. in ca. 1. De reſti. ſpo. M.

Si depoſitarius ſcit rem depoſitam alienã eſſe niſi reſtituat vero domino ſibi noto: quo caſu poteſt res huiuſmodi per manus perſonæ religioſæ reddere Ale. de Ales in quarto volumine. M.

Si de raptis vel furatis participauit victu, vel veſtitu, etiam ſcienter de talibus emendo tenetur ad reſtitutionem. Participans.

Si videns alium damnificari iniuſte valens Mutus.

lens ſolo verbo ſine periculo ſuo prohibere, ſi tenetur ad hoc ex officio nec prohibet, ſatisfacere tenetur. textu. in c. ſicut dignum: De homi. & ibi do. Abb. M.

Exemplum in officialibus poſitis ad cuſtodiam ciuitatis, vel camporum, quia in damnis factis ipſis ſcientibus, & negligentibus prouidere ad reſtitutionem tenentur. C. de fal. mo. l. 1. ſecundum do. Ant. in c. 1. De reſti. ſpo. Si autem ex officio non tenetur, erit eis ſaltem mortale peccatum, ſecundum. Rich. vbi, ſupra. M.

Non obſtãs. *Si viribus non obſtat iniuſte damnificantibus, cum ei ex officio incumbat, & manifeſta eſt ſibi iniuria. d. c. Sicut dignum, & 86. diſt. facientis, vel non facit rapinam reſtituere: tenetur, ſecundum Scot. & Rich. in 4. diſt. 15. M.*

Non manifeſtans. *Si interrogatus a iudice non reuelat res furtiuas, cum ſciat illas, & ſine ſui periculo reuelare poßit, reſtituere tenetur. de fur. ca. qui cum fure. 11. quæſt. 3. Quiſquis Richard. M.*

Si quis excommunicatione lata ab epiſcopo contra non reuelantes furtum, eidem nõ reuelauit, tenetur ſatisfacere, & excommunicatus eſt. Ioan. An. de ana. in eo. capitu. Qui cum fure. in l. ciuile. C. de fur. M.

Clericus tenetur non indicare furem. In

terrogatus à iudice, quando imminet periculum mortis, vel mutilationis ipſi ſuri ſecundum do. Anto. in e. c. Qui cùm ſure. per c. Ne quis 22. q. 2. Quamuis quilibet prædictorum tenetur in ſolidum ſatisfacere, vno tamen reſtituente damnificato. Alij non tenetur eiſdem, ſed ſi partem aliquam habuerunt, tantundem tenetur illi qui totum reſtituit. Et ad reſtituendum prædicto tenentur quam cito poſſunt bono modo. Ni ſi deficiant de voluntate expreſſa, vel præſumpta damnificati per l. Illud. ff. de Regu. iur.

Si debitor ſine licentia creditoris ſibiịpſi dilationem reſtituendi accipit, quod in totũ vel in partem reſtituere poteſt, mortale eſt, cum præceptum de non retinendo rem alienam obliget ſemper, & ad ſemper. Fran. de mayro. Sco. & Rich. in 4. diſt. 15. M. Dilatio reſti tutionis.

Si non ſtatim reſtituit, maxime quod tenetur ex rapina, furto vel vſura, ſi aliquid habet in bonis vltra neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ. Sco. & Richar. in quarto. diſt. ar. 5. q. 4. Præceptum enim de non retinendo alienum obligat ſemper, & ad ſemper. Francis. de mayro ea. diſt. Et dictum fuit ſupra. M.

Si debitor nõ habens rem neceſſariam ad ſuſtentationem naturæ, ſtatim non reddit creditori, prius, vel eodem tempore eadem Debitore, & creditore in ſimul indigẽtibus, debitor reſtituet

rem

rem egeat, ad ſuſtentationem naturæ. Richar. vbi ſupra. M.

Vbi vero debitor prius ad indigentiam veniſſet, quã creditor, non reſtituere tenetur tunc, ſed tantum ſi ad ſtatum pinguiorem venerit. Rich. & Scō. vbi ſupra.

Non eſt reſtituendũ im pugnãtibus rempublicã.

Reſtituere quoq; non tenetur creditori impugnanti rem publicam, vel vbi eſſet maximum ſui incommodum, & modicum creditoris. Vel vbi reſtitutio eſt ſui infamatoria; ſed videlicet furem eſſe prodendo. Tenetur autem habere voluntatem ſtatim reſtituendi cum ceſſabit impugnatio. Incommodum illud, & capta oportunitate ſecrete reſtituendi furtum. Et idem ſi debitor nõ poſſet conſeruare ſtatum reipublice multum neceſſarium, ſi quod tenetur reſtituat creditori, qui ſine tali reſtitutione tranſire poteſt: vel vbicunq; imminet ſcandalum, periculum mortis, vel culpa mortalis. Exẽplum in prædictis quando ſtatim reſtituendo pecunias, vel inſtrumenta artis ſuæ, aut libros, ſi eſt medicus, vel iuris peritus, & huiuſmodi, ad tantam paupertatem veniret, ꝙ nec ſibi, nec familiæ quouis modo ſubuenire poteſt, ob quod eum mendicare erubeſcat, exponet ſe ad furandum, vel filias proſtituendum, vel incidet in periculum deſperationis. Sed prædicta retinendo ſuſtentare ſe poterit, & ſuos ac paulatim

Non vbi im minet infamia ſui.

Nõ vbi ſcandalum.

Non ſtatim vbi maximũ timetur periculum.

latim ſatisfacere creditori non exiſtenti in extrema neceſsitate. Sco. Rich. & Landulf. in quarto. diſt. 15.

Si damno alterius temporali, corporali, vel ſpirituali dedit cauſam efficacem quouis modo, ſatisfacere tenetur: De homici. Sicut dignum de iniur. c. fi. M.

Si in depredatione, vel furto, vel homicidio, quis fuit tota cauſa mali, in ſolidum tenetur. Alias tenetur ſecundum proportionem damni a ſe dati: ſecundum. Inn. & do. Abb. in d. c. Sicut dignum. M. Qn̄ fures vel dãnificantes tenentur in ſolidū ad reſtitutionem.

Vbi damnificatus ſe alio tranſtulit, & in mittendo rem debitam maior eſſet expenſa, quam valeat res pauperibus eroganda eſt, niſi ipſe vel eius hæres ſperetur in loco venturus. Rich. in ea. di. 15. Abſcētia creditorum.

Si pirata rapuit, vel damnificatus eſt romipetas, aut deferentes victualia ad vſum curiæ papalis excommunicatione ligatur, vt ſupra in tertio cap. primæ partis. §. 102. M. Rapiens pyrata.

De rapientibus in bello iniuſto. habes in c. Auaritiæ infra.

Si rapuit de rebus naufrangantium veſtituere tenetur, non obſtante quauiſcunq; conſuetudine, vel ſtatuto. Ar. c. excommu. de rapto. de quo in prima parte in cap. 3. §. 126. M. Naufragiū raptores.

Si raptor, fur, vel vſurarius, vel debitor

quo

quomodocūq; ſine auctoritate eccleſiæ vult ſibi retinere, quia rei dominus vel eius heres non inuenitur. Alex. de Ales in quarta parte. in tractatu reſtitutionum. M.

Si nolit reſtituere bona acquiſita per iniquam ſententiam iudicis, quem corrupit; vel non etiam corrupit. Gerar. obdo. in quarto. diſtinc. 19. M.

Si aliquid alienum inuenit, nec reddidit eius domino. 1. q. 5. ſi quid inueniſti. & ca. Multi. M.

Si neſciens dominum cuius res inuenta erat, non fecit denunciare ad inueniendum illum vt in eccleſijs, ſicut tenetur. ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum. Sco. in 4. di. 15. M.

Inuētio theſauri. Si theſaurum inuenit in loco aliquo, data opera ad inquirendum illum nō reddidit totum domino loci, in quo inuenit, vel ſi a caſu non data opera inuenit, dimidium non reſtituit, vt tenetur. ff. de acquiren. re. do. l. ſi is, in prin. Inſti. de rerum diui. §. Theſauros. M.

Quid ſit theſaurus. Theſaurus ē pecunia ſub terra abſcōſa, cuius nō extat memoria, quādo ibi poſita fuerit. C. de Theſau. l. 1. Res vero, quæ in nullius ſunt bonis, vel pro derelicto habitæ nō ſunt reſtituendæ ab eo qui eas reperit. Inſt. de rerum diui. §. lapilli. Rich. in 4. diſt. 15. de ablatis ab iniuſte bellantibus, habes infra, in c. Auaritiæ. in filia violentia.

Acceſſoria de crimine ſacrilegij.

*S*I *bona vacantia eccleſiarum, monaſteriorum, vel piorum locorum vſurpauit. c. Generali. de electio. in ſexto. De quo ſupra in prima parte. c. 3. M.* Vſurpator eccleſiaſticarum rerum.

Si impoſuit, aut dedit conſilium vt imponatur collecta clericis, & perſonis eccleſiaſticis, non præhabita licentia a Romano pontifice, & monitus non deſtitit, excommunicatus eſt, & ad reſtitutionem tenetur. De quo ſupra in prima parte. vbi de excomm. M. Imponentes clericis collectas.

Si fecit, vel fieri conſuluit ſtatuta cõtra libertatem eccleſiaſticam, & ſcripſit, dictauit. &c. excommunicatus eſt: de quo vbi ſupra. M. Cõtrauenientes eccleſiaſticę libertati.

Si vſurpauit de nouo cuſtodiam ſiue ius patronatus eccleſiæ, vel monaſterij, vel locorum piorum vacantium, excommunicatus eſt: de quo vbi ſupra. M.

Si rem ſacram, vt calices, paramenta, & huiuſmodi furatus eſt, vbicunq; , vel rem non ſacram de loco ſacro, vt de eccleſia, ſacriſtia, cimiterio, & huiuſmodi. 17. q. 4. ca, Quiſquis. M. Fur ſacrarum rerum.

Si doloſe effregit, aut incendit loca ſacra, Rerũ ſacrarũ piarumue effractor.

vt

vt eccleſiæ, & locorum piorum, portas, ſeras, parietes, tectum, feneſtras, & huiuſmodi, vel in talibus ſi conſilium, vel opem dedit, excommunicatus eſt, & tenetur ad reſtitutionem totius ſi fuit cauſa efficax damni illati; vt vbi ſupra. Nec debet abſolui; niſi præmiſſa ſatisfactione. 17. q. 4. peßimam. M.

Legata pia non ſoluens. *Si legata facta eccleſijs, & alijs pijs locis, vel pauperibus non ſoluit: nec ſufficit habere intentionem ſoluendi in futurum, ſi nunc ſine maximo incommodo poteſt 13. q. 2. Qui oblationes. & c. ſeq. De deci. M.*

Solutio decimarum. *Si laycus non dedit decimas vbi eſt conſuetudo dandi: De decimis, per totum. M.*

Si ſtante conſuetudine ſoluendi decimas non ſoluit eas integras quando is cui debentur nihil eis remiſit. Io. And. & do. Anto. in ca. A nobis. De deci. & in ca. Aliquibus. Alexand. de Ales in tertia parte. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 87.

Prediales decimæ. *Decimæ prediales debentur de fructibus prædiorum hortorum feno, lana, lacte, lignis, molendinis, & huiuſmodi.* Decimę perſonales. *Perſonales debentur de lucro negotiationis artificij, ſcientiæ, militiæ, venationis, piſcationis, penſionum, & huiuſmodi. De deci. cap. Cōmiſſum, c. de acceptione, c. Peruenit. c. Non eſt in poteſtate. & domi. Anto. de But. in c. Cum non ſit. eo. ti.*

Si

Si ſtante conſuetudiue ſoluendi decimas prædiales detraxit expenſas factas in colendo predia, ſine presbyteri cui debentur voluntate, vnde ad reſtitutionem tenetur, c. homines: De deci. M.

Si nulla exiſtente conſuetudine ſoluendi decimas nolit eas ſoluere presbytero egenti, vnde ſe ſuſtentet, quia hoc eſt de pręcepto iuris naturæ, quod præſcribi non poteſt. Alex. de Ales in tertio, in tractatu præceptorũ iudicialium, & Tho. vbi ſupra. M.

Si ceſſante conſuetudine ſoluẽdi decimas obſtinatus ſit, etiam requiſitus ab eo cui debentur non ſe componere velit cum illo circa decimas dandas, quod de predialibus quæ iure diuino debentur intellige. M.

Acceſſorie de Symonia.

Si fuit mediator ſymoniæ occultæ, vel manifeſtæ, in ordine vel beneficio, in curia, vel extra curiam, excommunicatus eſt, & a ſolo papa poteſt abſolui, niſi in articulo mortis: vt in proceſſu curiæ, Pauli ſecundi, & in extrauagantibus Martini quinti, quę incipiunt: Dãnabile: & Inulte. Quod intellige de ſymonia conuentionali, in qua precium interuenit dando, vel recipiendo, ca. Tua nos: De ſymo. Et in extrauagante Eugenij quarti. Cum deteſtabile.

Nec in gratijs quas papa concedit, vt quis ſemel in vita, & ſemel in morte poßit abſolui, intelligitur de huiuſmodi excommunicationis abſolutione, niſi expreſſe fiat de hoc mentio, in ipſa gratia, vt in proceſſu Pauli ſecundi. Et in extrauagante prædicta: Damnabile. M.

Symoniacus alio modo quã in prędictis non videtur eſſe excommunicatus. Quia neq; proceſſus Pauli ſecundi facit de alijs modis mentionem. Nec in extrauagantibus tractatur, niſi de his tribus, vt ſupra.

De ſymonia quo ad clericos, & religioſos, habetur infra diffuſe circa finem.

Si emit ex pacto ſacramenta eccleſiæ, vel ſacramentalia. 1.q.1. Nullus epiſcopus: De ſymo.c. Cum in eccleſia. & ca. Suam. & ca. Quotiens, & ca. Non ſatis. M.

Exempla pro baptiſmo habendo, confirmatione, miſſa, communione, extrema vnctione, confeßione, electione ad beneficium, ordine & beneficio, dare aliquid pactus eſt: Aut pro exequijs mortuorum, pro habenda ſepultura magis in eccleſia quam in cimiterio, pro benedictione nuptiali, & huiuſmodi. De his require infra ad ſacerdotes beneficiatos. M.

Si vt filia, vel ſoror in monaſterium ingrederetur pecuniam dare promiſit, ac dedit. c. Quoniam: De ſymo. Et excommunicatus

tus eſt per extrauagantem Martini quinti, quæ incipit. Vniuerſis. M.

Acceſſoriè de pedagijs.

SI publicanus ſcienter emit vectigalia a principe non habente iuſtum dominium, tenetur ad reſtitutionem vectigalium præceptorum cũ emerit a malefidei poſſeſſore. l. Si tibi. §. Sed cum poſſeßor. ff. de pactis. Bar. in tractatu de tyrannide. M.

Secus ſi ignorans dominum eſſe tirannũ, & cum vtilitate ciuitatis emit. arg. l. 1. in fi. ff. ꝙ fal. tu. auc. Bar. vbi ſupra. Prædicta vera quando tyrannus non poteſt debitori vim inferre, quia ſit alterius ciuitatis. Secus vbi ſit eius ſubditus cui dominus poßit metum inferre. Quo caſu, ſi domino, vel eius officiali ſoluit, liberatur: vt. l. Paulo calimaco. §. fi. ff. de leg. 3. Ad metum inferendum ſufficit præconium factum, ꝙ quilibet debitor ſoluat. l. nouißime. ff. ꝙ fal. tuto. auc. Bar. vbi ſupra. Excuſantur quoq; exactores poſiti a tyrannis ad exigẽdum pecunias quas illi poſt ea, vel tyranno tradunt, vel ſuo mandato diſtribuunt, Bar. vbi ſupra.

Si papa vel imperator conceßit alicui ciuitati vel nobili exactiones pedagiorum, ſi pro iuſta cauſa pedagium imponatur valebit, alias non, pro quo facit ca. Cum Apo-

ſtol.§.probibemus:De cēſi. verba Io.de fātu cijs in c.Si quis romipetas.24.quæſt.3. M.
Si exegit pedagiū a laycis pro reb' delatis ad quotidianū victū,vel ētvſū propriū,tenetur reſtituere,ſecūdū gl.id.Cl.prȩſenti.Et ibi Car.et gl.Ne filius pro patre ī auc.habita.et tex.ī l.4.ff.nautȩ, caupo.Stab.& l.Vniu.C. De vectiga.ſecūdū d.Dominicū de S.Gem.Et zēz.i c.Quāquā.De cē.l.6.dicētes,ꝙ cōtra facietib.ïdita ē pȩna capit.C.De vec.Vniu.M.
Si pro libris,veſtibus, et hmōi exegit pedagiū a ſcolaribus vel eorū famulis,reſtituere tenetur vt ī d.auc.habita,et card.vbi ſu.M.
Si ex auaritia,vel negligentia nō tenēt itinera ſecura,& accipiūt pedagia ēt antiqua, reſtituere tenentur,ſecundū Hoſt.in ſumma ti. De cen. §. Ex quibus, Abb. Siculus in ca. Super quibuſdam : De ver.ſigni. M.
Si habēs vſurpatū dominiū accepit pedagiū, reſtituere tenetur vero domino , ſecundum Richard. in 2. diſtin. vltima. M.
Licet vero fraudare pedagia quādo imponens nō hēt iuriſdictionē imponendi ſecūdū Bar.in l.vectigal.ff. de publ. Licet ēt quādo gabella ē nimis exceſſiua. Et eſt quȩdā extorſio;ſecūdū Bal.in l.fi.C.De iur. auri annu.Licet quoq; quādo princeps ïponit gabellā ſine cā legitima,vt ſi pro pōpis exercēdis ī victu et veſtitu,vel edificijs,et hmōi:Secus ſi ꝑ defenſiōe patrię,ſecūdū Inn.in c.Innoua.De cē.
Si defraudauit vectigal antiquū,vel de no

ùo poſitũ principis auc.pro vera cõmunis ne ceſſitate.ff.de publ.l.vectigalia,vbi dominiũ nõ eſt vſurpatũ,et iter tutũ eſt cõſeruatũ re ſtituere tenetur.c.Super quibuſdã. De verbo rũ ſig.Hoſt.i sũma,ti.De cẽ.§.Ex quib9i ſi.M.

Licet tamen cler. & extraneis aduenienti b9 nõ ſoluere pedagia illegitima, quia ciues eis impõere nequeũt,ſecũdũ Bar.ĩ l. vectiga lia.ff. De publ.Verba Abb.i c.inouam9,de cẽ.

Si exigit noua pedagia a mercatorib9 ad re ſtitutionem tenetur,tex.in c. Si quis romi-petas.24. quæſtio. tertia. M.

Si nõ ſaluauit perſonas, et res mercatoris infra ſuũ diſtrictũ,& exegit pedagiũ, reſti-tuere tenetur illud,& extimationem rerũ a miſſarũ.23.q.2.Domin9.2.q.5 adminiſtrato res,et Io.de Fãtuc.ĩ d.c.Si quis rõipetas.M. Tenentur ad reſtitutionẽ pedagij qui non ſaluant merces, & perſonas.

Publican9 tamẽ põt tollere ab aliquo res cõ tra bãnũ portatas quas portari extra terri toriũ reperit.Et hoc præſumitur quãdo por tantem reperit in aliqua via non recta nec aſſueta.l.3.C.De curſu publico lib.12. Res contra bannum portate poſſunt auferri a publicanis.

Et ſimiliter ſi talis reperiatur ĩ limine di-ſtrict9.Io.de ana.in c.Significauit:De iudęis et Bar.ĩ l.Qui fiſcales.C.De nauiculariȷs l.2 Mon.quoq; ĩ verbo reſtituere.hoc verũ dicit quãdo dictũ bãni ſit de cõſilio cõi,et ꝓ cõi vt.

Si publicanus tulit licita propter illicita contra delictum portata puta concedeba-tur,vt extra territorium portaret centum

ſextaria, & portabat ducenta, ceſſante circa hoc ſtatuto, & conſuetudine, ſecundum Bal. in l. Cum proponas. De nautico fœnore: illa centum conceſſa reſtituere tenetur. Et ſequitur. Ioan. de ana. in eodem cap. Significauit.

Quia tamen hæc banna non ſunt de iure diuino, ſed ciuili tantum: ideo is qui contra bannum portauit reſtituere non tenetur, niſi fuiſſet per ſententiam condemnatus. Monal. vbi ſupra.

Acceſſorie de Collecta.

SI priuatus homo conſuluit in communi, vt collecta ſiue talia imponatur quæ eſt omnio prohibita: vt. l. hac edictali. §. illicitas. de pace iuramento firmanda in vſibus feudorum coll. 4. Tamen poſſet eam imponere qui hoc ius præſcripſit, de cuius initio non eſt memoria. vt in c. Super quibuſdam: De verbo. ſigni. Ioan. Andre. & Abb. Siculus in capitulo ſecundo de immu. eccle.

Si procurauit ruſticos collectis vltra debitum grauari, vel angarijs, tenetur eis de omni damno. Monaldus, in verbo: reſtituere. M.

Si exactores collectarum, vel tributorũ vltra debitum exigunt, reſtituere tenentur exactis: vt in l. 1. C. De exactoribus: libro

bro decimo. M.

Si aliquos propter amicitiam alleuiando grauauit alios conſequenter, ſi alleuiati nõ ſatisfaciant grauatis, ipſe tenetur. Argu. lege finali.C.de magiſtra. cõuen. Monal.M.

Si obediuit domino imponendo collectam iniuſtam: ipſe tenetur domino reſtituente, quia tenebatur in talibus non obedire. Monal. ibidem. M.

Si iuramento aſtrictus eſt manifeſtare quicquid in bonis mobilibus habet, & ipſe ſe minus habere iurauit in damnum aliorũ periurus eſt, & ſatisfacere tenetur ac bona ſua manifeſtare. Monal. ibidem. M.

Si diſcuſſor conſtitutus, ſeu examinator patrimoniorum ſcienter aſſeruit vel ſcripſit alicuius patrimonium plus valere, propter quod ille plus ſoluit in collectis, tenetur ei de omni damno. Sextus iuncta gloſa in lege prima.C.De diſcuſſoribus libro decimo. Et idem econtra intelligas. M.

Si pro debito fiſcali vt collectarum carcerari fecit aliquem non exiſtentem in contumacia ſoluendi illicitum eſt.l. Nemo.C. de exactoribus tributorum libr.10. Talis tamen detineri poterit in palatio ſub cuſtodia: vt dicit Cy.in l.1.C.qui bo.cede poſ. M. Pro fiſcali debito carcerari.

Si pro debito priuato fecit capere debitorem in domo propria, quod non licet: vt in l.pleriq;.ff.De in ius vocan. M.

De damnificantibus in bonis animæ.

Dānificatores bonorū animę.

SI damnificauit proximum in bonis animæ, quæ ſunt boni mores qui corrumpuntur; inducendo; reuocando, ſcandalizando, ſecundum Scot. in 4. diſt. 15. M.

Si induxit aliquem ad peccatū mortale ſuaſione, conſilio, vel præcepto. De pę. diſtinctio. prima, vbi Auguſt. Si fratri tuo male perſuades occidis. M.

Exempla, vt ſi inducit aliquem rapinam facere, vel furtum; aut docuit breuia facere, vel incantationes, vel demones inuocare, aut ſe fucare, vel carnales cantilenas cātare, & huiuſmodi.

Talis ergo tenetur ſecundum Sco. vbi ſupra modo ſibi poßibili illum inducere efficaciter quantum poteſt, ad pęnitentiam, & ad virtuoſos mores, verbis, orationibus, & exemplis.

Retrahentes a religione profeſſos.

Si retraxit profeſſum à religione tenetur agere vt ille regrediatur. Quo nolente procurare alium ęquæ idoneum religionem ingredi. Quod ſi non poteſt (& ipſe ſit idoneus) ingredi tenetur ſecundum Sco. ea. di. quæſt. 2. M.

Si retraxit volentem ingredi intentione

con

conſulendi vtilitati propriæ ſpirituali, vel temporali, vt quia eius magiſter erat non fingens aliquid falſum in vituperium religionis, tunc non tenetur religioni, ſed perſonæ ſic retractæ ſuadendo ſibi ſpiritualia bona æquiualentia, ſecundum Sco. vbi ſu. & Richard. ea. di. Et etiam in quolibet. M.

Si volentem ingredi retraxit propter cõſanguinitatem, vel amicitiã laſciuiæ exercendæ, tenetur pro illo orare, & ad ſpiritualia inducere. Rich. in quolibet. M.

Retrahens vero aliquem ab ingreſſu religionis, quia ibi non viuitur in regulari obſeruantia, non peccat ar. 23. q. 5. de occidendis, vel quia ille eſt inutilis religioni, ſecundum Richar. in quolib.

Caput Octauum.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

OCTAVO præcepto prohibetur falſum teſtimonium in iudicio, & omne mendacium, in nocumentum proximi, ſecundum Nico. de lyra. ſuper Exo. 20. ca. Octauũ præceptum.

Si

Si teſtis mendacium dicat, aut verita-tem occultet, etiam ſi per metum, mortale eſt.C.De teſti.l.nullũ.2.q.1. aliqui 12.q.1. præiudicandę Bar. in tractatu de teſtibus reprobandis. M.

Si pro pecunia verum, vel falſum dicat: C.De teſti.l.Si quis teſti.& 27.q.5. Non ſane. Et ad damnum illatum ex falſo teſtimonio tenetur ca.fin. De iniur. Bar. vbi ſupra. M.

Pecunia pro ferendo teſtimonio accepta.

Pecunia accepta pro teſtimonio ferendo, pauperibus errogãda eſt. 14.q.6.non ſane.

Si veritatem in iudicio iuridice interrogatus celauit obligatur ad intereſſe le.ſo.l. Qui nomine.ff.ad le.corneliam, De fal.& cap.1.De cri.fal.& Alexan.de Ales in expoſitione octaui præcepti. M.

Tamen qui nõ iurauit dicere veritatem, vel interrogatus non eſt à iudice, celando veritatem non peccat.22.q.2.c.Ne quis. iũcta glo.ſecundum Inno. & Abb.d.c.1.

Si doloſe tacuit veritatem non dicendo plene factum, tenetur lęſo, ſi iurauit dicere veritatem: per d.c.1. vbi hoc tenet Io. de ana.

Si falſum teſtificatus eſt in iudicio, quia non habuit debitam diligentiam. Tho. ſecũda ſecundæ.q.70.artic.4. M.

Si falſo dixit nõ ſe recordari tenetur parti læſæ ad omne damnum, ſecundum Inno. in

in c. Qualiter,& quãdo.de accu. & Bal. in l.præsbyteri.C. De epiſ.& Cler. M.

Si pecuniam accepit ne teſtimonium ferret: & ſic veritas ſciri non potuit, vt teſtis falſus puniri debet: ſecundum Bal. & Ioan. de ana. qui eum allegat in cap. 1. De cri. fal. M.

Et ſi induxit teſtem, vt falſum diceret, eadem pœna puniendus eſt, ſecundum Bal. in l. presbyteri.C.De epiſc. & Cleri. M.

Acceſſoriè de mendatio peccati mortalis.

MENDATIVM eſt falſa vocis ſignificatio cum inuentione fallendi 22.q.2.§. Ille ergo. Mendatium quid.

Si mentitus eſt contra doctrinam catholicæ religionis, vt male docendo de articulis, vel ſacramentis fidei. Et ſi eſſet pertinax hæreticus, & excommunicatus eſt papali excommuuicatione ex proceſſu annali curiæ. Richard.in 3.diſtinctione.38.articu.1. q.3. M. Mentiri contra ea quæ ſunt fidei.

Si mentitus eſt in notabile damnum proximi, temporale, corporale, vel ſpirituale. Ric. vbi ſupra. Contra proximum.

Si in ſui ipſius infamiam aut damnum tẽporale, ſpirituale, vel corporale mentitus eſt. Rich. vbi ſupra. Contra ſeipſam.

Si

Si mendaciter dixit ſe, vel alium eſſe lon ge magis nobilem vel virtuoſum quam ſit. Rich. ea. di. ar. 1. q. 4. M.

Si conſcientia ſibi dictante mendacium eſſe mortale mentitus eſt. Alexan. loquebar. vbi ſupra. M.

Officioſum mendatium.

De mendatio officio religioſorum, quomodo ſit mortale habes infra, ad Religioſos.

Si exiſtens in ſtatu perfectionis mentitur etiam pro alterius vita corporali ſeruanda mortale eſt, non per ſe, ſed ratione circumſtantiæ ſcandali. Rich. vbi ſupra. M.

Si doctor veritatis, ſiue prædicator mentitur ratione ſcãdali, quando videlicet eius mendacium ſcitur ab alijs ſicut in caſu præcedenti. Rich. vbi ſupra. M.

Mendatium perfectorũ.

Status perfectionis non facit mortale de non mortali, ſed circumſtantia ſcandali. Richard. ibidem.

Si cognoſcens ex ſuo mendacio alicui probabiliter imminere nocumentum notabile, quamuis ad hoc nõ mentiatur mortale eſt. Rich. vbi ſupra. M.

Qui mentitur, vt proſit alij temporaliter, corporaliter, vel ſpiritualiter, nemini nocendo notabiliter, non eſt mortale. Richar. vbi ſupra.

Si verbo ſcripto vel nutu pernitioſe mentitus eſt, in damnum, ſcilicet notabile alterius

rius, vel alicui iniuſte profuerit, vt teſtis mentitus in cauſa pecuniaria.22.q.2.c. Primum. Et Tho. in quolib. M.

Mentiens tamen dicendus non eſt qui dicit falſum, quod putat verũ.22. q.2. is aũt.

Si iocoſe mentitus eſt, tanta libidine animi, ꝙ etiam feciſſet ſi deus mendacium illud prohiberet. Alex. vbi ſupra. M.

Mentiri tamen iocoſe ex animi delectatione ſub Deo veniale eſt. Alex. vbi ſupra, & 22.q.2. Primum.

Si promiſit rem licitam nõ animo faciendi, & cum poſſet non impleuit vnde ceßit in notabile damnũ proximi. Th. vbi ſup. M.

Si mendacium dixit in ſacramentali confeßione eſt mortale. Si illud eſt de neceſſario confitendum ar. 22.q.2.ca.1. M. Mendaciũ dictũ in cõfeſs.

De detractione ponitur in peccato inuidiæ cuius eſt filia: licet aliqui hic applicent.

Caput Nonum.

Non concupiſces rem proximi tui.

NONO præcepto prohibemur rem proximi contra iuſtitiam appetere ſecundum Fran. de mayro in tractatu præceptorum. & Alexander de Ales in tertia parte in expo- Nonũ præceptum.

poſitione huius præcepti.

Si deliberato conſenſu cõcupiuit alterius honorem vel alia temporalia habere. Alex. de Ales. ibidem. M.

Si rem proximi notabilem concupiuit habere modo illicito. Puta per furtum, vſuram, rapinam, & huiuſmodi, mortale eſt, in illa ſpecie concupita. Alex. vbi ſupra. M.

Si non concupiuit rem proximi ſolum ex eo, quia deſperat eam conſequi poſſe, Fran. vbi ſupra. M.

Si alterius diuitias ſolum ad faſtum humanę gloriæ concupiuit habere duplex reatus eſt, licet vnus ſit voluntatis actus inordinatus. Franciſcus vbi ſupra. M.

Concupiſcentia in hoc præcepto, & in cæteris prohibetur, prout eſt in deliberato cõſenſu ratione voluntatis, non autem prout eſt in ſuggeſtione fomitis, aut in delectatione ſenſualitatis. Alex. de Ales Ibidem.

Caput Decimum.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

Decimũ præceptum.

DECIMO *præcepto prohibetur cõcupiſcentia appetitus illiciti, circa omnes fornicationum differen*

rentias, de quibus in ſexto præcepto, prout concupiſcentia eſt in conſenſu rationis. Ale. in tertia parte, in expoſitione huius præcepti.

Si conſenſit animo, vel fornicari in aliqua ſpecie luxuriæ peccatum mortale illius ſpeciei. Alex. vbi ſupra. & Sanctus. Bona. in ſecundo diſt. 24. M.

Si cõſenſit delectari in cogitatione illius actus nepharij: etiam ſi non adſit voluntas perficiendi actum ſi poßet: Sanctus Bonau. ibidem. M.

Si vna volũtate deliberata plures ſimul mulieres luxurioſè concupiuit vnum peccatum eſt, tanto grauius ſecundum ſanctum Bonauenturam in quarto diſtinc. 38. ſuper litteram. M.

Si aduertens nephariam cogitationem, & eius periculum neglexit illam repellere, eſt mortale ſecundum. S. Bonauentu. ibidem. M.

Si mulier, vt ab amatoribus prouocaretur, libenter ſeipſam exhibuit conſpectui illorum, videtur mortale quia dat cauſam: Rayne. c. fi. De iniu. & Richard. in 2. diſt. 38. M.

Si per horarum interuallum mentem ad alia diuertendo ſępius recogitans actum luxuriæ delectatus eſt conſenſu rationis, totiens peccauit mortaliter. Quia totiens a

Deo ſe auertit; & ad creaturam indebite ſe conuertit, quod nil aliud eſt quam peccare mortaliter, ſecundum Aug. li. 1 o ar. M.

TITVLVS. III.

Qui eſt de ſeptem vitijs capitalibus; quorum tractatus hoc ordine diſponuntur.

1. De auaritia; & proditione, fraude, inquietudine, violentia filiabus auaritię: vbi accedit & de ludo alearum, & turpi lucro.
2. De gula; vbi & de inepta lętitia, de mentis hebetudine, de immunditia filiabus eius.
3. De luxuria, cui additur de illius filia, videlicet, mentis cęcitatę.
4. De ſuperbia; cui accedunt tractatus de diuiſione, de ambitione, de presumptione, de iudicio temerario, de curioſitate, de ingratitudine, de ſcādalo, de vanagloria, de arrogantia, de adulatione, de ornatu mulierum, de hypocriſi, de contentione, & inobedientia.

5. De

5. De Inuidia, huic ſubditur de Odio, detractione, & famæ reſtitutione, de ſuſurratione, exultatione, & afflictione; inſuper de peccato in ſpiritum ſanctum.

6. De accidia, ibi adiungunt ſe de malitia, de torpore, de operibus miſericordię tractatus.

7. De ira; vbi habetur, & de tumore, contumelia, rancore, maledictione, indignatione, ſeditione, rixa.

Caput Primum.

De Auaritia.

AVARITIA eſt immoderatus amor habendi, ſecundum Tulium. Et hoc cum aliquis iniuſte acquirit, aut accipit, vel retinet res alienas. Alexan. de Ales in ſecundo tractatu, de auaritia. Et Tho. ſecunda ſecundæ q.18. ar.1. M. Auaritiæ deſcriptio.

Si propter temporalia, diuitias videlicet & honorem, fecit aut deliberate voluit aliquid, contra charitatem Dei, & proximi. Thom. eo. ar.1. M.

Si propter temporalia paratus fuit face-

re contra mandata Dei, vel eccleſiæ. Pe. Aureoleis in ſecundo. diſt. 42. M.

Si propter temporalia habenda, concupiuit mortem alterius, aut malum aliquod. Tho. & Pe. vbi ſupra. M.

Si propter diuitias acquirendas, fecit cõtra Dei præceptum, operando ſine maxima neceßitate die feſto. Tho. & Pe. ibidem. & cap. 1. De ferijs; Modica tamen operatio non eſt mortale. M.

Si propter diuitias conſequendas corpus alicui periculo expoſuit. Th. et Pe. vbi ſup. M.

Si propter habendam vel conſeruandam gratiam domini temporalis, mortale quodlibet peccatũ fecit, vel facere paratus fuit. Tho. & Pe. vbi ſupra.

Si theſaurizauit diuitias abſq; omni intentione neceßitatis propriæ, vel alienæ: de quo Ia. 5. Theſaurizaſtis vobis iram: Alexander de Ales in tertia parte, in tractatu iudicialium præceptorum, de quo infra de mercatoribus. M.

Non dantes eleemoſynã.

Si habens aliquid ſubſtentationi ſuæ naturæ, & ſuorum non neceſſarium, non facit eleemoſynas conſtitutis in extrema neceßitate, quibus alius non ſubueniebat. Richard. in quarto, diſtinctio. 15. articu. 2. q. 2. M.

Si habens ſuperflua condecentiæ ſui ſtatus, non fecit eleemoſynam, magnam patientibus

tibus neceſsitatem, licet non extremam. Richar. idem. M.

Si de alieno fecit eleemoſinam cõtra eius voluntatem probabiliter, 14. q. 5. Nolite. Et c. Eleemoſyna. S. Bonauen. in quarto diſtinctio. 15. M.

Si diuitias tantũ dilexit ad voluptatem, & ſuperfluitatem. Alexan. in ſecunda parte, tractatu de auaritia. M.

Si diuitijs abuſus eſt in luxurijs, duplex reatus eſt. De quo Luce. 6. Veh vobis diuitibus qui habetis conſolationem veſtram. Sco. in quarto, diſtinctio. 15. M. Abuti diuitijs.

Si prodigus diuitiarum fuit propter feſtum, vel conſequendum honorem humanũ; Alexander de Ales in ſecundo tractatu de auaritia. M.

De proditione filia auaritiæ.

SI prodidit terram aliquam vel perſonam ſuis inimicis, de omni damno inde ſecuto tenetur. Alex. de Ales in ſecundo tractatu de auaritia. l. 1. 2. & 3. ff. ad legem Iuliam, maieſtatis. M. 1 Filia auaritiæ. Proditores locorũ, & perſonarũ, atq; eorũ fautores, & complices.

Si proditioni præſtitit conſiliũ, vel opem mittendo litteras, nuncium, arma, vel ſignum faciendo, & huiuſmodi eſt crimen læſæ maieſtatis. vt in l. 1, 2. & 3. ff. ad legem Iuliam, maieſta. M.

Si prodidit hoſtibus conſiliũ domini, vel ciuitatis exuri debet. dicta.l.1.2.& 3.ff. ad legem Iuliam maieſtatis. Et cap. Nerui. diſtinct.13. M.

Si cõiurationes, ſeu tractatus cõtra rempublicam, vel in proximorum notabile dãnum, valentibus prodeſſe non reuelauit, ſecundum Rich. in 4. diſt.21. M.

Litterarum apertio.

Si litteras alteri miſſas aperuit, et aduerſario mittentis oſtendit, tenetur de damno ex hoc illato & de cri. fal. ſecundum Bal. in l. Qui teſtamentum. ff. ad legem Corneliam de fal. M.

Si per litteras falſas damnificauit aliquem, tenetur de damno illato. l. quædam. ff. de offi. præſidis. M.

Reuelator ſecretorũ.

Si conſulens alteri prodidit ſecretum, quod celandum accepit, tenetur ad omne dãnum, quod petens conſilium incurrit. Rich. in 4. diſt. 21. ar.5.q.5. M.

Si prodidit conſilium ſibi fideliter datũ, cum damno conſulentis; tenetur ad damnũ illud. Rich. ea. di. q.4. M.

Si doloſe prodidit ſecretum, quod de alio ſciebat cum eius damno, tenetur ad illud damnum. 22. q.5. de forma. & ibi glo. M.

Si alterius litteras aperuit, credens hoc non placere mittenti eas, vel ei cui mittuntur, vel ſi vera ſigilla corrupit, vel ſigillum litteræ clauſæ aperiendo fregit: De fide

de inſtru. c. Inter dilectos. §. 1. & De offi. de lega. ca. Cum olim. Sco. in 4. M.

Prælatus tamen aperiens ſubditi litteras non videtur peccare. Ar. ca. Non dicatis. 12. q. 1.

De fraude, filia auaritiæ.

S I fraudulenter emit bona eccleſię, vel loci pij, hoc eſt, ſine eius vtilitate, vel neceſſitate vendendi, & debita ſolemnitate, ac licentia papæ ſpeciali, contractus non tenet. Dubium hoc eſt, & peccauit. 12. q. 2. ſine exceptione. Et in extrauagante, ambitioſæ, Pauli ſecundi, de qua in parte prima. cap. 3. §. 142. M. 2. Auaritiæ filia. Emere bona eccleſiaſtica vel pia.

De falſificante ſcripturas.

S I ſcripturam ſuam, vel alterius, in damnum proximi falſauit, vel deſtruxit, tenetur de damno illato. ff. ad legem Corne. de fal. l. 1. in prin. & l. quid ſit, & Bar. in l. Paulus. eodem titulo. M. Scripturarũ falſarius.

Non ſolum falſum ſcribendo in teſtamento, vel inſtrumento, vel libro rationum; ſed intercidendo, vel delendo litteras, ne verum appareat, dicitur falſarius d. l. 1. §. Qui in rationibus, et in l. Quid ſit. et l. Paulus. §.

Paulus. eodem titulo.

Si fraudulenter alterius ſcripturas celauit, tenetur de omni damno, ex hoc alteri ſubſecuto. l. Qui teſtamentum. Et l. Eis qui ff. de falſis. M.

Si inſtrumenta apud ſe depoſitam in damnum deponentis mõſtrauit aduerſarijs eius, tenetur de omni illius dãno. l. 1. §. Is qui depoſita ad legem Corne. de fal. M.

Falſariorum pœna. *Mortale peccatum vt in omnibus prædictis caſibus falſitatis, tum propter notabile damnum, tum propter pęnam prædictis inflictam, quæ eſt bonorum publicatio, & deportatio, ſeu perpetua bannicio: vt l. 1. in fine ff. ad legem Corne. da falſis. M.*

Si pecuniam dedit tabellioni vt falſum teſtamentum, vel aliud inſtrumentum ſcriberet, tenetur ad damnum inde ſecutum. ff. ad legem Corneliam, de falſa. l. 1. in princi. Et in glo. M.

Si procurauit ſcripturam, vel litteram, prelati alicuius falſari, vel falſis vſus eſt, de damno, ſi ſecutum eſt, tenetur, c. Inter dilectos. §. præterea. De exceſ. præla. M.

Falſificans lřas Papę excommuuicatus. *Si litteræ fuiſſent papæ, excommunicationem incurriſſet. vt prima parte, cap. 3. §. 75. M.*

Falſificatores artium mertiumq;. *De lanificibus, pictoribus, & tinctoribus, aromatarijs, merces ſuas, vel artes*

frau

fraudantes, habes infra in tertia parte de ſtatibus.

De inquietudine filia auaritiæ.

Si propter temporalia acquirenda fuit tanta inquietudine ſolicitus, vt neceſſariũ ſaluti prætermiſit, ſicut miſſam, confeßionem, & huiuſmodi. De pen. & re. omnis. de conſe. diſt. 1. miſſas: Tho. ſecunda ſecundæ. q. 55. artic. 6. M. 3. Auaritiæ filia.

De violentia filia auaritiæ.

De violentia ſi ſine iuſta cauſa bellauit, vt defendendi, vel recuperandi ſua, tenetur de omni damno aduerſarijs ex hoc illato. De homicidijs atq; verberibus. l. quoniam. C. de vi. publica. & l. inuaſte. C. vnde vi. do. Pe. de ancharano. in regula. Peccatum lib. 6. M. 4. Auaritiæ filia.

Si habens iuſtam cauſam bellandi ſine ſui ſuperioris auctoritate bellauit, tenetur vt latrunculus, ad reſtitutionem raptorum, & damnorum illatorum. l. Nullus C. De iudęis. & l. hoſtes. ff. De captiuis. Iniuſtũ bellum.

Anto. de But. in ca. Olim cauſam de reſti. ſpo. & Alex. de Ales in tertio. in expoſitione ſeptimi præcepti. M.

Si noluit reſtituere id quod rapuit, etiam cum auctoritate ſuperioris bellando vltra plenariam ſatisfactionem damni ſui, & ſuorum quo ad bona, vulnera, & cedes. diſtinct. 1. ius gentium, & l. naturalem. ff. De acquiren. re. do. M.

Tamen ſi nequit ſuperioris copiam habens, & ex iuſta cauſa bellauit ſine illius auctoritate, non imputantur damna, & homicidia. l. Nullus. De iudæis. Bar. in l. hoſtes. ff. de captiuis. & idem. ſi ſuperior noluit adminiſtrare iuſtitiam, ca. per venerabilem. §. 1. Qui fi. ſint le. & c. 1. De mili. vaſallo in vſibus feudorum. M.

Si ſuperiorem recognoſcens, & habens iuſtam cauſam belli, non adijt ſuperiorem illius, contra quem bellauit. l. 4. §. Si tā vicinum, ff. De dam. infec. C. ne quis in ſua cauſa, in rubro, & nigro. M.

Non pōt Imperator gerere bello ſine Papæ licentia.

Si imperator ſine auctoritate papæ pugnauit, cum ei ſubſit, eo ꝙ eius iuriſdictio dependet a papa, & eum deponere poteſt ex cauſa capitu. Venerabilem. De elec. Ant. de But. in cap. Olim cauſam. De reſtitu. ſpolia. M.

Nolens adminiſtrare iuſtitiam.

Si ſuo conſilio princeps vel communitas inuaſit iniuſte terram alienam; alias non

factùrus; tenetur ipſe conſultus ad omnia damna illata. Illis non reſtituentibus, vel damnificatis ei non remittentibus; ſecundum Innoc. & dominum Abb. in cap. Sicut dignum. De homici. M.

Si raptoribus auxilium dedit; tenetur de damno a ſe illato; vel etiam ad totum, ſi ſine auxilio ſuo factum non fuiſſet. Innocen. & Abb. ibidem. M.

Si ſcienter participauit de rebus raptis; pro tanto tenetur ſpoliatis, uel pauperibus, ſi illi neſciuntur. Richardus in quarto diſtinct. 15. M.

Si ſtipendiarij prædam recuperatam de manu hoſtium; qui nondum deduxerant eam in preſidia, vel caſtra ſua non reddiderunt ſuis dominis, vt tenentur. l. transfugam. ff. De acquiren. rerum domin. Bal. in l. ab hoſtibus. C. De captiuis. M.

Si recuperatos boues currus victualia, & huiuſmodi quæ ab hoſtibus deducta erant dominis ſuis qui pro exercitu illa adduxerant non reddiderunt; vt tenentur d.l. transfugam. M.

Quo caſu equi alij qui victualia adduxerãt ſic recuperati & arma ſiũt recuperantiũ militũ. Ita tamẽ ꝙ aſſignetur duci belli; ſicut & alia capta; que prius hoſtiũ fuerãt; qui dux ſecũdum merita inter milites diuidet — Bellica deprædatio.

det 23.q.5. dicat aliquis.

Sed & capta per illum qui iuſte ſe defendit, ſiue princeps ſit, ſiue ciuitas; non ſubiacent reſtitutioni; ſecundum ſalyce tum in l. ab hoſtibus. C. De captiuis. & Io. de anania in capitulo. Excommunicamus. §. Catholici. de hæreticis. M.

Defendere verò ſua licet auctoritate legis; abſq; alia ſuperioris licentia, per ea quæ habentur. ff. De rei vendica. in l. Qui reſtituere.

Si iuit in bello quod expreſſe non apparebat licitum, quia præſumitur illicitum. C. Qui militare poſſunt. lib. 12. per totum. Do. Anto. de Bu. in ca. Olim cauſam. De reſtit. ſpo. M.

Nota pro militibus. Subditi tamen propter obedientiam excuſantur in dubio, 23.q.1. Quid culpatur.

Si fuit in bello, quod vna ciuitas contra aliam fecit ſine auctoritate ſuperioris, ad omnia damna per ſe data tenetur; quia potius dicitur latrocinium, quàm bellum; per l. hoſtes. ff. De captiuis. Bar. in ea.l. M.

Si perſona priuata ex interuallo rem violenter ſibi ablatam ab alio, propria auctoritate recuperauit; quod non licet: ſecundum Alex. in quarto tractatu reſtitutionum. & Archidyac. in cap. Dominus 23.q. 2. M.

Recuperator propriorum bonorum. Licet tamen recuperare rem propriam contra vim inferentem, etiam in clericum manus

manus violentas inferre; ſi in continenti poſtquam ſpoliatus fuerit fiat; antequam ſcilicet ad alia negocia diuertat, infra tres dies, vel plus temporis ſecundum exigentiã rei; quando propter potentiam ſpoliantis, oportet amicos colligere. Ar. in l. 2. §. con-feſtim. ff. ad Tertulianum. & De verbo obli. l. Continuus. & ca. Olim. 1. De reſtit. ſpolia. Vbi Ioan. And. & Abb. Siculus dicunt hoc.

Si non requiſito prius domino, vel ciuitate debitoris procurauit fieri repræſalias ſecundum glo. & dom. Dominicum de ſancto Gemi. in c. Ius gentium, diſtinctio. 1. M. Archi. tamen in cap. Dominus. 23. q. 2. dicit: Quidam videntur excuſare repræſalias quæ pro ciuitate conceduntur. Sed contra eſt. c. Et ſi pignorationes. De iniur. lib. ſexto; vbi reprobantur, eo ꝙ *ſunt contrariæ iuri naturali, & legibus; vt in auctentica, vt non fiant pignorationes. §. 1. col. 5. & hoc dictum Archi. videtur magis in conſilijs dandis ſequendum.*

Si fiunt contra perſonam religioſam incidit in excommunicatione, de qua in prima parte vbi de excomm. M.

De Ludo aleæ.

ALEAE ludus eſt, qui iuribus fortunæ

inniti

Ludus aleæ, quid ſit, & eius prohibitio.

tur; & eſt peccatum mortale ſi fiat ex cupiditate; quia ſic eſt prohibitus .ff. De aleato. per totum in auctentico. De ſan. epiſc. §. Interdicimus. De vita & honeſt. cler. c. Clerici officia. Et quis poteſt excommunicari propter illum diſt. 35. Epiſcopus. Excommunicari enim de iure nemo poteſt, niſi pro mortali. 11. q. 3. Nemo epiſcoporum. & c. Nullus. dominus Dominicus de ſancto Geminiano in dicto cap. Epiſcopus. M.

Ludere tamen ad aleam cauſa recreationis pro eſculento, & poculento; non vltra vnum aureum; quando ludens eſt multum diues; nec ſit clericus, nec ludatur fraudulenter, vel tempore luctus non eſt prohibitũ .ff. De aleato. l. fi. Rich. in quarto, diſt. 15. artic. 5. q. 8. & Durand. in ſumma.

Reſtitutio acquiſitę rei in alearum ludo.

Si quod vicit in alea nõ reſtituit ei quem traxit ad ludum, vel non attraxit; ſed fraudulenter vicit ab eo. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 32. art. 7. Bal. in rub. C. De condi. ob tur. cau. & dominus Dominicus de ſancto Gem. in c. epiſc. diſt. 35. M.

Attractus autem ad ludum ſi vicit nõ tenetur perdenti reſtituere; ſed pauperibus erogare, ſecundum dom. Antonium de Butr. in cap. Quia pleriq; De immu. eccl. & Tho. eodem art. 7.

Nota pro aleatoribus.

Si non reſtituit tutori, curatori, patri, marito, domino, eccleſiæ, vel monaſterio; vt

tenetur;quod vicit a pupillo minore. 25. annis;furioſo, filiofam. vxore, ſeruo, Clerico, et Religioſo Tho. vbi ſupra. & Bal. in rubri C. de condi. ob tur. cau. Et Dominicus vbi ſup. M.

Si quod lucratus eſt in alea, ſecundum ꝙ ludus aleæ, & taxillorum eſt prohibitus nõ reſtituit; vt tenetur expreſſe de iure ciuili. ff. De aleato. per totum. Et implicite de iure cãnonico; quia vt dicitur diſt. 10. ca. de capitulis leges imperiales non contrarias iuri diuino; nec abrogatas per ius canonicum, nec per contrariam conſuetudinem rationabilem, iura canonica obſeruari decreuerunt. Richar. ea. q. 8. & glo. & arch. in cap. Epiſcopus. diſt. 35. & c. Clerici officia. De vi. & honeſt. cleric. Et ibi domin. Abb. hoc tenet cum dom. Anton. & Hoſtien. in Summa titu. De pę. & re. M. — Ludus alearum & ciuili b⁹ & canonicis legibus damnatur.

Vincens tamen in alea ſine fraude a voluntario, habente proprium peculium reſtituere non tenetur ei; ſed pauperibus; vbi per diſſuetudinem derogatum eſt legibus præcipientibus reſtitutionem: ſecundum Thom. vbi ſupra. Et Ioann. And. Et domin. Anton. de Butr. & Abb. in cap. Quia plerique. De immu. eccleſ. & domin. Dominicus de ſancto Geminian. in cap. Epiſcopus. 25. diſtinct. Hodie in Italia ferè vbiq; abrogatæ ſunt leges imperiales

les reſtitutionem huiuſmodi præcipientes: ſecundum Scot. in quarto diſtinctio. 15.

Filiusfamilias reſtituere nõ tenetur in foro conſcientiæ pecuniam mutuo acceptam in alea, ad ludendum, in qua illam amiſit: quia lex Macedoniana ſic ſtatuens fouetur naturali æquitate: ſecundũ Inno. & Do. Antonius de But. in cap. Quia pleriq;. De immuni. eccle.

De turpi lucro multipliciter.

Clerici turpe lucrum ſectantes.

Si clericus lucrum fecit negociando, cũ ei turpeſcit, & prohibitum. vt c. 1. Ne clerici. vel mo. debet pauperibus errogare. M.

Aduocati, iudices, teſtes turpe lucrũ erogent pauperibus.

Si aduocatus, teſtis, vel iudex pro iniuſte aduocando, teſtificando, vel iudicando pretium accepit; tenetur pauperibus erroga re. c. Non ſane. 14. q. 5. Et ibi Archidya. & Inno. in c. Quia pleriq;. De immu. eccle. M.

Si officialis, ſuperior, vel inferior, aut notarius extorſit extra ſalarium taxatum; ſi a multis, & parum, tenetur pauperibus errogare. Si ab aliquo multum tenetur eidem. d. c. Non ſane. 1. q. 7. Sanctimus. C. q. metus cauſa l. penult. Abb. & Innoc. in c. Quia pleriq;. De immu. eccle. M.

Res in torneamento aquiſita pauperibus erogetur.

Si in torneamentis aliquid queſiuit; eſt pauperibus de conſilio errogandum, licet ſemper ſit mortale. vt c. 1. & 2. de torne. Rich.

Richard. in quarto, diſt. 15. M.

Si tempore feſtiuo lucratus eſt opere mechanicho, vel negociando, de conſilio debet errogare pauperibus agens contra tertium præceptum ſine vera neceſsitate: vt, De fer, c. 1. & c. Licet, & Exo. c. 20. M.

Res tpe feſti uo acquiſitas negotio uel ope mechanico.

Si lucrum eſt fucamentorum, taxillorũ, ſertorũ, & huiuſmodi, tenetur pauperibus errogare: Inn. & Abb. in cap. Quia pleriq;. De immu. eccle. ar. c. Magne: & c. Quod ſuper his. De voto. M.

Si lucrum fecit fundendendo monetas, groſsiores electas; vel tondendo grauiores; tenetur pauperibus errogare. Sco. in quarto diſtinctio. 15. M.

Monetarij.

Si vir uel mulier lucrum accepit propter adulterium, vel ſodomiam; ab his qui alienare poſſunt; tenetur pauperibus errogare cum non competat repetitio danti: nec dominium transferatur in accipientem, l. idem & ſi. ff. De condi. ob. tur. cau. & l. in hæredem. ff. De calum. Ant. de Butr. in capit. Quia pleriq;. De immu. eccle. & ibi Abb. ſic, ſecundum Cy. & Bal. M.

Lucrum ex adulterio. &c.

Meretrix vero publica acquiſitum per meretricium; vt ſuum donare poteſt, & teſtari de eo, Abb. in d. capit. Quia pleriq;, ſecundum Cy. & Bal. & etiam Thom. Albertus: & Pe. in 4. diſt. 15.

Ex meretricio acquiſitũ

Si meretrix accepit a clerico bona eccle-

ſiæ tenetur reddere ſuperiori, vel ſucceſſori, in eccleſiæ vtilitatem conuertendum: ar. 17. q. 4. Si quis in atrio: ſecundum Hoſt. in Summa titu. De pęnit. §. Quilibet.

Si a prælato religioſo, aliquid magni valoris accepit, monaſterio reſtituere tenetur: ſecundum Monal. in ſumma, in verbo reſtituere. M.

Similiter ſi accepit a filiofamilias, vel religioſo, vel ab his qui alienare non poſſunt reſtituere tenetur, patri, prælato. &c. & ſecreto modo Monal. in ſum. M.

Si pannum ſericum in eccleſia, vel aliam oblationem publicam, de quæſito per meretricium, clericus vel religioſi ſuſceperunt retinere non poſſunt: ſecundum Alex. de ales, vbi ſupra: vt Deuto. 23. capitulo. M.

Si vir a coniugata propter meretricium accepit de rebus mariti vel dotis; reſtituere tenetur marito. Monal. vbi ſupra. M.

Si religioſus a coniugata de dotalibus, vel de bonis viri accepit, propter opus carnale; & conuertit in monaſterij vtilitatem, poteſt propria auctoritate ſi timet prælato dicere, ſurripere tantundem ad reſtituendũ marito: Monal. vbi ſupra. M.

Emptores Bladi ad cariſtiã inducẽdã, reſtitutioni tenentur.

Si emit frumentum; aut aliam ſpeciem ad careſtiam inducendam, tempore, lucrũ eſt: & de conſilio reſtituendum Ant. de Bu. in cap. 1. Ne cleri. vel mo. M.

Si

Si retinuit mercedem alterius, vel aliquid de precio conuento, vel multum diſtulit eam reddere mercenario. Leui. 19. ca. Pe. aureolus, in ſecundo, diſt. 42. M.

Si mercenarius rē domino pro ſua mercede ſurripuit, & ſine ſui vel alterius ſcandalo, licet eam reſtituere nō teneatur, tamē peccauit accipiendo: tex. & glo. in c. Non ſane. 14. q. 5. Rich. in 4. diſt. 15. M.

Quia tamen reſtituere non tenetur rem ſuam, vel ęquipollentem ſuæ ſi eam debitori ſuo ſurripuit, ſine omni periculo infamię, vel periurij, vel vitæ ſuæ, vel alterius: ſecundum Alex. de Ales in quarto volumine. Archidy. in cap. Dominus. 23. q. 2. Io. An. & Abb. Siculus in cap. Olim. 1. De reſtitu. ſpoliato.

De quæſtoribus eleemoſynarum.

SI ſine litteris Papæ, vel diœceſani, aut priuilegio alio quæſtuauit eleemoſynas doloſe, ſumpto habitu religionis Sancti Ioannis, Sancti Antonij, aut alterius, & contra c. Cum ex eo. De pęn. & remiſ. & c. Tuarum: De priui. vltra mortale, tenetur ad reſtitutionem omnium, quæ ſic quæſiuit. Aſten. lib. 4. tit. 39. & Imola. in Cle. abuſionibus: De pęn. & remiſ. M.

Si nomine ſancti Antonij, vel ſancti

Iohannis quæſtuauit, cum non ſit oblatus, vel conuerſus dictis religionibus; ſed tantum cruce ſignatus in pectore, & per fratres dictarum religionum miſſus, puniri poteſt tam ipſe quam mittentes per diœceſanum, ſecundum dominum Abbatem, in prę dicto capi. Tuarum. M.

Nota ꝓ quęſtoribus eleemoſynarum.

Si quæſtuarij ſancti Ioannis, ſancti Antonij, ſancti ſepulchri, & huiuſmodi pronunciant, ꝙ populus faciendo eis eleemoſynas maiorum indulgentiam peccatorum cō ſequantur, quam in eorum litteris, vel priuilegijs contineatur, contra dictum cap. Cum ex eo. tenentur ad reſtitutionem eorū quæ tali fraude quæſierunt: vt etiam in d. Clemen. Abuſionibus.

Si dicti quæſtuarij propter eleemoſynas acquirendas diſpenſauerunt in votis matri monijs, ieiunijs, & huiuſmodi, cum non habeant ex priuilegio, in litteris expreſſo, cōtra dicto. ca. cum ex eo. ad reſtitutionem tenentur. M.

Caput Secundum.

De Gula.

GVLA eſt immoderatus amor edendi. Et dicitur immoderatus, nō ſolum reſpectu quantitatis cibi, ſed qualitatis, temporis,

Peccati gulę diffinitio.

& modi. Quærendo videlicet lautiora cibaria, & comedendi horam præueniendo. Alexan. in ſecundo tractatu, de peccato gulæ. & De conſe. diſt. 5. c, Quinq; modis, mortale eſt, vel non.

Peccatũ gulę quinque modis eſſe põt, vel non.

Si delectationi gulæ inhæſit tanquam fini, paratus facere contra Dei, vel eccleſiæ præcepta, propter iſtam delectationem aſſequendam Rich. in 4. diſt. 15. art. 3. q. 6. & Tho. ſecunda ſecũdę. q. 143. ar. 2. M.

Concupiſcere tamen delectationem ciborum; nec velle propter hoc; contra legem Dei facere, eſt veniale Tho. e. ar. 2.

Si tempore ieiunij properauit comedere præueniendo notabiliter horam nonæ ab eccleſia determinatam. De conſe. diſt. 1. Solent. Rich. ea. q. 6. Landul. ea. di. dicit, hoc eſſe verum, ſi mane, vel hora tertia manducauit. M.

Comedere tamen ſtatim poſt horam ſextę (licet ſit aliqua ieiunij derogatio) non tamen tranſgreßio, cum ſic comedere, in multis locis conſuetudo inualuerit, Ric. in quarto. diſt. 15. ar. 3. q. 8.

Prępenire vero horam comedendo propter neceßitatem infirmitatis, vel itineris nullum eſt peccatum ſecundum Vl. lib. 6. Tractatu, 2.

Si nimis lauta ſeu delicata cibaria vltra conditionem ſuam quęſiuit propter multũ

exceſſum, poteſt eſſe mortale. Rich. vbi ſupra. q. 6. M.

Diuites tamen ad cibos pauperum non ſunt arctandi. diſt. 41. Non cogantur.

Si multum exceſſum in ſumendo cibum vltra indigentiam ſuæ complexionis voraciter epulando, quod dicitur crapula, mortale eſt: quia propter hoc clericus ab officio & beneficio ſuſpendi poteſt, c. A crapula. De vi. & ho. cleri. Vbi & hoc dicit do. Abb. Siculus. M.

Si cibum aliquem probabiliter ſibi multum nocere credebat ſumpſit, & maxime ſi erat infirmus. Dominus Anto. de But. in cap. Tua nos. De homici. M.

Inebriari *Si percipiebat ſe bibere vltra menſurã, & inebriari, inebriatuſq; eſt. Alex. de Ales in 2. tractatu, de gula, q. 10. M.*

Bibens autem vltra menſuram in perceptibiliter ex quo inebriatus eſt, imputatur ſolum ad veniale peccatum, Alexand. vbi ſupra.

Si vero neſciat potum eſſe immoderatum & inebriare potentem, nullum eſt peccatũ, ſecundum Thomam, vbi ſupra.

Si alium inebriauit intendens auferre ei vſum rationis, quod quidem eſt grauius, quam alia temporalia auferre. Alexand. vbi ſupra.

Si alium inebriari fecit, etiã cã medicinę

c. Cum

c. *Cum infirmitas . in fi. De pęn. & re. M.*

Si ebrietas ſit aſsidua, eſt mortale, ſecun dum Aug. & habetur in diſt. §. Alias autē 25. di. Non quia multiplicatio actuum ve nialium augeat in infinitum: ſed quia non poteſt eſſe, ꝙ homo aſsidue inebriatur: quin ſciens, & volens, ebrietatem incurrat. Th. vbi ſupra. M.

De Infirmis.

SI infirmus comedit ex vitio gulæ cibū, quem probabiliter credat egritudinem augere deberc, facit contra charitatem, qua proprium corpus diligere debet, Duran. lib. 2. parte. 1. diſt. 7. M. Infirmi nociua comedentes.

Si infirmus medico inobediens ſumat cibum nociuum ſcienter infirmitatem aggrauantem, dicitur in ſeipſum ſęuire. vt capi. Significauit: De corpo. vici. do. Ant. de But. in c. Tua nos. De homici. M.

De Ieiunio.

SI ieiunium ab eccleſia præceptum de vitio gulæ magis, quam ob neceſsitatem omiſit, conſtitutus in ętate. 21. anni. De conſe. di. 5. Quadrageſima. & c. ſeq. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 147. ar 4. M. Ieiuniū quadrageſimæ.

Excuſantur tamen pueri nimium, ſenes, Qui a ieiunio excuſent

 ęgro

ægrotantes, mendicantes, graui labore victum quærentes, prægnantes, nutrientes, ac ad ſancta loca peregrinantes. Rich. in 4. diſt. 15. ar. 2. q. 4.

Vbi ſubeſt debilitas, vel cariſtia ciborũ, & huiuſmodi, ex quibus dubitat homo, an ad ieiunium teneatur, requirenda eſt epiſcopi licentia: nec ſufficit licentia ſimplicis ſacerdotis De vo. c. 1. niſi cum ad epiſcopum recurſus haberi nõ poßit 26. q. 6. Presbyter. Anto. de But. in capi. Conſuluit: De obſerua. ieiu. & Tho. vbi ſupra.

Si in vigilijs, vel quattuor temporibus oua vel caſeum comedit contra patriæ conſuetudinem. diſt. 3. Deniq;. Rich. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 5.

Collatio tpe ieiunij.

Si pro collatione ieiunij, magnam electuariorum, vel confectionum quantitatem, ad ſubueniendum fami comedit. Rich. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 7. M.

Electuaria autem propter neceßitatem accipere in ſero vel in mane, non ſoluit ieiunium, ſecundum Gerar. Obdonis in quolib.

Si in ieiunando multum immoderate comedit, aut bibit meritum ieiunij amiſit. Th. ſecunda ſecundæ. q. 147. art. 6. idem Richar. vbi ſupra. Ardens circa potum poteſt homo tantum excedere, ꝙ plus peccet, quam ſi frangeret ieiunium. M.

Si in mane bibit vinum ad extinguendũ

non ſitim ſed fame, tempore ieiunij fregit ieiunium. Rich. ea.q.7. M.

Si pro collatione ſumpſit nuces, ficus, caſtaneas, poma, & huiuſmodi, quorum actus eſt in plus nutrire, fregit ieiunium eccleſiæ, ſecundum Alex. de Ales in 4. tractatu de ieiunio. Et Gerar. Obdo. in quolib. Quod alij intelligunt verum, ſi magna quantitate. M.

Si in die veneris, & etiam ſabbati, vbi de ſabbato non eſſet contraria conſuetudo carnes comedit. De conſe. diſt.5. Quia dies, & c. Conſuluit. De obſer. ieiu. M.

Si poſt cęnam comedit carnes, quando in ſequenti die eſt ieiunium præcepti, & abſtinentia a carnibus, ca. de eſu. De conſe. diſt. 3. ſecundum glo. Hoſtien. & do. Abb. in ca. Quoniam: de feri. M. Eſus carniũ, vel abſtinentia.

Si protrahens cęnam vltra mediam noctem carnes comedit, quoniam in ſequenti die eſt ieiunium præceptum, vel abſtinentia a carnibus, dicto capitulo, De eſu. dom. Abb. ibidem. M.

Si quando dies eſt ieiunij, comedit ante diliculum diei ſequentis. d. c. de eſu. Et domi. Abbas vbi ſupra. M.

Si homo mediolanenſis exiſtens in aliena prouincia, non obſeruauit conſuetudinem ieiunandi. incipiens in quarta feria cinerũ vt ibi obſeruabatur. diſt. 12. c. illa. vbi glo.

ægrotantes, mendicantes, graui labore victum quærentes, prægnantes, nutrientes, ac ad ſancta loca peregrinantes. Rich. in 4. diſt. 15. ar. 2. q. 4.

Vbi ſubeſt debilitas, vel cariſtia ciborũ, & huiuſmodi, ex quibus dubitat homo, an ad ieiunium teneatur, requirenda eſt epiſcopi licentia: nec ſufficit licentia ſimplicis ſacerdotis De vo. c. 1. niſi cum ad epiſcopum recurſus haberi nõ poſſit 26. q. 6. Presbyter. Anto. de But. in capi. Conſuluit: De obſerua. ieiu. & Tho. vbi ſupra.

Si in vigiliis, vel quattuor temporibus oua vel caſeum comedit contra patriæ conſuetudinem. diſt. 3. Deniq; Rich. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 5.

Collatio tpe ieiunij. *Si pro collatione ieiunij, magnam electuariorum, vel confectionum quantitatem, ad ſubueniendum fami comedit. Rich. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 7. M.*

Electuaria autem propter neceſſitatem accipere in ſero vel in mane, non ſoluit ieiunium, ſecundum Gerar. Obdonis in quolib.

Si in ieiunando multum immoderate comedit, aut bibit meritum ieiunij amiſit. Th. ſecunda ſecundæ. q. 147. art. 6. idem Richar. vbi ſupra. Ardens circa potum poteſt homo tantum excedere, ꝙ plus peccet, quam ſi frangeret ieiunium. M.

Si in mane bibit vinum ad extinguendũ

non

non ſitim ſed fame, tempore ieiunij fregit ieiunium. Rich. ea.q.7. M.

Si pro collatione ſumpſit nuces, ficus, caſtaneas, poma, & huiuſmodi, quorum actus eſt in plus nutrire, fregit ieiunium eccleſiæ, ſecundum Alex. de Ales in 4. tractatu de ieiunio. Et Gerar. Obdo. in quolib. Quod alij intelligunt verum, ſi magna quantitate. M.

Si in die veneris, & etiam ſabbati, vbi de ſabbato non eſſet contraria conſuetudo carnes comedit. De conſe. diſt. 5. Quia dies, & c. Conſuluit. De obſer. ieiu. M.

Si poſt cęnam comedit carnes, quando in ſequenti die eſt ieiunium præcepti, & abſtinentia a carnibus, ca. de eſu. De conſe. diſt. 3. ſecundum glo. Hoſtien. & do. Abb. in ca. Quoniam: de feri. M. Eſus carniũ, vel abſtinētia.

Si protrahens cęnam vltra mediam noctem carnes comedit, quoniam in ſequenti die eſt ieiunium præceptum, vel abſtinentia a carnibus, dicto capitulo, De eſu. dom. Abb. ibidem. M.

Si quando dies eſt ieiunij, comedit ante diliculum diei ſequentis. d. c. de eſu. Et domi. Abbas vbi ſupra. M.

Si homo mediolanenſis exiſtens in aliena prouincia, non obſeruauit conſuetudinem ieiunandi. incipiens in quarta feria cinerũ vt ibi obſeruabatur. diſt. 12. c. illa. vbi glo.

in verbo veneris dicit. Viatores tenentur ſequi conſuetudinẽ loci, vbi ſunt: vt hic. M.

Interpolla-tũ ieiunium quadrageſi-male.

Si aliquot dies quadrageſimæ per interualla non ieiunauit, ſine rationabili cauſa tot ſunt mortalia. Quod ſi totam quadrageſimam omiſit, & ſine cauſa legitima eſt, vnum mortale, ſi vno contextu malæ volũtatis nõ mutato fecit, ſed tanto grauius, ſecundum doc.

Si in die ieiunij ſurrexit a menſa, intentione non plus comedendi, & poſtea ad comedendum regreſſus eſt, ieiunium fregit. M.

Nõ autem ſi animo redeundi, ad eſum ſurrexit. Archi. De conſue. diſt. 4. in cap. Non licet.

Redimuntur votiua ieiunia, & pœnitentialia, nõ autem ab ecleſia præcepta.

Ieiũnia quæ ſunt præcepta ab eccleſia, quãuis non poßint redimi, tamen quæ ſunt votiua, vel iniuncta in foro pęnitentiæ, auctoritate epiſcopi redimi poſſunt, dummodo compenſatio credatur Deo eſſe acceptior. De vo. c. I. ſecundum. Inno. Hoſtien. & domi. Ant. de Butr. ſuper rubrica, de obſerua. ieiu.

Si fuit cauſa vt aliquis ieiuniũ ad quod obligatus erat, ſine cauſa legitima frangeret. De iniur. ca. ſi. & De homic. c. de cætero. M.

Vxor ad viri præceptũ votiuũ põt frangere ie-

Si vxor ad præceptum viri fregit ieiunium ab eccleſia iniunctum. eſt mortale.

le. Secus ſi erat votiuum. 33. q. vlt. manifeſtum. Directorium. lib. 1. titu. 8. Iunium, non aūt eccleſiaſticum.

De inepta lætitia filia gulæ.

Si delectatus eſt in geſticulatione corporis, vel muſicis inſtrumentis, vel luſibus carnalibus; inepta lætitia eſt naſcens ex vitio gulæ, ſecundum Alex. vbi ſupra. 1. Filia gulæ. Quid inepta lætitia ſit.

Si dedit pecuniam cythariſtis, vel his qui varijs vtuntur inſtrumentis; vt ad voluptatem, & luxuriam ſonarent; quod nil aliud eſt quam populum vocibus delectare, & deum moribus ſtimulare. d. 92. inſtrumenta, glo. in capitu. Donare. diſtinctione. 86. M.

Si choreizauit modo laſciuo, vel intentione prouocandi ad libidinem; vel tempore ieiunij; vel fuit perſona religioſa; eſt mortale. S. Bonauent. in quarto diſt. 16. in expoſitione litteræ. Addit Guil. quando choreizauit ex conſuetudine; etiam ſine corrupta intentione; eſt mortale, his quatuor modis. M. Choreas ducere.

Si choreizauit in eccleſia vel cimiterijs. c. Cum decorem. De vit. & hon. cler. & Cle. 1. De cele. miſ. M.

Si clericus non ſolum choreizauit; ſed choreis interfuit impudicis, videtur

mortale, ſecundum do. Ab. in d. c. Cum decorem. M.

Si veſtitus eſt habitu clericali, vel religioſo laruando ſe, ſeu maſcarando: vt in auten. De San. epiſ. §. vltimo. C. De epiſ. audi. l. minime. glo. in c. Cum decoram: De vi. et ho. cle. M.

Inhoneſta ꝑ loqui vel cãtare. Si vſus eſt cantilenis inhoneſtis, & carnalibus in choreis. Cle. 1. De cele. miſ. di. 92. cantantes, vbi eſt gloſ. de hoc. M.

Si extra choreas carnalia cantauit, vel ad cantandum quenquam induxit propter amorem libidinoſum. Alexand. in 2. tractatu de luxuria, & Thom. 2. 2. quæſtion. 15 M.

De ſcurrilitate, filia Gulæ.

2. Filia gulę. SI verbatur pia, vel ad libidinem prouocantia, ex quadam intentionem libidinoſa dixit, ꝙ eſt ſcurrilitas. Alex. de Ales in ſecundo tractatu de gula. M.

Si fecit actus immorigeratos, & impudicos. Alexander in tractatu, de ſcurrilitate.

Si ſuſtinuit turpia loqui, quos tenebatur corrigere, vt ſuperior. Alexan. vbi ſupra. M.

De hebetudine mentis, filia gulæ.

HEBETVDO *mentis prouenit ex voluntario errore iudicij, circa cognitionem ſpiritualium. Alex. in ſecundo tractatu, de gula.* 3. Filia gulę.

Si iudicauit pertinaciter bona ſpiritus eſſe mala; eo ꝙ *ſunt aſperiora, vt ieiunia, vigilię, & aliæ huiuſmodi pœnitentię, dicitur hebetudo. Alex. vbi ſupra.*

De immunditia, filia gulæ.

SI *ex nimia ingurgitatione cibarijs ſe repleuit, vt poſtea fœditas in vomitu, ex eructatione ſecuta ſit, dicitur immundicia. Alex. vbi ſupra. Mortale eſt.* 4. Filia gulę.

Caput Tertium.

De Luxuria.

LVXVRIA, *eſt libidinoſæ voluntatis appetitus, ex conſenſu rationis. Alexan. de Ales in 2. tractatu, de luxuria.* Quid luxuria ſit.

Si comedit calida, vel aliud egit, vt pollueretur etiam dormiens, propter ſenſualẽ

de

delectationem. Alex. in ſecundo tractatu, de pollutione. M.

Si propter crapulam quæ eſt peccati mortalis pollutus eſt, etiam dormiens, diſt. 6. c. Teſtamentum.

Si propter turpem cogitationem præcedentem: & ex conſenſu rationis pollutus eſt dormiendo d. c. Teſtamentum.

Si cum conſummaretur pollutio in vigilia quæ inceperat in ſomnis, placuit ei deliberate illa ſenſualis delectatio; eſt mortale. Alexan. vbi ſupra. M.

Tamen ſi ei placuit ꝗ fuerit pollutus in ſomnis; licet dormiens delectationem ſenſerit; non eſt mortale: quia placentia hæc ſequens non imponit actui præcedenti malitiam, vel bonitatem ſecundũ Alex. vbi ſupra. Nec eſt peccatũ ſi placet præcedens pollutio propter naturæ exonerationem; vel ſi illa proceſſit ex naturæ debilitate, aut ſuperfluitate. Alex. vbi ſupra. Et d. cap. Teſtamentum.

Si conſenſit pollui in ſomnis non plenè dormiens; ſed medius inter dormientem, & vigilantem; quia habet vſum rationis; licet non complete, tutius eſt confiteri. Richard. in quolib. M.

Ad perfectam tamen rationem peccati mortalis requiritur perfectus vſus rõnis; quem medio modo dormiens habere non po-

teſt. Et minime perfecte dormiens, vt patet exemplo; q his conſentimus dormiẽtes, qui bus vigilantes non conſentiremus. & Bar. libr. de libero arbitrio ait. Dormientibus nihil quod faciunt bonum vel malum imputatur, facit Cle. 1. De homi.

Si delectatione libidinoſa ſcripſit, miſit, vel recepit litteras amatorias. Alexan. vbi ſupra. M.

Si cauſa luxuriæ dedit, aut recepit dona quamuis paruula. Alex. vbi ſup.

Si quem ad luxuriandum ſociauit; vel in his fuit mediator; aut alium fecit mediatorem; aut maleficam conſuluit. Alex. vbi ſupra. M.

Si propter carnalem libidinem cum alijs iuit; aut alios ſecum duxit, ad matinatas faciendas. Alexand. et Thom. vbi ſup. M.

Si ſtudio ſe defixit oculos in aſpectu mulieris pulchræ, ex quo ignis concupiſcentiæ accenditur; & eſſe naturæ corruptæ: mortale eſt, Alex. vbi ſupra.

Si laſciuis locutionibus, vel cautionibus procurauit aliquem, vel aliquam ad luxuriam perducere. Alex. de ales in 2. tractatu, de luxuria. M.

Quomodo peccatum luxuriæ committitur ſenſibus noſtris; habetur ſupra in ſexto præcepto, ante ſtatum matrimonij.

De

De cæcitate mentis filia luxuriæ. prima.

1. Luxuriæ filia. Quid mentis cęcitas.

CAECITAS *mentis eſt, diſipantia dulcedinis Dei, per quam reſpuit homo bona ſpiritualia, & affectat carnalia.*

Si voluntarie affectās carnales volupta tes, & bona meliora reſpuit ſpiritualia, ſicut corporales pęnitentias, tāquam malas, videtur mortale, ſecundum. Alex. de Ales in 2. in peccato gulæ. M.

Incōſtantia.

Inconſtantia quæ ſtatum in bono impedit propter aduerſa, & contraria voluntati, ita vt in bono cæpto homo non perſeueret, quod ſi eſſet de ſalutis neceßitate, morta le eſt. Alex. ibidem. M.

Exemplum, ſi non perſeuerat in propoſito religionem intrandi, ad quod ſe voto obliga uit, nullam cauſam neceſſario detrahentem habens. M.

Præceps operator.

Præcipitatio qua quis res faciendas aggreditur inconſulte, quæ ſi ſint res ad ſalutem animæ, & corporis neceſſariæ, ita, q homo maturius penſans non faceret, ſed quia immature agit ſe præcipitat, videtur mortale. M.

Exemplum ſi aliquam præcipitanter duxit vxorem in gradu prohibito, vel ingreſ- ſus

ſus eſt bellum, vel contractum iniuſtum fecit, quod ſi maturius deliberaſſet, non feciſſet.

Amor ſui quo quis plus ſeipſum diligit, quam Deum, quod eſt fundamentum ciuitatis dyaboli, ſecundum Aug. 14. de ciui. dei. Alex. vbi ſupra. M. Amor ſui.

Si deliberate aliquando propoſuit magis Deum negare, quam mortem, vel tormenta ab infidelibus ſuſtinere. Alexand. ibidem. M.

Deſperatio qua quis æternam vitam deſperat, quod ſequitur ex affectu nimio præſentis ſeculi. Alex. ibidem. M.

Caput Quartum.

De Superbia.

SVPERBIA eſt peruerſæ celſitudinis appetitus. Aug. lib. 14. de ciui. Dei. caputq; eſt omnium vitiorum, quia principium eſt omnium peccatorum, vel quia in omni peccato contemptus Dei, qui ex ſuperbia venit, reperitur. Superbus vero ab intra ſibi magnus apparet. Sed vanaglorioſus ab extra in ore aliorum laudem appetit. Alex. in 3. tractatu de ſuperbia, articulo primo, quæſtione. 1. Supbię diffinitio ex D. Auguſtino. Inter ſuperbũ, & vanaglorioſum diſcrimen.

Si bonum quod habet ſcientiæ, ſanitatis, diui

diuitiarum; et huiuſmodi, a ſeipſo exiſtimat habere; licet alias credat deum cauſam omnis boni; quod ſi non crederet hoc eſſet infidelitatis. Alexander ibidem. 23. q. 5. hinc notandum. primæ Corinth. 4. M.

Si bona quæ habet a deo ſe habere cognoſcit; ſuis tamen meritis principaliter accepiſſe putat: cum deus ſit cauſa primaria omnis boni, & homo ſecundaria. Alexan. ibidem. M.

Si extollit ſe habere bona, quæ non habet: aut pluſquam habet; vt ſibi apparet & non alijs. Ideoq; extollitur. Alex. ibid. M.

Si cęteris deſpectis uult ſingulariter apparere ſapientior; dictior; fœcundior; nobilior; & huiuſmodi; vel appetijt ab alijs ſic reputari. M.

Velle autem excellere alios, ſi eſt in virtutibus gratum deo facientibus; vt in humilitate; & in charitate, ſine aliorum depreſſione, & in quantum ſibi datur a deo; hoc eſt gratiæ & meriti.

Si eſt in alijs gratuitis temporalibus; quæ magis inflant; vt ſcientia, & diuitijs; niſi addantur debitæ circumſtantiæ malum eſt; quia eſt præeſſe propter ſe. Alex. ibid. M.

De diriſione.

DERISIO *eſt vox confuſa lætitiæ, inſultatio*

tatio

tationem immoderatam hylaritate denuntians. Subſannatio vero, eſt inſultatio, quę fit naſo contracto, vel rugato. Alexan. in tertio tractatu de deriſione. M. Differentia inter ſubſannationem, & deriſionem.

Si irriſit aliquem volens eum paruipendere omnino, ac vilem extimare, quaſi de ſuo malo non ſit curandum. Tho. 2.2.q.15. art. 2. M.

Alterius tamen malum paruum vertere in riſum, vel ludum, veniale eſt. Similiter ſi ſit defectus alicuius pueri, vel ſtulti in riſum. Tho. eodē articulo. 2. Vel ſi fit ex quadam leuitate nolens malum proximi. Alex. vbi ſupra. V.

Si irriſit quadam malignitate, vel improbitate proximi ſimplicitatem, vt eum faceret erubeſcere. Alex. vbi ſupra, & Tho. ſecunda ſecundæ. q. 15. art. 2. M.

Si deriſit volentem religionem ingredi, intendens ei facere erubeſcentiam, quia omnia propter Chriſtum vult relinquere. Alexan. ibidem. M.

Si per ſuam deriſionem intendit aliquē ad perturbationem notabiliter prouocare. Alexand. & Tho. vbi ſupra. M.

Si de Deo, vel Dei ſacramentis, vel parentibus, vel ſanctis viris, vel prælatis deriſionem fecit, eos vilipendendo, grauiſſimum eſt. Thom. vbi ſupra. M.

Si riſit de offenſa Dei, vel malo proximi.

Et ſic in Dei contemptum. De quo Luc. 6. Vhæ vobis qui ridetis nunc. Vhę enim eſt comminatio pœnę ęternæ. Alexan. in tracta. de peccato riſus.

De Ambitione.

Quid ambitio ſit.

AMBITIO *eſt inordinatus honoris appetitus, & aſpiratio ad illum. C. ſi certum petatur. l. quiſquis, & De præben. capitulo. Cũ iam dudum.*

Si appetijt honores de virtute quæ in eo non eſt; ſiue ſupra proportionem ſuam, Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione. 186. articulo primo, & quarto: vbi dicit. Superbus tendit ad aſſequendum quod ſupra ſe eſt. M.

Exemplum ſi indoctus, vel ineptus, vel indignus, quia criminoſus, officium ſeculare, vel beneficium eccleſiaſticum appetit. vt in ca. Auaritiæ, & ca. quorundam: De elec. lib. 6. M.

Si honorem collatum ſibi non refert in Deum, vt tenetur, cum virtutem propter quam honoratur, a Deo habeat; ſe. n. principaliter vult honorari. Tho. vbi ſupra. M.

Si dignitatem ſpiritualem, vel officia tẽporalia deſiderauit, vt honoretur magis prçeſſe propter ſe appetẽs, quã prodeſſe. Ale. & Tho. vbi ſupra. M.

Qui

Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. 1. Thimo. 2. Intelligas vt non ſit honor in intentione, ſed fructus. Naturalis vero affectionis, & ſine peccato eſt. Si homo quęrat augmētum boni eo modo quo debet, & a quo debet, & ad Deum referat. Alex. vbi ſupra. vide infra in quarta parte de prælatis, ſecundum. Tho. M.

Si hominibus quibus natura par eſt, dominari affectat intollerabiliter ſuperbit, ſecundum Auguſtinum, quod eſt contra tyrannos. Alex. vbi ſupra. M.

Si quæſiuit, aut affectauit peruenire ad officium vel dignitatem aliquam modis illicitis, vt emendo illa, vel alijs iniuſte deiectis, & huiuſmodi. 47. di. c. Virum: De Elec. auaritiæ, in ſexto Alex. vbi ſupra. M.

Statum prælationis appetere præſumptuoſum & ſtultum eſt: qui a viris probatæ virtutis cum coactione, & formidine ſuſcipi debet a peccatoribus infirmis, tota debet intentione vitari. S. Bon. in apologia. c. 3. M.

Si pro ſe, vel pro alio quæſiuit contra Dei, vel eccleſiæ percepta officium, vel beneficium conſequi. 1. q. 1. Nullus. ff. ad legē Iuliam. de ambitu. l. vnica. M.

Exemplum ſi pro talibus aſſequendis mutuauit prælato, vel principi, vel alteri.

De præſumptione.

Præſumptio qũo ſit duplex pctũ.

PRAESVMPTIO, peccatum eſt duplex. Prima eſt propriæ ſufficientiæ. Secunda eſt propriorum meritorum. Contra quã Lucę. 17: Cum feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus, fecimus quod facere debuimus. Alex. de Ales in ſecundo tractatu, de ſuperbia.

Si in damnum proximi præſumpſit artẽ exercere, quam neſciebat, vt in illo actu oportebat, ſicut iudicare, aduocare, mederi, confeſſiones audire, ædificare, conſulere, & huiuſmodi. Thom. vbi ſupra. M.

Si propter nimiam præſumptionem de miſericordia Dei, peccata commiſit, quod eſt peccatum in ſpiritum ſanctum. Sanctus Bonauentu. vbi ſupra. Et de hoc, in peccato inuidiæ. M.

Si peccauit ſub prętextu futuræ confeſſionis. Bon. vbi ſupra. M.

Si præſumpſit ſuis meritis vitam æternam promereri. Sãctus Bon. vbi ſupra. M.

Sed debemus præſumere principaliter de miſericordia Dei, ſimul cum noſtris meritis ſecundario: ſicut Iudith. ca. 9. Et hæc eſt bona præſumptio.

Si præſumpſit conuerſari aſſidue cum infidelibus, quod eſt prohibitum. vt ca. ad

hæc.

hæc: De Iudę. Et Tho. ſecunda ſecundæ. q. 10. ar. 9. M.

Tamen ſi ſtabilis ſit in fide, & ſua communicatione ſperetur infidelium conuerſio, non prohibetur. Tho. vbi ſupra, & 23. q. 4. c. Infideles. Cũ infidelibus conuerſatio prohibita, & damnabilis.

Si cum Iudęis, Saracenis, Turcis, & aliјs infidelibus, qui cibos diſcernunt præſumpſit comedere ſine cauſa neceſsitatis, quod prohibetur. 28. q. 1. Omnes, & glo. in c. Ad menſam. 2. q. 3. M.

Si moratus eſt in domo infideliũ, ſeruiẽs illis; vt eorum pueros lactando, etiam ſemel vel extra domum ſæpius. c. Et ſi. & c. Ad hæc: de Iudęis. M.

Tamen in caſu neceſsitatis licet lactare illos extra domum iudęi, non autem in domo. Et cum diſpenſatione epiſcopi, ſecundũ Abba. Siculum in d. c. Ad hęc.

Si præſumpſit communicare cum hęreticis, quod eſt prohibitum, ſecundum. Rich. in quarto diſt. 39.

De iudiçio temerario.

IVDICIVM temerariũ eſt ſententia firmata male opinionis de proximo, etiam ſi multa ſint ſigna mali, & pauca boni. Alexand. in ſecundo tractatu de iudicio, & ſuſpitione. Quid iudicium temerarium.

De præſumptione.

Præſumptio quō ſit duplex pc̃m.

PRAESVMPTIO, *peccatum eſt duplex. Prima eſt propriæ ſufficientiæ. Secunda eſt propriorum meritorum. Contra quā Lucę. 17. Cum feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus, fecimus quod facere debuimus. Alex. de Ales in ſecundo tractatu, de ſuperbia.*

Si in damnum proximi præſumpſit artē exercere, quam neſciebat, vt in illo actu oportebat, ſicut iudicare, aduocare, mederi, confeſſiones audire, ædificare, conſulere, & huiuſmodi. Thom. vbi ſupra. M.

Si propter nimiam præſumptionem de miſericordia Dei, peccata commiſit, quod eſt peccatum in ſpiritum ſanctum. Sanctus Bonauentu. vbi ſupra. Et de hoc, in peccato inuidiæ. M.

Si peccauit ſub prętextu futuræ confeſſionis. Bon. vbi ſupra. M.

Si præſumpſit ſuis meritis vitam æternam promereri. Sāctus Bon. vbi ſupra. M.

Sed debemus præſumere principaliter de miſericordia Dei, ſimul cum noſtris meritis ſecundario: ſicut Iudith. ca. 9. Et hæc eſt bona præſumptio.

Si præſumpſit conuerſari aſſidue cum infidelibus, quod eſt prohibitum. vt ca. ad

hæc.

hæc: De Iudę. Et Tho. ſecunda ſecundæ. q. 10. ar. 9. M.

Cũ infidelibus conuerſatio prohibita, & damnabilis.

Tamen ſi ſtabilis ſit in fide, & ſua communicatione ſperetur infidelium conuerſio, non prohibetur. Tho. vbi ſupra, & 23. q. 4. c. Infideles.

Si cum Iudęis, Saracenis, Turcis, & alijs infidelibus, qui cibos diſcernunt præſumpſit comedere ſine cauſa neceßitatis, quod prohibetur. 28. q. 1. Omnes, & glo. in c. Ad menſam. 2. q. 3. M.

Si moratus eſt in domo infideliũ, ſeruiẽs illis; vt eorum pueros lactando, etiam ſemel vel extra domum ſæpius. c. Et ſi. & c. Ad hæc: de Iudęis. M.

Tamen in caſu neceßitatis licet lactare illos extra domum iudęi, non autem in domo. Et cum diſpenſatione epiſcopi, ſecundũ Abba. Siculum in d. c. Ad hęc.

Si præſumpſit communicare cum hęreticis, quod eſt prohibitum, ſecundum. Rich. in quarto diſt. 39.

De iudicio temerario.

Quid iudicium temerarium.

IVDICIVM *temerariũ eſt ſententia firmata male opinionis de proximo, etiam ſi multa ſint ſigna mali, & pauca boni. Alexand. in ſecundo tractatu de indicio, & ſuſpitione.*

Si pro certo malitiam alterius extimauit ex leuibus iudicijs,& fuit de aliquo graui. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt.60. articu. 3. M.

Dubitare autem de proximi bonitate nõ eſt iudicare, ſed ſuſpicari, quod ex humana infirmitate procedit, & eſt veniale, ſecundum prædictos. V.

Vbi vero apparebant manifeſta inditia, vt ſi vidit ſuſpectos ſimul in lecto nudos, vel in loco ſuſpecto mutuo loquentes, non imputatur ad peccatum. Thom. eadem quæſtio. articu. quarto. & Richar. in ſecundo diſt.43. M.

Si firmiter iudicauit opera proximi bona, vt orare, ieiunare, aut indifferentia, vt loqui, & comedere, fieri mala intentione. ſ. propter vanã gloriam, vel luxuriam Alex. vbi ſupra, & Ric. in 2. diſt.43. M.

Si iudicauit quempiam furtum, vel homicidium feciſſe ſolum, quia familiariter in domo damnum paßi conuerſabatur, vel de occiſo male loquebatur dum viueret. Richard. in 2. diſtinctione, 43. ſuper litteram. M.

Si iudicauit virum, & mulierem mutuo loqui intentione libidinoſa, non ſciendo eos in alijs maleficos. Nico. de lyra, ſuper Lucam. cap. 7. & Richard. vbi ſupra. M.

De

De curioſitate.

SI curioſus fuit diſcere quæ prohibita ſunt, vt incantationes faceret, vel maleficia, vel a demonibus diſcere, vel diuinis. Thomas ſecunda ſecundæ.q.148. ar.primo. Deutero.3.c. M.

Si propter honorem habendum principaliter, aliquam ſcientiam didicit. Thom.vbi ſupra. M.

Si potiora, & neceſſaria ſtudia dimiſit propter vana, & clericus ius canonicum, propter poetas reliquit, cum habeat curam animarum. diſtin.37. Qui dimiſſa. Thom. vbi ſupra. M.

Si curioſe ſtuduit inquirere ab alijs ea per quæ poſſet de aliquo detrahere propter odium. Thom. ea. quæ.art.2.M.

Si curioſe, & non tranſeundo inſpexit ſpectacula chorearum, mulierum laſciuarum, per quod trahitur homo ad mortalem concupiſcentiam. Alexan. in 2. tractatu de peccato ſaltationis. M.

De ingratitudine.

SI optauit malum benefactori ſuo. Tho. ſecunda ſecundæ.quæſt.107. art. 3. Richar. in quarto. diſtinct.22. Duran. lib. 1. parte.

Si pro certo malitiam alterius extimauit ex leuibus iudicijs, & fuit de aliquo graui. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 60. articu. 3. M.

Dubitare autem de proximi bonitate nõ eſt iudicare, ſed ſuſpicari, quod ex humana infirmitate procedit, & eſt veniale, ſecundum prædictos. V.

Vbi vero apparebant manifeſta inditia, vt ſi vidit ſuſpectos ſimul in lecto nudos, vel in loco ſuſpecto mutuo loquentes, non imputatur ad peccatum. Thom. eadem quæſtio. articu. quarto. & Richar. in ſecundo diſt. 43. M.

Si firmiter iudicauit opera proximi bona, vt orare, ieiunare, aut indifferentia, vt loqui, & comedere, fieri mala intentione. ſ. propter vanã gloriam, vel luxuriam Alex. vbi ſupra, & Ric. in 2. diſt. 43. M.

Si iudicauit quempiam furtum, vel homicidium feciſſe ſolum, quia familiariter in domo damnum paßi conuerſabatur, vel de occiſo male loquebatur dum viueret. Richard. in 2. diſtinctione. 43. ſuper litteram. M.

Si iudicauit virum, & mulierem mutuo loqui intentione libidinoſa, non ſciendo eos in alijs maleficos. Nico. de lyra, ſuper Lucam. cap. 7. & Richard. vbi ſupra. M.

De

De curioſitate.

Si curioſus fuit diſcere quæ prohibita ſunt, vt incantationes faceret, vel maleficia, vel a demonibus diſcere, vel diuinis. Thomas ſecunda ſecundæ.q.148. ar. primo. Deutero.3.c. M.

Si propter honorem habendum principaliter, aliquam ſcientiam didicit. Thom.vbi ſupra. M.

Si potiora, & neceſſaria ſtudia dimiſit propter vana, & clericus ius canonicum, propter poetas reliquit, cum habeat curam animarum. diſtin. 37. Qui dimiſſa. Thom. vbi ſupra. M.

Si curioſe ſtuduit inquirere ab alijs ea per quæ poſſet de aliquo detrahere propter odium. Thom. ea. quæ.art.2.M.

Si curioſe, & non tranſeundo inſpexit ſpectacula chorearum, mulierum laſciuarum, per quod trahitur homo ad mortalem concupiſcentiam. Alexan. in 2. tractatu de peccato ſaltationis. M.

De ingratitudine.

Si optauit malum benefactori ſuo. Tho. ſecunda ſecundæ.quæſt.107. art. 3. Richar. in quarto. diſtinct.22. Duran. lib. 1. parte.

5. *quæſt. 22. M.*

Si retribuit cuiq; mala pro bonis, Durã. vbi ſupra, & Tho. ſecũda ſecundæ. q. 107. articu. 2. M.

Si ſpreuit retribuere benefactori ſuo quadam cordis elatione, reputans illum indignum retributione. Idem vbi ſupra. M.

Si actu ſubtraxit tempore neceſſitatis, quod ſuo benefactori facere tenebatur. Idẽ vbi ſupra. M.

De ſcandalo, filia ſuperbiæ.

1. Superbiæ filia. Quid ſcandalum ſit. SCANDALVM *eſt dictum vel factum minus rectum præbens alteri occaſionem, & non cauſam. Rayneria & D. Hierony.*

Si aliquo modo peccauit, vt furto, vſura, vel homicidio, intendens inducere ad ſimile peccatum, eum qui ſuo exemplo inductus eſt, vel etiam ſi non intendebat. Tho. in quarto diſt. 38. M.

Tamen cum ſecundi peccati actus pendeat ex primo, ſolum eſt vnum mortale, tãto grauius in ſcandalizante, ſecundum doctrinam Alex. de Ales ſupra in principio ſecundæ partis. §. finali.

Si non curat ſcandalizare quempiam ſuo malo exemplo; quamuis non intendat ad ruinam inducere. Mat. 18. Neceſſe

ſe

ſe eſt, vt veniant ſcandala.ſ.a Deo præſtita non neceſsitate coactionis, ſed neceſsitate immutabilitatis. Et ſequitur.Veh illi, per quam ſcandala veniunt. Thom. vbi ſupra. M.

Si ex ſtandalo quod alius ſumit iniuſte prętermiſit bonum ad ſalutem neceſſarium, vt parcere inimico, ſubuenire mulieri, vel alteri conſtituto in magna neceſsitate. Contra.c.Cum ex iniuncto. De no. ope. nuncia. Richard. in quarto. diſtinctio.38. M.

Si ſciens aliquem mortaliter ſcandalizari ex mentis infirmitate, vel ignorantia quia comedit carnes in quadrageſima, propter infirmitatem, nec ſcandalizato cauſam declarauit, vt tenetur 12. q. 1. Nollo. vel quia facit eleemoſynam feminæ non multum indigenti, vel quia religioſus carnes comedit: cui tamen alias licet, nec eleemoſynam dare, vel carnes edere, non deſiſtit. d. c. Cum ex iniuncto, & Richard. vbi ſupra. M.

Faciens publice contra votum ſolemne, vel blaſphemās, peccat in Deum principaliter, & in proximum ratione ſcandali. Tamen cū peccatum numeretur ratione actus tantum eſt vnum peccatum, tanto grauius. Sicut ſi vna actione plures interficiat homines. Sanctus Bonauen. in quarto diſt.38. ſuper litteram. M.

De

De Vanagloria.

VANAGLORIA eſt; Quia quis delectatur,& gloriatur in bono mutabili,et vano,pluſquam in deo ſummo,immutabili,bono; ſicq; eſt mater omnium malorum: prout autē eſt delectatio in re vaniſſima ; quæ eſt laus humana, ſic eſt filia ſuperbiæ appetens excellentiam ex laude illa. Alex. in 2. tractatu de vanagloria.q. 5. Velle laudari propter deum, vel propter bonum exemplum proximi,non eſt peccatum:quia eſt appetere laudem propter gloriam dei;vt deus in bono opere noſtro laudetur,proximus edificetur,et per imitationem proficiat. 1.Cor. 10. Placete omnibus,ſicut & ego omnibus per omnia placeo. Alex. vbi ſupra.

Si vana gloria inſurgat ex ſurreptione,eſt veniale;ſi ex deliberatione eſt mortale. Ad Gal.1.Si hominibus placerem chriſti ſeruus non eſſem. Alex.vbi ſup. M.

Si vanam gloriam habuit de vindicta facta, de fornicatione,& huiuſmodi, quia eſt contrariatio reuerentiæ dei de cuius offenſa gloriatur. Alex.vbi ſup. & Thom. ſecunda ſecundæ.q.132.art.3. M.

Si opera virtutis;vt ieiunare,orare,docere,& eleemoſynam facere,& huiuſmodi ordinauit;ad habendam hominū laudem prin

cipa

cipaliter. Alex. & Thom. Ibidem. M.

Operari tamen virtutes principaliter ad dei gloriam, licet cupiat ex hoc aliqualem laudem ſibi tribui; veniale eſt. Alexand. ſic Thom. ibidem. M.

Si propter conſequendam humanam laudem fecit; vel paratus fuit facere cõtra dei, vel eccleſiæ præcepta, Alexand. & Tho. vbi ſup. M.

Exemplum vt exponere ſe periculo mortis in haſtiludio, in pluries fornicando, in tenendo partialitatem pertinaciter: & huiuſmodi.

Si concupiuit laudari ab alijs, de re peccati mortalis. Alex. & Thom. vbi ſup. M.

Si ex aliquo opere ſuo bono, aut bono ſibi a deo collato, affectuit laudem humanam propter ſeipſum Alex. vbi ſupra.

De arrogantia.

Si arroganter ſeu falſo oſtentauit ſeu iactauit ſe habere plus diuitiarum, in ornamentis, in veſtibus, in ædificijs, & huiuſmodi, vel pulchritudinis, in fucis ſuis, vel magnitudinis perſonalis: in planulis altis; vel machagnonis ad inanem gloriam cõſequendam. Alex. vbi ſup. M.

Si falſo iactauit ſe habere induſtriã ſcientiæ, vel artis; quam non habebat propter lu

crum

crum præter mortale tenetur ad damni illa ti reſtitutionem ſecundum Alexan.& Tho. vbi ſupra. M.

De iactantia.

Quid ſit arrogantia.

IACTANTIA *eſt proprie laudis oſtentatio, etiam ſi ſubſit veritas, ſed arrogantia eſt falſa laus, cum ſibi attribuit quod non habet.*

Si quis iactauit ſe mendaciter de eo quod contrariatur caritati Dei, vel proximi. Th. 2.2.q.112.ar.2. M.

Iactãtiæ duplex exẽplũ.

Exemplum primum Exechielis. 28.c. Ex perſona regis Tyri dicitur. Dixiſti, Deus ego ſum.

Exemplum ſecundi, cum ſe iactans prorumpit in contumelias proximi. Lucę.18. phariſeus dicebat. Non ſum ſicut cæteri homines, velut huiuſmodi, publicanus.&c.

Si de ſuis operibus malis ſe iactauit, vel ſi in his voluit teneri ab alijs ſtrenuior. Alex. vbi ſupra. M.

De adulatione filia vanæ gloriæ.

ADVLATIO *eſt vana laus virtutis non habitæ exhibita, cum intentione placendi. Differt autem a iactantia quæ eſt laus proprij oris. Ipſa autem eſt alieni. Alex. in 2.*

tractatu de adulatione.

Si hominum laudes ſibi exhibitæ deliberatæ placuerunt ad propriam gloriam. Tho. ſecūda ſecundæ. q. 136. & 18. diſt. Nihil. M.

Si adulatus eſt aliquem intentione nocendi ſibi temporaliter vel ſpiritualiter. Alex. vbi ſupra. & Tho. ſecunda ſecundæ. quæſtio. 115. art. 2.

Si alterius peccata laudauit eſt mortale. Primo quia contra charitatem Dei, & contra eius iuſtitiam loquitur. Secundo proximi, quem ſic fouet in peccatis. Tho. vbi ſupra, & Ale. de Ales, & ff. De ſeruo corrup. l. Nulli. vbi dicitur. Non oportetur laudādo augere malitiam.

Laudare vero aliquem vt ex hoc eum cōſoletur, ne deficiat in tribulationibus, Aut in bono proficiat ſeruatis debitis circumſtātijs meritoriè ſit, Tho. ea. q. articulo primo.

Si propter adulationem, quam prælato faciebat, beneficium eccleſiaſticum conſecutus eſt. illud reaſſignare tenetur, Alexand. vbi ſupra.

Adulari autem cauſa alios delectandi, vel conſequendi neceſſaria ſubſtentationi, peccatum eſt veniale. Tho. eo. ar. 2. V.

Si ſuſtentauit adulatores, hyſtriones qui ludis illicitis vtuntur, videtur quaſi eos in peccato fouere: Tho. vbi ſupra, & 86. diſtin. donare. M.

De ornatu mulierum.

SI mulier ſe ornauit vt viros ſic ad laſciuiam prouocaret. Alex. in ſecundo tractatu de Ornatu veſtium Thom. ſecunda ſecundæ. q. 168. M.

Ex quadam tamen animi leuitate & vana iactantia ſe ornare, viris, & mulieribus eſt veniale. Tho. & Alex. ibidem. V.

Si ex ſuperfluo cultu veſtium vir & mulier gloriam quæſiuit, ob quæ & diues ille ſepultus eſt in inferno. Lucæ. 16. Thom. & Alex. ibidem. M.

Exemplum ſuperfluitatis; vt ſi mulier ignobilis vult equari in veſtium ornatu nobili corruptelam multorum ſequendo, vel excedens quo ad numerum veſtium vel pretioſitatem, ſtatum ſuæ concedentiæ, vel quo ad formam earum. diſt. 8. Conſuetudo. & c. Qui contempta.

Si præter conſuetudinem ciuitatis ſe ornauit, habitu etiam honeſto; & non ſuperfluo quod eſt præſumptio nouitatum. Alex. & Tho. vbi ſupra.

Si mulier maxime virgo, pectus, & colla impudice denudauit, libidinis incentiuum præbẽs, cupienſq; videri a viris, mortale videtur: ſecundum Alexandrum vbi ſup. M.

Si fucis oſtentauit candorem, vel rubedi-

nem

nem carnis; quam ex natura non habebat. Thom ſecunda ſecundæ q.186. art.1. Alex. vbi ſupra: Et facit. cap. Fucare; De conſecr. diſtinct. 5. M.

Poteſt tamen fucis occultare turpitudinem ex aliqua cauſa; vt ex egritudine proueniente. Thom. ibidem, & Alex. vbi ſupra dicens. Color naturalis meliorari poteſt ad placendum marito ſuo.

Si capillos naturaliter nigros dealbare conata eſt, contra dictum christi, non potes facere vnum capillum album vel nigrum. Alexand. in quarto tractatu, de euchariſtia, quæſtione 48. M.

Si capillos mortuos portauit. Alex. in quarto vbi ſup. M.

Addit Alex. Dicunt aliqui non eſſe mortale; ſi ideo portet capillos mortuos ne videntibus riſum, vel marito ſcandalum faciat. Sed verior opinio eſt ꝙ ſit mortale.

Si propter magnum ſtudium ornandi ſe, mulier prætermiſit miſſas audire; vel prædicationes præſertim die feſto. Alex. in 2. tractatu de ornatu. M.

Si mulier tanto affectu ſe ornauit; ꝙ non deſtitiſſet etiam ſi credidiſſet proximum ex hoc cadere in ruinam animæ, ſeu eſſe offenſam dei mortalem. Thom. ſecunda ſecundæ q.132. M.

Si mulier non deſtitiſſet ab ornatu ſuo.

Etiam

Etiam ſi crediddiſſet proximum, ſeu populum cadere in ruinam. vt ſupra. Thom. ibidem. M.

De hypocriſi, quæ eſt mortale.

Quid Hipocriſis.

HYPOCRISIS *eſt amor apparentis bonitatis propter ſe. Alex. in ſecundo tractatu, de vanagloria.*

Si deliberate, & non ex ſurrectione, appetijt videri bonus, cum non eſſet propter laudem humanam vel fauorem, vel quæſtum temporalem. Et propter diſſeminandam malam doctrinam, Alexand. ibidem, & Thom. ſecunda ſecundæ. queſt. 3. articu. quarto.

Malus ſimulans ſanctitatem non habitã ad nullum finem prædictorum, ſed vt ſic in tali fictione delectetur peccatum eſt, ſed nõ mortale. Tho. ibidem.

Velle videri bonus, puta caſtus, ſobrius, vt Deus glorificetur, & proximus ædificetur, malum non eſt, ſed ſi talis finis non additur, malum eſt Alex. vbi ſupra.

Si vſus eſt inſolentia verborum factorũ geſtuum, vel veſtium, præter communem vſum, vt per hoc appareat in eo ſingularis, & ſimulata bonitas poteſt eſſe vel non eſſe mortale, reſpectu finis intenti in bonum vel malum. Alex. vbi ſupra.

Si dixit ſe minorem habere virtutem, quam in ſe cognoſcat, vel aliquid vile quod in ſe non recognoſcit veniale mēdacium eſt. Niſi notabile aliquid in infamiam ſuam affirmet, quia mortale. Tho. 2. 2. q. 113. M. vel non.

Si ſcienter diſſenſit in his quæ pertinent ad Dei honorem, vel proximi vtilitatem. Tho. 2. 2. q. 37. ar. 1.

Exempla ſi diſcordat in conſilio ab alijs proponentibus, & volentibus blaſphematores Dei, & ſanctorum, diuinos, incantatores, maleficos, & hæreticos inquiri, & puniri. Quo ad proximum, vt ſi aſſentire noluit iniuſta onera leuari, vel iniuſta pedagia: vnde tenetur ad reſtitutionem damnificatis præſertim ſi partialitate aut odio fecit: Aſten. in ſumma abbreuiata, & Rich. in 4. diſt. 15. Multos ē inueniri hac hipocriſi laborantes.

Qui vero exiſtimans bonum eſſe, in quo alius contrariam habet opinionem. Ideoq; diſcordat, non eſt peccatum, niſi errorem habeat in his quę ſunt de neceſſitate ſalutis, vel pertinacia indebite adhibentur. Th. vbi ſupra. M. vel non.

De contentione.

CONTENTIO *reducitur ad diſcordiam, a qua differt, quia per ipsā quis cōtradicit cū* Diffinitio contētionis ex d. Ambroſio.

apparenti ratione, & diffinitur ab Ambroſio, Contentio eſt impugnatio veritatis, per confidentiam clamoris.

Sed per diſcordiam quis contradicit ſine ratione, Alex. de Ales in ſecundo tractatu de vanagloria.

Si impugnauit veritatem fidei, vel morũ, ſolum etiam propter odium contradicentis ſibi, S. Bona. in ſecundo diſt. 43. De hoc in peccato inuidiæ. M.

Contendens vero ad veritatis inquiſitionem vel ex leuitate, vt videatur diſputando victor eſſe, non eſt M.

Si laycus contra hæreticum, vel infidelem contendens de fide diſputauit, excommunicatus eſt: de hæreticis, c.1.§.inhibemus, lib.6. M.

Doctori quoq; decretorum, vt ſentit glo. in d. §. & dominus Dominicus de ſancto Geminia. Diſputare de fide videtur per hunc tex. eſſe prohibitum. M.

De Inobedientia.

Poſsũt excõicari qui ſuperioribus, in his ad q̃ teneatur, nõ obediunt.

SI obedire noluit ſuperiori temporali, vel ſpirituali in his ad quæ tenetur; poteſt excommunicari. De maio. & õbe.c.Si quis. Monal. in ſumma. M.

Si mandatum ſuperioris ex contemptu ſpreuit, & in quibus obedire non tenetur; vide

videtur mortale ſecundum Sanctum Bona. vbi ſupra. M.

Si præceptis canonum non obediuit, communione priuari poteſt. 26. q. 1. hac cõſona, & eſt peccatum infidelitatis. 8. q. 1. Sciendum. M.

Inobediẽtes canonũ præceptis communiõe priuantur.

Si præceptis Papæ obedire noluit. diſt. 1. 19. c. Nulli. M.

Si non obediuit præcepto de quo dubitabat ſi eßet vel non eſſet licitũ. 23. q. 1. Quid culpatur. Innoc. in capi. Ad hęc: De appellationibus. M.

Si per ignorantiam obediuit in his, quæ ſunt contra articulos fidei, vel Dei præcepta, vel probationes, vel generale ſtatutũ Eccleſiæ. Rayner. in ſumma titu. De ſent. præce. M.

Exempla vt clericum percutiendo, vel alium iniuſte verberando, interdictum non ſeruando, aliena tollendo, non ieiunando, non ſumendo Chriſti corpus, cum eſſet alias obligatus, & huiuſmodi.

Si gerens curam infirmi præter obedientiam, vel impoſitionem medici, dedit aliquid ad bibendum, vel manducandum infirmo, propter quod mortuus eſt citius, grauiter peccat, & irregularis eſt, ſecundum dominum Marianum, in capitulo, ad Audientiam. De homici. Et dominus Abbas in capi. Tua nos. eo. titu. M.

Si ęgrotus contra medici obedientiam, vel infirmarij, bibit vel comedit, quod probabiliter credebat ſibi valde nocere. do. Ant. in c. Tua nos. M.

Caput Quintum.

De Inuidia.

1. Inuidiæ filia. Diffinitio inuidiæ ex Alexandro.

INVIDIA eſt dolor alienæ felicitatis, & gaudium alterius calamitatis, ſecundum enim ſequitur primum: qui enim de alieno bono dolet, conſequenter de eius malo gaudebit. Alexan. de Ales in ſecundo tractatu, de inuidia.

Si contriſtatus eſt deliberato conſenſu de alterius bono, vt ſcientia, fama, virtute, honore, diuitijs, & huiuſmodi, tanquam iſta ſint ſuæ excellentiæ depreſſiua, mortale eſt, ſecundum Pe. Aureolum in ſecundo diſt. 21. & Alex. vbi ſupra. M.

Qui triſtatur de prędictis quadam mentis ſurreptione, & non moroſa deliberatione, veniale eſt. Pe. & Alexand. vbi ſupra.

Si curialis triſtatur, ꝙ alter magis a principe honoretur, vel pręmietur, vel mulier ſterilis, ꝙ alia filios habeat, vl pulchriores quam ſuos, ſecundum Alexand. & Pe. vbi ſupra. M.

De odio, filia inuidiæ.

S 1 affectauit proximo malum. Alexã. vbi ſupra. M.

Si contra Deum habuit odium,ꝙ eum flagellauit in perſona, vel in bonis. S. Bon. in 2. diſt. 43. M.

Si appetijt malum alterius notabile, in perſona vel in rebus. Quod vicibus conſenſu rationis voluit, tot ſunt peccata mortalia; ſecundum Alex. & Tho. vbi ſupra. M.

Appetere tamen inimico paupertatem, vel infirmitatem, vel mortem a Deo, vel a iudice iuſte infligi, ne ſibi vel alijs noceat iniuſtæ, peccatum non eſt ſecundum Scot. in tertio. diſt. 30.

Si mortali odio contra proximum, iteratis vicibus in die conſenſit, tot mortalia commiſit, vnde & pęnitens, de hoc requirẽdus eſt. Alex. vbi ſupra. M.

De detractione.

DETRBCTIO *eſt alienæ famæ per occulta verba denigratio. Ale. de Ales in ſecunda parte, tractatu de detractione, vbi ponit ſex ſpecies eius, quæ ſequuntur.* Quid ſit detractio. Sex detractionis ſpēs.

Si doloſa intentione nocendi, alterius bonum negauit. M.

Exemplum cum Iudæi negabant miraculum cęci illuminati, ne Chriſtus Dei filius, aut bonus putaretur. Io. 9. ca.

Si propter odium mortale bonũ alterius diminuit, dicens. Non tantum eſſe. M.

Si tacuit alterius bonum vt milites, Chriſti reſurrectionem. Mat. vlt. M.

Si bonum alterius, & mortali odio dixit, mala intentione factum. M.

Si ex odio alterius peccatum notabiliter auxit, narrando illud. M.

Si mendaciter dixit malum, in infamiã alterius Alex. vbi ſupra. M.

Si malum alterius occultum reuelauit, per quod ille infamatur. M.

Malum tamen alterius occultum dicere ei qui poßit prodeſſe, ne. ſ. malum ſequatur, ſine peccato reuelari poteſt. Alexand. ibidem.

Si crimen alterius in publico narrauit oſtendens maiorem certitudinem, quam habebat, ex communi relatione. Sco. in 4. diſt. 21. M.

Si induxit aliquem ad detrahendum. Thom. vbi ſupra. quæ. 3. articu. 4. 15. q. 4. M.

Quid ſit de- tractio.

Si detrahentem non correxit, cum ei ex officio prælationis incumberet. diſt. 86. facientis. 23. q. 4. duo. extra. De accuſa. c. Qualiter, &. §. ad corrigendos. Tho. eodẽ art. M.

Sex detra- ctionis ſpe.

Si ex leuitate aliquid dicat, quod notabiliter famam lædat in his, quæ pertinent ad honeſtatem vitæ. Thom. ſecunda ſecundę. q. 73. art. 2. M.

Si placet audire alterius detractionem, quia vult ei malum. Alexand. ibidem & Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 73. articu. 4. M.

Mortale peccatum eſt detractio, cum ſit ex deliberatione rationis, in nocumentum proximi. Veniale eſt ſi fiat ex quadam leuitate, aut ex quodam impetu iræ, ſine voluntate nocendi. Item ſi audiat, & credat, ſed nolit malum ei cui detrahitur. Alex. ibidem, & Tho. 2. 2. q. 73. Mortalis atque venialis detractio.

Si tamen ex leuitate occultũ crimen manifeſtauit, & ſequatur criminoſi infamia. Vt quia ex hoc audientes ſunt ſcandalizati; eſt mortale. Alex. vbi ſupra. M.

Si non zelo iuſtitiæ, ſed odio denunciauit prælato verum crimen, aut accuſauit in iudicio. 23. quæſt. 4. Nimium. 2. q. 1. Si peccauerit. M.

Licet tamen denunciare peccatum etiam occultum proximi poſt correctionem ſibi factam, prælato vel patri qui poteſt ei prodeſſe, ne recidiuet. Si prælatus eſt talis, qualis debet eſſe. Richard. in quarto, diſtinctione. 19. Peccatũ occultum poſt correctionẽ eſt denunciabile pręlato vel patri.

Si in cantilenis artificioſe excogitans de-

traxit alteri. Aſten. libro ſecundo titulo. 15. M.

Si in ſcriptis malum poſuit in infamiam alterius, proijciens ſcripta in loco vt inueniantur, & legantur, libellus famoſus eſt. 5.q.1. capitu.1.& 2. M.

Libellus famoſus.

Si quis talia ſcripſit reperiens non rupit ſed publicauerit.5.q.1.c.1. M.

De reſtitutione famæ facienda, per detractionem.

Reſtitutio famæ qualiter fiat.

RESTITVERE famam tenetur detractor. Primo ſi falſum crimen impoſuit, dicendo, ſe eſſe mentitum. Secundo cum verum crimen ſed occultum in publico propoſuit, tenetur retractare ſine mendacio. Puta non credatis talem eſſe qualem dixi, quia malè, vel fatuè, dixi.ſ. non ſeruato iuris ordine. Tertio ſi in iudicio crimen verum, ſed occultum, ſibi impoſitum negauit, tenetur retractare, vt dicendo. Non habeatis eum per calumniatore, forte habuit bonam intentionem, in proponendo credens ſe intentum ſuum probare, ſed deceptus fuit. Scot. in quarto diſtinctione.15. Cum quo ea. diſtinctio. Richard. & Landul. & Tho. ſecunda ſecundæ.q.62.art.2. Addes ſi detractor

Notandũ ꝑ diffamatoribus.

ctor non poteſt famam reſtituere debet diffamato aliter compenſare. apud illas perſonas tenetur detractor infamiam verbo, vel libello, à ſe factam retractare apud quas nouit proximum diffamatum, niſi ex hoc maior illi ſequeretur infamia, puta quia minime de talibus recordarentur. Tenetur quoque per ſe, vel ſi non audet per alium veniam petere de iniuria illi, quem diffamauit, & ſcit ſe ab iſto diffamatum ac ſecum componere pro damno illato, quod maius eſt quam ſi alia bona diripuiſſet. 6. quæſtione. 1. deteriores. Aſten. li. 2. titu. 15.

De ſuſurratione, filia inuidiæ.

SI ſuis ſuſurrationibus diſcordiam induxit, aut hæc intendit inter amicos, & conſanguineos virtuoſe coniunctos. Alex. vbi ſupra, & Thom. ſecunda ſecundæ. q. 74. articu. 3. & 4. licet. quæſtio. 4. Detractores. M. 2 Filia Inuidiæ.

Suſurratio autem fit in occulto, detractatio in manifeſto, ſecundum Alexand. vel ſecundum Thom. vbi ſupra. Illa ſeminat diſcordias: iſta denegat alterius bonum. Inter ſuſurrationem, & detractionem, differentia ex Alexan. & d. Thoma.

De

De exultatione, & afflictione, filiabus inuidiæ.

3. & 4. Inuidiæ filia. *Si exultauit verbis de malo proximi, vel ſe afflixit animo, de proſperitate eius deliberate. Alex. vbi ſupra. M.*

De peccatis in ſpiritum ſanctum.

Peccata in ſpiritum ſãctum. *Si inuidet fraternæ gratiæ, eo φ illam non videt in ſe eſſe. Sanctus Bon. in 2. diſt. 43. M.*

Inuidia fraternæ gratiæ. *Inuidere autem alienæ gratiæ, quia ex hoc minuitur bonum proprium cuius promotionem appetit, eſt peccatum capitale. S. Bo. vbi ſupra. M.*

Si cõtumaciter impugnauit veritatem, in his quæ ſunt fidei inſerens dogma peſtiferum, non ex ignorantia, immo credens, cõtrarium habere veritatem. Alex. de Ales in ſecundo tractatu, de peccato in ſpiritum ſanctum. M.

Præſumptio. *Si peccare præſumpſit putans Dei miſericordiam eſſe ſine iuſtitia: Et ideo non debere puniri a Deo. Alex. vbi ſupra. M.*

Si non ex animi infirmitate, ſed malignitate

tate obſtinatus fuit in peccatis permanere, ac ea non deteſtans, ſed optans. Alex. vbi ſupra. M.

Si deſperauit Deum nolle, vel non poſſe ſua peccata ei parcere, propter eorum magnitudinem, ſicut Caym dicens: Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear Gen. 4. cap. S. Bon. vbi ſupra. M.

Deſperatio autem ex puſillanimitate in qua homo non inuenit complacentiam, ſed dolet, & remittitur contra ipſam, non eſt peccatum in ſpiritum ſanctum. S. Bonaue. ibidem. Deſperatio.

Si vſq; ad finem nolit pęnitere ſuorũ peccatorum. Alex. vbi ſupra. M. Finalis impęnitentia.

Differt obſtinatio ab impęnitentia, quia illa ponit amorem peccandi in poſterum, iſta remouet dolorem peccati præteriti ſcienter. Alex. vbi ſupra. Obſtinatio differt ab impęnitẽtia

Caput Sextum.

De Accidia.

ACCIDIA eſt triſtitia aggrauans, ſecundum Damaſcenum, vel eſt torpor mentis bona negligentis inchoare, ſecundum Richardum de S. Victore. Ex hoc enim quia videt bonum, ſiue Dei præceptum difficile, & laborioſum ad faciendum, continuo tri- Accidiæ diffinitio ex d. Damaſceno & ex Ricar. de S. Vict.

ſtatur, diffidit, & torpet, circa illud operandum. Alexan. de Ales. in ſecundo tractatu de accidia.

Si mente triſtatus, ſe prius deliberauit non implere Dei, vel eccleſiæ mandata. vt ſuperioribus non obedire, non ſubuenire indigentibus, non parcere inimicis, non ieiunare, non confiteri, & huiuſmodi, totiens fuit mortale. Alexan. vbi ſupra, & Tho. ſecunda ſecundæ. q. 35. arti. 5. M.

Si ex aliquo infortunio ſibi contingente contriſtatus deliberate pœnituit beneſeciſſe, vel propoſuit non benefacere de neceſſarijs ad ſalutem Alex. vbi ſupra. M.

Si propter aduerſitatem fortunæ, deliberate noluit a Deo fuiſſe creatum, vel eſſe viuum. Alex. ibidem.

Si propter amiſsionem ſic vehementer cõtriſtatus eſt, vt infirmaretur, nullum volens ſolatium recipere. Alexand. ibidem. M.

Si bona quæ habet vilipendit ex triſtitia animi, videns in alijs eſſe maiora, vt ſcientiam, pulchritudinem famam, facultates, & huiuſmodi. Alexand. vbi ſupra. M.

Si qua deſperabat non poſſe aliqua aduerſa euadere, diſpoſuit ſeipſum interimere. Alexander vbi ſupra. M.

De

De malitia, filia accidiæ.

S I per malitiam machinatus eſt inferre alteri malum, licet illud implere nequiuerit; aut odio habuit corrigentem ſe. Alexand. vbi ſupra. M. 1. Filia accidiæ.

Si ex timore aggrediendi opus, vt laborioſum, ſe ſubtraxit ab his, ad quæ per obedientiam inducebatur, cum eſſet idoneus. Alexand. vbi ſupra. M.

Exempla, vt ſine experientia credidit ſe ieiunare non poſſe, vel officium prælationis exercere, & huiuſmodi. M.

De torpore, filia accidiæ.

S I ſe ſubtraxit a confeßione, vel communione, ab eccleſia præcepta formidans non ſe poſſe præcauere a recidiuo. Alex. vbi ſupra. M. 2. Accidiæ filia.

Timor reſpectu aggrediendi opus ſaluti neceſſarium, dicitur puſillanimitas, reſpectu vero perficiendi dicitur torpor. Alexan. vbi ſupra. Puſillanimitas, & torpor differũt.

Si multotiens habuit deliberatam voluntatem non addiſcendi, vel non operandi neceſſaria ad ſalutem: totiens mortaliter peccauit. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 54. art. 3. M.

Si neglexit procurare ſibi, & familiæ ſuæ

in

in tempore paſchæ vel infirmitatis eccleſiæ ſacramenta c. omnis: De pen. & re. diſtin. 86. quando, & c. facientis, & c. ſicut. in fine.

De operibus miſericordiæ ſpiritualibus, & corporalibus.

S I fuit ocioſus, & remiſſus circa opera miſericordiæ ſpiritualis, & corporalis. Et primo de ſpiritualibus: de quibus eſt verſus. Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Si ignoranti cum opportune potuit non conſuluit neceſſaria ad ſalutem etiam inimico alium conſulem non habenti: vt ſi videbat eum errare in arti. fidei, vel Dei præceptis. Tho. ſacunda ſecundæ. q. 79. Et S. Bon. in 3. diſt. 30. M.

Si habita opportunitate loci, & temporis, & ſperans ſuo verbo poſſe retrahere proximum a peccato neglexit. Cum nullus eſſet ibi, qui hoc faceret, vel cui incumberet ex officio. Richard. in 4. diſt. 19. art. 2. quæſtione. 1. M.

Tenetur ad hoc qui nõ eſt criminoſus manifeſtus de occultis; ſcilicet in occulto corrigere. Nec propter vitandum quodcũq; malum temporale vel corporale. Aut bonũ adipi

adipiſcendum excuſatur. Rich. e. art. 2.

Si conſolari potuit merore deficientem, & noluit vt quiſq; tenetur: Iuxta illud ecleſiaſtici. 7. ca. non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. M.

Si offendenti ſe non remiſit animi rancorem, & ſigna rancoris, quando ille humiliter veniam petit. S. Bonau. in 3. diſt. 30. ſuper litteram. M.

Vbi vero offendens veniam non peteret, non tenetur offenſus ſigna rancoris dimittere.

Sa malos non tollerauit ſed per impatiētiam potius deliberato animo maledixit. 7. queſtio. 1. §. cum autem. 23. quæſtione. 4. tu bonus. M.

Si impatiens in infirmitatibus, & flagellis, contra Deum, & ſanctos, vel parentes, qui genuerunt eum verborum contumeliā intulit. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 3. artic. 1. M.

Si propter impatientiam turbatus bona inchoata in ſe, vel erga proximum neceſſaria ad ſalutem deſeruit. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 186. art. 1. M.

Si orare noluit pro omnibus etiam pro inimicis, cum ad hæc teneatur. Math. 6. c. orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 84. M.

Si

Si non pepercit inimico odium dimittendo, & eum ex charitate diligendo, ac in neceſſitate ſibi ſubueniendo. S. Bonau. in 2. diſt. 30. articu. 1. q. 4. & q.

De operibus autem corporalibus ſecundo loco eſt etiam verſus. Viſito, poſito, cibo, tego, redimo, colligo, condo.

Si denegauit cibum, potum domicilijs, & veſtimentum, conſtitutis in magna neceßitate, cum eis miniſtrare potuit (alio nõ ſubueniente) eſt mortale, quia propter hoc quis mittitur ad pœnam ęternã. Math. 25. & ibi Nico. de lyra, & Alex. de Ales in 2. trac. de omißione, & S. Bonauentu. vbi ſupra. M.

Si non ſolum pecuniam pro redemptione proximi exiſtẽtis in manibus infidelium expoſuit, cum potuit alio non redimente, ſed etiam corpus vt liberaret eum ſi erat in periculo animæ apud hæreticos, vel infideles. Alex. & Thom. vbi ſupra, & S. Boñ. in 4. diſt. 30. M.

Si homini defuncto non exhibuit ſepulturam cum potuit alio non exhibente. Thobię. 12. & Nico. vbi ſupra. M.

Si infirmos maxime ab alijs deſtitutos nõ viſitauit, conſolans eos, vt potuit. Matth. 15. & Nico. ibidem. M.

Si dominus famulum infirmum, vel ancillam miſit ad hoſpitale, cum etiam teneatur

tur

ſur ad impenſas medici, & medicinę, ſi infirmus non habet, vnde ſibi ſubueniat. ff. Commoditati. l. In rebus. Et hoc ibi Bal. & dominus Abbas Siculus in capitu. primo: De Cle. ægro. M.

Cura dominorū circa ægrotantes famulos vel ancillas.

Præſtare tamen ſalarium dominus non tenetur famulo infirmanti, quia caſus contingens in locante operas ſuas liberat conducentem a præſtatione mercedis. l. Si vno. §. Item cum quidam, ff. locati. Abbas ibidem.

Caput Septimum.

De ira.

Iʀᴀ eſt motus animi ad pęnam prouocanti inferendam. Caſsiodorus, ſuper pſal. Domine ne in furore. Vel ſecundum Auguſtin. Ira eſt triſtitia ex impotentia vlciſcendi ſe. Alexand. in 2. parte tractatu de ira.

Diffinitio iræ ex D. Auguſtino, & Caſsiodoro.

Si vindictam de inimico appetit in rebus vel perſona ſui, vel ſuorum, vltra quam meruit. Alex. vbi ſupra. & Nico. de lyra ſuper. ca. 5. Matthæi. M.

Si per ſeipſum ſine iudice voluit de inimico vindictam facere, licet non plus quam ille mereatur. Alexand. & Nico. vbi ſupra. M.

Si per iudicem quantam ille meruit inſligi pęnam optauit, non propter iuſtitiam, ſed propter vindictam. Alex. & Nico. vbi ſupra. M.

Subitus irę motus ad vindictam cui non conſentitur, veniale eſt, ſi conſentitur mortale. Alex. ibidem. M. vel non.

Si contra Deum flagellantem ſe, murmurauit, dicens, eum iniuſtum, vel appetijt vindictam ſi poſſet eam exequi. Et tot ſunt peccata, quot vicibus appetijt. Tho. ſecunda ſecundæ q.158. art.3. M.

Si non amore iuſtitiæ, ſed vindictæ appetijt Deum, vel iudicem, alicui pęnam inferre, vt eius improba voluntas ſaturaretur. Alex. vbi ſupra. M.

Qui autem appetijt cõtra inimicum vindictam, vt corrigatur, magis quam puniatur, nec in illius pœna delectatur, ſic diligit, & non odit. Alex. ibidem.

Qui ſibi iraſcitur propter ſua peccata, aut pater in filium, verbis, vel verberibus moderate corrigens, peccatum non eſt. Ale. ibidem.

De tumore.

TVMOR *mentis, eſt voluntas ſe ad vindictam diſponens. Alexand. ibidem.*

Si excogitauit varios modos ſe vindicandi

di deliberato rationis conſenſu, Alex. ibidem, & Thom. ſecunda ſecundæ. q. 158. articu. 3. M.

Si tamen appetitus vindictæ excogitatæ etiam actu illatæ non eßet mortale, vt parum trahere puerum per capillos, peccatũ eſt veniale Thom. ibidem.

De clamore, & contumelia, iræ filia.

CLAMOR *eſt exaltatio vocis inordinata, qua prorumpitur contra proximum, verbis turpibus confuſe, vel ſi non confuſe, eſt contumelia.* 1. Filia iræ.

Si excandeſcens in iram, magnum iræ, vel indignationis ſignum, contra aliquem oſtendit confuſa voce, propter ſcandalum poteſt eſſe mortale. Matthæi. 5. c. & Alex. ibidem. M.

Si iratus dixit fatue, fur, proditor, adulter, & alia huiuſmodi contumelioſa, intendens proximi dehonorationem Alex. vbi ſupra, & Tho. 2. 2. q. 72. articu. 2. M.

Si dixit, Cece, ſtrabo, giboſe, ſpurie, & huiuſmodi con uitioſa intentione dehonorandi. Alexand. & Thom. vbi ſupra. M.

Si verba contumelioſa contra aliquem etiam de familia ſua dixit ex quibus infa-

mia illi, vel ſcandalum ſequi poteſt, quamuis cauſa correctionis, mortale eſt. Alex. vbi ſupra. M.

Si in liuore vindictę dixit filio, ſeruo, vel diſcipulo verba contumelioſa, & noluit ab eis veniam petere priuate vel publice, vt tenetur, ſecundum Ray. M.

Parentes, domini, & magiſtri, ſi prædicta proferant verba, contra ſubditos cauſa correctionis, non proprie contumelia eſt, vel conuincium niſi per incautelam, & exceſſum, eis contingat honorem auferre, quia tunc eſſet mortale, Ale. & Th. ibidē. M.

Veniam vero petere ſubditis, quando ſuperiores modum exceſſerunt in obiurgando, non eſt neceſſarium, ſecundum Aug. vt dicitur. diſt. 806. ca. Quando. Per verba contumeliæ repræſentantur defectus culpæ, per verba conuicij, defectus pęnę, vt in exēplis proximę dictis. Ale. & Tho. ibidem.

Tenetur qui contumeliam, vel conuitiū in proximum intulit, veniam petere ab iniuriato, niſi ſecum familiariter, vt prius conuerſaretur, quia ſic videtur ſibi iniuriam remiſiſſe, ſecundum Ray. in ſumma.

De rancore.

RANCOR *eſt voluntas nocendi alijs, quamuis potentia deſit. Et idem eſt mali-*

gni

gnitas, ac malitia, per quas audet malum, quod nequit. Et ſic etiam eſt odium. Alex. de Ales in 2. tractatu, de inuidia.

Si non dimiſit cordis rancorem ſiue inimicus impugnet, ſiue veniã petat. S. Bonau. in 4. diſt. 30. ſuper litteram, de quo plenius ſupra in peccato accidiæ. M.

De maledictione, filia iræ.

§ 1 Si ſe, vel alium maledixit, aut animã ſuam, vel parentum, aut alterius, vel dyabolus me, vel te importet, & huiuſmodi. Si ex deliberata voluntate, mortale eſt. Alexand. vbi ſupra, & Thom. 2. 2. q. 76. art. 3. M. 2. Filia iræ.

Si in Dei contumeliam diabolum, vel aliam creaturam maledicit dicendo, maledictus ſit qui te creauit, aut in hunc mundum venire fecit. Sanctus Bonauentu. in 3. diſt. 27. M.

Tamen non eſt peccatum ſi diabolo maledixit inquantum eſt cauſa peccati, vel peccator. Alex. ibidem. & Tho. eo. ar. 3. Si autem eſt parum mali quod imprecatur, vel magnum, ſed ex ioco, vel quadam animi ſurreptione, vel præcipitatione, vnde dolet ſe dixiſſe, quam primum, veniale eſt. Alexand. vbi ſupra, & Thom. eo. articu. 3.

Blaſphemia uideatur ſupra. *De blaſphemia dictum eſt in ſecundo præcepto.*

De indignatione.

Quid indignatio ſit. *INDIGNATIO eſt, quæ ſigno exteriori contra proximum monſtratur. Alex. in ſecundo tractatu de ira.*

Si ex indignatione ſocietatem proximo ſubtraxit, vel loquelam denegauit propter ſcandalum, poſſet eſſe mortale. Alex. vbi ſupra mortale, vel non.

De ſeditione.

Quid ſeditio ſit. *SEDITIO eſt quietis publicæ turbatio. C. de ſeditio. l. 1. & 2. Opponitur enim vnitati ciuitatis, & regni, & importat tumultum ad pugnam, ſecundum Tho. ſecunda. 2. q. 42. ar. 2. M.*

Si ex animi deliberatione, verbo, facto, vel ſigno aliquo, partialem ſe eſſe monſtrauit, ſecundum Sanctum Bonau. in quarto, diſt. 30. art. 1. q. 4. M.

Si ſe facit capitaneum, vel caput partialitatis volens ſibi a cæteris quodam metu obediri, tyrannus eſt, de quo nota in l. Item magiſtri. ff. de pac. Bar. in tractatu de tyrannide. M.

Si partialis, prouocauit ſeditionem tenetur

tur

tur ad omnia mala, & damna inde prouenientia, cum populus ſuis hortamentis tumultuauit d. l. ſecunda. Et Thomas ibidem. M.

Si ſecutus eſt procurantes ſeditionem ciuitatis. Thõ. ibidem. M.

Illi vero qui bonum commune defendũt, reſiſtentes ſeditioſis, non ſunt dicendi ſeditioſi: ſicut nec qui defendunt, rixoſi. Thomas ibidem.

Pęna ſeditioſis eſt capitalis, aut ſuſpendiũ furcæ. ff. De pęnis. l. vltima. Et l. Si quis aliquid. §. ſecundo.

Si partialis multotiens appetijt exilium, & exterminiũ partis aduerſæ, totiens fuit mortale, contra Chriſti præceptum. Matt. 5. ca. & diſt. 46. Seditionarios. M.

De rixa.

RIXA eſt libido vindicandi iniuriam. Alex. in ſecunda parte, tractatu de ira.

LIBER TERTIVS IN QVO DIVERSI HOMINVM STATVS, ET QVORVNDAM PARTICVLARIUM PERſONARUM OFFICIA EXAMINANTUR.

1 Status Principum.
2 Iudicũ, arbitrũ, aſſeſſorũ, & officialiũ
3 Aduocatorum, & procuratorum.
4 Doctorum, & magiſtrorum.
5 Accuſatorum, & actorum.
6 Teſtium.
7 Notariorum.
8 Medicorum.
9 Mercatorum vbi etiam.
10 Societates examinantur.
11 Compenſationes.
12 Depoſita.
13 Commodata.
14 Præcaria.
15 Donationes.
16 Dotes.
17 Locata, & conducta,
18 Emphitheuſis.
19 Feuda.

20 Pignora.
21 Status hęredum.
22 Fratrũ ſimul cohabitãtiũ vel diuiſorũ.
23 Diuerſi contractus vſurarii.
24 Impręſtita Venetiarum.
25 Mons Florentię.
26 Loci Ianuenſes.
27 Vſura in emptionibus.
28 Status participantium in vſuris.
29 Proſcnetarum ſtatus.
30 Soccida.
31 Diuerſi artifices.
32 Campſores.
33 Mutationes monetarum.
34 Monetarii.
35 Aurifices.
36 Caupones.
37 Piſtores.
38 Macellarii.
39 Aromatarii.
40 Lanifices.
41 Sutores.
42 Cerdones.
43 Hiſtriones, & muſici.
44 Pictores.
45 Calculatores.
46 Barbitonſores.
47 Bidellii.
48 Nautæ.
49 Nauclerus.

50 Ruſtici.
51 Ambaſciatores.
52 Rectores locorum.
53 Tutores pupillorum.
54 Curatores negotiorum alterius.
55 Summi Pontificis ſtatus.
56 Legatorum à latere.
57 Epiſcoporum & infer. prelatum.
58 Clericorum.
59 Beneficiatorum.
60 Prelatorum regularium.
61 Prelatorum ord. min.
62 Obligatorũ ad miſſas celeb. p aliis.
63 Nouiciorum.
64 Profeſſorum.
65 Status obedientię, paupertatis, & caſtitatis.

Status atque officij ſignificatũ ex D. Thom.

STATVS dicitur a ſtando; in eo ſcilicet, quod ſpectat ad conditionem perſonæ. Officium vero importat negocium quoddam, in humanis actionibus. Tho. 2.2.q. 88.ar.1.& 2.

Et primo ad principes, & communitates, ſeu illos quorum conſilio res publicæ gubernantur.

Si princeps, vel communitas, bello, vel alio modo vſurpauit ciuitatem, vel terrã, iniu

iniuſtè contra veri domini voluntatem, tyrannus eſt, & ad totius damni dati, reſtitutionem tenetur. cap. Piſanis. De reſtitutione ſpoliato. l. Decernimus. C. De ſacroſanctis eccleſijs, vbi Baldus, & Bartolus in tractatu de tyrannide. M. Tyrannus.

Et ſi prædicta ciuitas, vel terra, poſtea per Papam, vel Imperatorem, ſic vſurpata concedatur, non valet nec vllo tempore præſcribi poteſt, ſicut nec intruſus in beneficio. C. De decurionibus. l. eos qui. Baldus. vbi ſupra. Præſcriptio ciuitatis nulla.

Si propter metum electus eſt in Dominũ a populo habente iuriſdictionem eligendi, tyrannus eſt, & non verus dominus. l. ſecunda. ff. De iudicijs, ſecundum Bartol. & Baldum. vbi ſupra. M. Tirannus.

Electio autem quam ciuitas ſponte facit, in Duce Venetiarum, & Ianuæ cum non ſit præciſè Dominus, & tollaretur ab imperatore, legitima eſt. Arg. l. Viros. C De diuer. offi. libro decimo, ſecundum Baldum, vbi ſupra. Electio Ducis Venetiarũ & Ianuæ, legitima.

Si eſt Princeps ſine legitimo titulo, tolleratus ab imperatore, quia eum expugnare non poteſt, tyrannus, & rebellis imperij eſt, & committit crimen læſæ maieſtatis. lege prima, & ſecunda. C. ad legem iuliam maieſtatem. Bal. vbi ſupra. M. Tirannus & rebellis.

Qui tamen in feudo præſcripſit vtile domi-

minium contra alium feudatarium, cum titulo, et bona fide, ſpatio viginti annorum, aut triginta, cum bona fide, & ſine titulo, qui poteſt contingere per ſucceßionem, vel quia fama erat, quod pater eius terram illam habebat in feudum, & huiuſmodi, vere dominus eſt, ſecundum dominum Abbatem, in cap. Ad audientiam: De præſcriptio.

Dominus legitimus.

ſi habens bonam fidem, & titulum ſucceßionis, vult præſcripſiſſe directum dominium ante 30. annos, ſi eſt terra imperij, et ſi eſt ecclesiæ romanę ante centum, tyrannus eſt ſecundum do. Abb. vbi ſupra. M.

Tyrannus.

Si tyrannus donata ſibi a populo non reſtituat, vt tenetur quia populus propter tyrannidem dicitur detentus in carcere: De immunitate eccleſiæ: Non minus, ſecundum Bar. vbi ſupra. M.

Si tyrannus non reſtituat, vt tenetur res, quas non iuſto precio emit per impreſſionem. l. Si per impreßionē. C. quod metus cauſa. Bar. vbi ſupra. M.

Quo fiat impreſsio.

Fit impreßio cum tyrānus per ſe, vel per alium minatur poſſeſſori, niſi ſibi vendat, vel ſi multi intercedant rogatus, qui reſpectu minoris præcepta ſunt. ff. quod iuſſa. l. in princi. Bart. vbi ſupra.

Si habens iuſtum titulum, non permittit populo libera voce defendere bonum publicum, tyrannus eſt. l. Quæcunque

ſummitates. C. de decu. Bald. vbi ſupra. M.

Si compulit iudicem iniquam ferre ſententiam peccant, vtriq; mortaliter, & ad reſtitutionem damni tenentur. ar. 11. q.4. quattuor. Bal. vbi ſupra. M.

Si vendidit officia temporalis iuriſdictionis, tenetur precium in pauperes errogare, cum ſit turpe lucrum, & contra legis prohibitionem, vt in autentico: De mandatis principum. §. Illud Et notat in c. Nemo. de ſy. do. Abb. in capitu. 1. Ne præla. vic. ſu. M.

Tenetur, & de omnibus baraterijs, & iniuſtis lucris factis, pro dictos officiales, qui propter hoc, quod emunt officia, multas faciunt extorſiones, vt grauando plus crimina, & burſam punientes, magis quam perſonam delinquentium, dominus Abb. vbi ſupra. M.

Si ſciens ſuos officiales, aut alios ſibi ſubditos, aliena iniuſte tollerare, per quamcunq; viam, vt furtis, rapinis, talis, pedagijs, alijs ue iniuſtis exactionibus, nec eos cohibet, & ad reſtitutionem compellat, vt tenetur c. Quantæ. de ſen. excom. Rich. in 3. diſt. 37. ar. 3. q. 3. M.

Tollere vero, aut reprimere meretricium non tenentur, niſi in caſu propter nimiam meretricum importunitatē Rich. ea. q. 3. M.

Si

Tiranni vſura ĩ officijs conferẽdis.

Si noluit officia cõferre, niſi ſibi mutaretur ab accipiente, quicquid ille lucratur vſura eſt, cuius ipſe eſt cau , & officialis eiuſmodi tenetur erogare pauperibus tale lucrum, deductis expenſis ſui laboris, ſecundum. Io. cal. in ca. fi. de vſur. Archyd. in c. Pleriq;. 14. q. 3. M.

Si officiales imperitos, & iniuſtos poſuit ſcienter in ſuis officijs, tenetur de eorum imperitia, ac ad iniuſte extorta, ſi illos ſine damno rei publicę, vel periculo propriæ perſonæ potuit remouere ſecundum Scot. in quarto diſt. 15, & 2. q. 1. cap. Notum, iuncta glo. M.

Si paratus eſt potius contra Dei præcepta facere, quam iuſtum dominium amittere, vt homicidia facere, & huiuſmodi, ſemper eſt in peccato mortali, ſecundum Sco. & Richard. in quarto, diſtinctione. 15. M.

Princeps tamẽ iniuſtum habens titulũ, poteſt capere bona ſubditorum ſibi rebellantium, ſecundum. Bal. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. & Inn. in c. Olim cauſam. De reſti. ſpo.

Si ex ſola ſuſpitione punit in perſona, vel in bonis, ſubditos ſuos, ſatisfacere tenetur de huiuſmodi. art. a cõtrario ſenſu. l. 1. §. pe. ff. De præſcrip. verbis Bartol. vbi ſupra. M.

Si

Si fouet diuiſionem in ciuitate, adhęrens vni parti magis quam alteri, maxime ſi ob hoc premit aliquem, cum eius officium ſit procurare ciuium quietem. le.1.§.Quies.ff. De offi. præfec. in Auctenti. de Man. prin. In princ. Bart. vbi ſupra. Et Thomas ſecũda ſecundæ, quæſtione. 42. articulo tertio. M.

Si timens aliquem ciuem potentem ſibi eſſe contrarium grauauit, vel interemit Bar. vbi ſupra. M.

Si ciues depauperat indebitis grauaminibus, realibus, & perſonalibus. C. ad legem Iuliam, repetundarum.l. Iubemus, & l.fina. Bart. vbi ſupra. M.

Si plus iuriſdictionis ſibi a populo conce diſecerit, præſumitur, ꝙ populus per metum conſenſerit, ſi vltra ſibi conceſſa ciuitatem obligauit, tyrannus eſt.ff. Depoſiti.l. Si fundum. §. Si tutor. Bartol. vbi ſupra. M.

Si impoſuit noua vectigalia in grauamẽ mercatorum, vel etiam ciuium ex iuſta cauſa, qua & ceſſante vectigalia non ſubſtulit, tenetur ad reſtitutionem, ſecundum Gerar. Obdonem. M. Noua pedagia,& grauamina.

Si dominus vel communitas conceßit repræſalias ſine iuſta cauſa, vel ſuperioris auctoritate, ſi quem habet. 23. q.2.ca.1.& 2. l. Cum vero. §. Subuentum.ff. De fidei commi.

mi. liber. Bar. in tractatu de repræſalijs. De hoc ſupra in ſeptimo præcepto. M.

Debitor cui non det ſoluens coacte, non liberat.

Si debitor veri domini, vel communitatis ſoluit debita vſurpãti tyranno, vel communitati, non liberatur. l. vrbana. ff. De cõdi. indebi. & c. Eam te. De iureiurã: quod eſt verum niſi tyrannus poſſit debitori vim inferre, quia ſit eius ſubditus, quo caſu liberatur ſoluendo, ſibi, vel ſuo officiali vt l. Paulo. calimaco. §. fina. ff. De lega. tertio Bar. tractatu de tyrannyde. M.

Si ſe ſciente, & patiente robaria, cum vetare potuiſſet, commiſſa eſt in ſuo territorio Bar. in l. Ne quid. ff. De incend. & ruina, & 83. diſtinct. Conſentire. & 86. diſt. Facientis. M.

Si expoliauit naufragantes excommunicatus eſt, & reſtituere tenetur. c. Excommu. De raptori. non obſtante quacunq; con ſuetudine in contrarium, ſecundum Gerar obdo. in 4. diſt. 15. M.

Si accepit bona peregrinorum in terris ſuis decedentium, reſtituere tenetur ar. 34. q. 6. ſi res. M.

Si ſubditorum bona accepit eo, ꝙ ſe ad habitandum alibi tranſtulerint, nec terræ illi, hoc ab initio, de libero cõſenſu omnium, eſt conſtitutum, ad reſtitutionem tenetur; vt in ſumma confeſſorum. li. 2. titu. 5. q. 39. M.

Si bona decedentium ſine filijs ſibi vſurpa uit, non permittens hæredes inſtitutos, vel venientes ab inteſtato, capere hæreditatem, tenetur ad reſtitutionem. Hoſtien. in ſumma. titulo de Peniten. & remiſ. §. Quibus. M.

Si dominus inferior imperatore, exigit talliam, vel collectam a iure non approbatam, vel conſuetudine, cuius initij memoria non extat, vltra mortale, reſtituere tenetur. Abb. Siculus in c. Peruenit. de immu. eccle. nec pro bono communitatis, ſecundum Gerar. obdo. in 4. diſtinctione. 15. M.

Dominus dicens collectam, vel exactionem ſibi licitam, tenetur hoc probare per legem, vel conceßionem ſibi ſpecialiter ab imperatore factam, vel conſuetudinem diuturnam, ſponte ab omnibus approbatam. C. *de ſuper. induct. l. vna. &* C. *De auro coronario. libro. 10. Abbas vbi ſupra.* M.

Si dominus vltra conuenta, vel ſtatuta inter ſe, & ſubditos, ſeu inter ſubditos, & anteceßores ſuos, extorſit tallias, vel collectas, vel ſi indiſtincte ex inſtrumenta vel conſuetudine collectam poteſt imponere, & immoderate penſatis ſubditorum facultatibus impoſuit. De cenſi. cum Apoſtolus. in fi. 10. q. 3. c. fi. ſed ad reſtitutionem illius exceſſus, etiam tenetur. diſtinct. 18.

De eulogijs. 1. q. 1. Placuit. & ca. Quam pio. S. Bon. in 2. diſt. vlt. Ray. in ſum. tit. de raptoribus. Tho. in epiſtola. ad Ducißam Lothoringiæ, & Hoſt. in ſum. titu. de pen. & re. Is quibus, & qualiter. ver. de quæſtis. M.

Princeps tamen cui redditus proprij non ſufficerent pro honeſto ſtatu ſuo conſeruando, vel ſi de nouo aliquid emergeret pro vtilitate, vel neceßitate communi, poteſt vltra ſolitam exactionem talliam imponere. Thom. vbi ſupra. M.

Quādo princeps poſsit īponere tallias, & collectas, quando non.

Exempla de his, vt ſi hoſtes dominium ſuum iniuſte inuaderent, quo caſu poteſt cogere ſubditos etiam ad laborandum, & vigilandum. De immuni. eccle. ca. Peruenit. Si ire velit ad principem obtinendo priuilegio ſpecialis protectionis pro ſe, & ſubditis. c. Cum apoſtolus. §. prohibemus: De cenſi. 10. q. 3. vnio. circa medium. Si eat in exercitum inditum ab eccleſia contra hæreticos, vel infideles. Si maritat filiam, ſi filium militem facit, ſi releuat, vel renouat feudum ſuum. Si pro reparatione pontium & viarum. Si iuſta cauſa depauperatus eſt, & in ſimilibus caſibus, vbi principis reditus non ſufficiunt poteſt moderate, & ſine violentia a ſubditis auxilium petere, per tallias, vel collectas, ſecundum Tho. Rayn. & Hoſtien. vbi ſupra. M.

Si

Si exigit a ſubditis expendendo in veſtibus, pompis, hoſpitibus, liberalitatibus, & alijs ſuperfluis tenetur eis ad reſtitutionem. Tho. vbi ſupra. Et ſum. confeſſorum. libro. 2. tit. 5. q. 36. M.

Si coegit ſubditos vt inuiti matrimonia contraherent, quæ plena ſecuritate gaudere debent, nec tenent, niſi per liberum conſenſum ratificentur. c. Cum locum. & cap. Veniens. ſecundo: De ſponſa. M.

Si bona communitatis ſibi vſurpauit, vt gabellas, & campos, tenetur ad reſtitutionem illorum cum fructibus. Ar. 14. q. 6. ſi res.

Si ſuis venationibus conculcauit blada, tenetur omnia damna illata reſarcire, capi. Amputatis. 86. diſt. M.

Si familiam ſuam diebus feſtiuis occupauit in venationibus, ita ꝙ *miſſam non audierint. Contra. c. Miſſas. De conſecra. diſtinctio. 1. M.*

Si collectas impoſuit propter bellum iniuſtum, ad reſtitutionem tenetur, eas ſoluentibus, quos ſi non nouit, pauperibus erogare debet, etiam ſi pecunias non ipſe ſed officiales ſui perceperint, ſecundum Tho. in Epiſtola ad Duciſſam Lothoringie. M.

Si non abſtulit malas conſuetudines, vt barat arias, & ludos, animæ, & corpori pernicioſos, cum potuit ſine ſcandalo. 83. diſt.

Princeps malas nõ af ferens cõſue tudines, & motos, & lu

dos a ciuitate. *diſt. Error. & c. Conſentire. M.*

Si ſuſtinuit menſuras, & pondera iniuſta, vel iniuſtum precium rerum venalium tenetur damnificatis, cum ſit quaſi damni cauſa. Ar. ca. primo, & 2. De emp. & ven. Richard. & Thom. in quarto, diſtinctione 15. M.

Princeps circa officiales ſuos.

Si extorta per ſuos officiales accepit, nec reddit iniuſte damnificatis, ſi ſcienter vel ignorāter nō errogauit in pias cauſas. Ray. vbi ſupra: & ſum. confeſſ. M.

Si non compulit officiales ſuos, vt extorta per eos redderent prædicto modo, Rayner. in ſumma confeſſorum vbi ſupra. M.

Si ſciens robariam fieri in territorio ſuo, & prohibere valens, non prohibuit, tenetur ſatisfacere damnificatis. l. 1. C. de fal. mo. ſecundum Abbatem Siculum in eo. c. 1. De reſti. ſpo. & Bar. in l. Ne quid. ff. De incē. rui. naufra. M.

Non autem tenetur ſi prohibere non potuit l. 1. §. is autem. ff. Si fami. fur. fe. di.

Noua pedagia.

Si inſtituit noua pedagia, ſeu gabellas, aut augmentauit antiqua, ſine licentia imperatoris, vel Papæ cui ſubeſt quo ad temporale dominium, aut ſine conſuetudine antiqua, cuius initij memoria non extat: nec eſt rex, in quibus etiam caſibus

non poteſt niſi ex cauſa rationabili, vt eſt propter refectionem pontium, viarum, tenere ſtratam publicam ſecuram, & huiuſmodi; facere poteſt, alias ad reſtitutionem tenetur; & eſt excommunicatus, c. Super quibuſdam. De verbo. ſigni. & in proceſſu curiæ, de quo ſupra prima parte, vbi de excomm. M.

Si ſtatuta ſeu decreta iniuſta conſtituit, ſi ſint contra ius naturale, ipſo iure nulla ſunt, diſtinct. 8. Quæ contra. 32. quæſtione ſeptima. Flagitia. Sed, & ad omnia iniuſta grauamina inde ſequentia tenetur, ſecundum Durand. in ſumma. M.

Si contra aliquem iniuſtitiam ſcienter fecit, aut tollerauit, potens illam prohibere. Si res eſt non parua, ſemper eſt mortale, quia contrariatur Dei præceptis, & charitati. Thomas vbi ſupra. M.

Si non iuſtitiæ zelo, ſed vindictæ, & odij iuſſit occidi, vel mutilari, vel torqueri aliquem, crudelis eſt homicida. diſt. l. Si quis viduam, & l. 2. C. ad legem Iuliam repetundarum. M.

Si ſub prætextu correctionis delinquentium extorſit pœnas pecuniarias. 14. q. 6. non ſane. vel c. ne filius pro patre. Tho. 2.2. q.56. art.4. M.

Si propter munera iuſtitiam vendidit,

vel impediuit: Quo caſu ad damna imminentia tenetur. 14. q.6. Non ſane. Et Thomas vbi ſupra. M.

Si neglexerit defendere pupillos, viduas, pauperes, aut alios ſibi ſubditos. 86. diſt. Facientis. Richard. & Thom. in 4. diſtinctione. 15. M.

Si partialis fuit, & ciuium partialitates in ciuitate nutriuit. Ar. l. ſi quis aliquid. §. 2. & l. fi. ff. De pœnis & Thom. ſecunda ſecundæ. q. 42. artic. 2.

Si torneamenta, duella, vel haſtiludia periculoſa fieri fecit aut ſuſtinuit in terris ſuis. capitulo. 1. & 2. de Torneame. & ibi Abb. Siculus. M.

Si hyſtrionibus, meretricibus, & in multis pompis æquorum, veſtium, & domorũ bona ſua prodegit. c. Donare. & c. Qui venatoribus, & c. Non ſatis. diſt. 86. Sco. in quarto. diſt. 15. M.

Si familiam ſuam luxurijs, vel rapinis, & blaſphemijs, aut alijs enormitatibus deditam corrigere neglexit. ca. Odio. & ca. Facientis, & capi. Quando, diſtinctione. 86. M.

Si exiſtens feudatarius, iuramenta feudi ſine cauſa non ſeruauit, & contra dominiũ ſuum machinatus eſt, vel feudũ ſuum alienauit. Hoſt. in ſum. titu. Quibus mo. feu. amit. & Io. de Imo. in c. 2. de feudis. M.

Si

Si fidem promiſſam etiam inimicis violauit, vel treugam non ſeruauit illis eam ſeruantibus. 23. quæſt. 1. Noli. M.

Si hæreticorum defenſor, fautor, vel credens fuit, excommunicatus eſt: De hæreticis. Ad abolendam, &c. Excommuicamus. De hoc in prima parte. ca. 3. §. 65. M.

Si publicos vſurarios alienigenas admiſit in terris ſuis, fœnus exercere, vel admiſſos non expulit infra tres menſes. cap. Vſurarum: De vſur. lib. 6. De quo in 1. parte c. 3. §. 124. & ſe.. M

Princeps circa Iudęos in ſuis terris cōmorātes.

Si ſtatutum fecit vt ſoluantur vſuræ, vel ſolutæ non reſtituantur; aut talia ſtatuta non deleuit, excommunicatus eſt. Clemen. Graui. De vſuris. de quo in prima parte. ca. 3. §. 125. M.

Si in officijs publicis poſuit Iudæos eſſe iudices quod prohibetur. 54. diſt. nulla. 17. quæſtio. 4. Conſtituit. & De Iudæis. capi. Cum ſit. M.

Si non compulit Iudæos remittere, vel reſtituere vſuras a chriſtianis extortas, vt ei præcipitur. extra, De vſuris. Poſt miſerabilem. M.

Vbi tamen Papa ei conceßißet, ꝙ in ſuis terris poſſet Hebreos fœnerantes detinere, ſi eos vſuras reſtituere non compellat, peccare non videtur. M.

Si Iudæis quiete viuentibus iniurias, vel

moleſtias intulit, quod prohibetur. l. Nullus. C. De Iudæ. M.

Quod pueri Iudæorũ nõ debent inuitis parẽtibus baptizari. Ritus Iudæorũ tollerãdi nõ aũt gentiliũ.

Vt ſi mandauit pueros Iudæorum nondũ habentes vſum rationis baptizari inuitis parentibus, quod non licet, quia repugnat iuſtitiæ naturali; vt dicit Tho. ſecunda ſecundæ. q. 10. artic. 12. vbi addit. Sed ſi poſt vſum rationis inducti perſuaſionibus; ſine alia coactione conſentiunt fidei poſſunt inuitis parentibus baptizari. Tenet tamen dom. Dominicus de ſancto Gem. & Archidya. in c. Qui ſincera. diſt. 45. Quod princeps poteſt inuitis parẽtibus Iudæis paruulos ſuos baptizari facere, quia Iudæi ſunt ſerui principum. Idem tenet Sco. in quarto. diſtinctione. 4. Sed verius credo dictum Tho. M.

Diui Thomę ſentẽtia verior.

Item ſi noluit tollerare ritus, & cerimonias, aut ſolẽnitates Iudęorum in terris ſuis degentium. Contra ca. Qui ſincera. diſtinctione. 45. & ca. conſuluit, & ca. Iudæi. extra: De Iudæis. Aliorum vero ritus infidelium tollerandi non ſunt, niſi propter vitandum ſciſma, vel ſcandalum, ſecundum Tho. ea. q. art. 11. M.

Vel ſi inuitos Iudæos compellit ad baptiſmum. Contra. c. De Iudæis. eadem diſtinct. 54. M.

Vel ſi mandauit Iudæos trahi ad iudiciũ die ſabbati. Contra. l. Iudæos. & l. diem. C. De Iudęis. M.

Com

Compellere tamen poteſt Iudæos, ac debet ad ſolutionem decimarum perſonalium, vel prædialium, quando prædijs eorum ſoluendi erat onus annexum, ſecundum Innoc. & Abb. Siculum. in cap. Quanto: De Iudæis.

Si princeps non puniuit Iudæos quos ſciuit aliquid geſſiſſe in contumeliam Chriſti, vt ei præcipitur. De Iudæis in c. in nonnullis. M.

Debet quoque princeps compellere Iudæos, vt ſignum diſtinguens inter ſe, & Chriſtianos portent manifeſte, ita, quod diſcernantur a Chriſtianis. Item, quod in diebus lamentationis dominicæ paſſionis in publicum non prodeant, & feneſtras clauſas teneant, & oſtia in die veneris ſancti. c. In nonnullis &c. Quia ſuper his: De Iudæ. M.

Si ſpoliauit ſine iuſta cauſa iudæos bonis quæ iuſte poſſident, reſtituere eis tenetur, ſecundum glo. in c. Si de rebus. in verbo regnauerunt 23. q. 7. Et Oldradum conſilio ſuo. 87. M.

Si vltra conſuetudinem prædeceſſorum ſuorum exactiones fecit in Iudæos, & ſine cauſa de his quæ iuſte poſſident, vnde merito ſcandalizari poſſunt, Thom. in epiſtola ad Ducíſſam Lothoringiæ. M.

Si accepit per extorſionem, vel donum a Iudæis nihil habentibus niſi de vſuris,

ris, nec reſtituit his qui eas ſoluerunt, aut illis ignoratis pauperibus. Thomas ibidem. M.

Si mulctauit Iudæos pœna pecuniaria, de acquiſitis per vſuram, & non diſtribuit illam vt proxime prædictum eſt, ſed ſibi retinuit cum Iudeus ipſe vſuras non ſoluit. Tho. vbi ſupra. M.

Si ad partes Saracenorum, vel Turcharum, vel aliorum infidelium miſit prohibita, vt arma, vel alia quibus poſſunt impugnari Chriſtiani, vel ſcienter permiſit de terris ſuis extrahi, excommunicatus eſt. De Iudæis. c. Ita quorundam. Et in proceſſu curiæ de quo ſupra in prima parte, vbi de excomm. M.

Obedientia principis erga Papam, & Epos.

Si prælatis eccleſiaſticis, vt Papæ, & epiſcopo fuerit inobediens, & rebellis, ſententias excommunicationis, & interdicti paruipendens, vel interdictus, diuinis ſe ingerens, vel alios compellens interdicta violare, propter quod eſt excommunicatus. Clem. grauis: De ſen. excomm. de quo ſupra in prima parte vbi ſupra. M.

Regis Franciæ priuilegiũ conferẽdi beneficia

Si propria auctoritate præſumpſit beneficia eccleſiaſtica conferre, ſine priuilegio ſedis apoſtolicę, ſicut habet Rex Franciæ, ſecundum Io. An. in c. 2. de præben. & Abb. in c. de hoc: De ſimo. Videtur hodie ligatus Papali excommunicatione, per proceſſum

curię,

turiæ,quia hoc eſt contra libertatem eccleſiaſticam. M.

Si in eccleſijs in quibus erat patronus ſcienter non præſentauit idoneos ſcientia, vel moribus, videtur mortale. Ar. c. Graue: De præbendis. De electio. Cum iniunctis. M.

Si accepit pecuniam, vt ſic, quis poſſet, alias ſupplicare valens, Epiſcopo vel Papæ pro beneficio, cuius ipſe erat, vel non erat patronus: ſi res effectum habuit eſt excommunicatione papali ligatus, vt in extrauaganti Eugenij quarti. Quæ incipit. Cum deteſtabile. M.

Si dedit licentiam aggrauandi, vel moleſtandi in rebus, vel in perſona quouis modo iudices eccleſiaſticos, pro eo, quod ab illis fuerit ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, contra ſe, vel in ſuos rectores, officiales promulgata, ipſo facto excommunicatus eſt. Si ſecuta ſit perſonalis offenſa. Si realis per octo dies, niſi reſtituerit. c. Quicunq;. De ſen. excomm. lib.6. *de quo ſupra.1.parte.* M.

Si non obediuit epiſcopo, vel inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in inueſtigatione, captione, & diligenti cuſtodia hæreticorũ, vel ipſorum credentium defenſorum, receptatorum, vel fautorum, quando a prædictis requiſitus fuit, vel ſi huiuſmodi ca-

ptos

ptos ſine licentia Epiſcopi, vel inquiſitoris liberauit a carcere. De hæretic. cap. vt Inquiſitionis. M.

Si iuſsit ne ſubditi emãt, vel vendãt perſonis eccleſiaſticis, excommunicatus eſt. c. eos. De immu. eccl. li. 6. M.

Si ſtatuit vel generaliter prohibuit, ne immobilia donentur, vel relinquantur, vel vendantur clericis quia non ſubeunt onera communitatis eſt contra libertatem eccleſiæ, ſecundum do. Dominicum de ſancto Gemi. in præalleg. ca. Eos. M.

Si ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticã edita a ſuis prædeceſſoribus ſeruari mandauit excommunicatus eſt. c. Graue. De ſent. excomm. M.

Si participauit criminoſo in crimine, propter quod ille eſt excommunicatus, dando ei conſilium, auxilium, vel fauorem, eadem eſt excommunicatione ligatus. ca. ſi concubinæ: De ſent. excomm. de quo ſupra in prima parte. M.

Si grauauit clericos, alias perſonas aut illorum conſanguineos in bonis, vel in perſona ad quos ſpectat electio, pro eo, ꝙ eligere eum pro quo rogauit noluerint. c. Sciant cuncti. De electio. libro ſexto. M.

Si de nouo vſurpauit cuſtodiam eccleſiarum vacantium, & aliorum piorum locorum, vel eorum bona mobilia occupauit:

De

De elec. c. generali. lib. 6. M.

Si per vim, vel metum extorſit abſolutionem, vel reuocationem ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto. capitu. Abſolutionis: De his, queſtio. 6. libro ſexto. M.

Si mandauit exigi pedagia a perſonis eccleſiaſticis, pro perſonis illarum, vel rebus quas non deferebant cauſa negociationis c. Quamquam. De cenſi. libro ſexto. M.

Si collectis, vel tallijs grauauit perſonas eccleſiaſticas, & monitus non deſtitit, excommunicatus eſt. cap. Non minus. De immu. eccle. M.

Si bona mobilia, vel iura eccleſiarum coegit ſubmittere, vel alienare perſonis laicis, excommunicatus eſt. capitu. Hoc conſultiſſimo: De reb. eccle. non alienan. M.

Si inijci fecit manus violentas in perſonam eccleſiaſticam, capiendo, carcerando, torquendo, vel occidendo, & non cauſa correctionis de mandato ſui prælati, ſi læſio ſit enormis, vel perſona illa, papali excommunicatione ligatus eſt, alias epiſcopali. 17. quæſtione. 4. Si quis ſuadente, & De ſent. excommunica. cap. Cum illorum. M.

Si de bonis Eccleſiæ, vt paramenta, vel calices, vel libros accepit, ſacrilegus

eſt.

eſt, & excommunicandus. 12. q. 2. nulli licet. M.

Si violauit immunitatem eccleſiæ præcipiens abſtrahi per vim confugientes ad eccleſiam, quod crimen eſt maximum. 17. q. 4. Si quis contumax, & c. Miror. M.

Latro publicus vel incendiarius, & q. in eccleſia occidit, non debet ab eccleſia deffendi.

Publicus tamen latro, qui in ſtratis publicis rapinas fecit, vel nocturnus populator agrorum depopulans agros nocte vaſtans, vel comburens, impune poteſt de eccleſia extrahi. 17. q. 4 Sicut. extra. De immu. eccle. ca. Inter alia. Qui etiam alium in eccleſia occidit, non debet ab eccleſia defendi. ar. 12. q. 2. De viro, maxime ſi ita eſt conſuetudo, & idem de quocunq; alium occidente inſidioſe: ſecus ſi ex impetu occidat, vel caſu fortuito: quia tale gaudere debet immunitate eccleſiæ. Inno. in c. Inter alia præalle.

De Iudicum arbitrum, aſſeſſorum aliorumq;.

Officialium ſtatu. Iudicū ſtat⁹. Nominis deriuatio.

IVDEX dictus eſt, quaſi ius dicens, & iure diſceptet, qui nec iudex eſt, niſi in eo ſit iuſta iuſtitia. ff. De iuriſd. om. iudi. l. 1. de ver. ſigni. c. Forus. 33. quæſtione. 2. Iuſtum bellum.

Si iudex timore tyranni, cadente in virū

con

conſtantem, tulit iniquam ſententiam contra perſonam alicuius, vel bona, tenetur de damno illato, quamuis tyrannus principaliter teneatur, qui malitia peccauit, quã ipſe qui metu. Gerar. Obdo. in tertio. diſtinctio. 35. M.

Si iudex iniuſte aliquem occidit, capita li pena puniendus eſt, vt l.2. C. ad legem Iuliam repetunda.

Si homicidam cui pepercit vt intraret monaſterium, reuocatum poſtea a monaſterio per vxorem quæ hoc poteſt. c. Agathoſa. 26. q.2. iuſſit interfici contra iuſtitiam, cum non videatur voluntarie egreſſus eſſe de monaſterio. 7. q.1. ſcias. M.

Si iudex conſtitutus a principe iuſtum dominij titulum non habente, aliquem condemnauit ad mortem, vel membrorum mutilationem tenetur, vt homicida, quia nullus poteſt alium iudicare, niſi legitimam habeat poteſtatem ordinariam, vel delegatam ſuper illum, ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ. q.68. art. 1. Item geſta per tyrannũ nulla ſunt, ſecundum Inno. & dominum Anto. de But. in c. Nihil. De elec. Et in c. In litteris. De reſtitu. ſpo. & tex. in l. Decernimus. C. de Sacroſan. eccle. vbi Bal. M.

Si cogit iuriſdictionem temporalẽ quod eſt prohibitum ne ſubditi grauentur, vnde eſt turpe lucrum, in auctentico. vt iudi.

ſine quoquo ſuffragio per totum: De mandatis prin. §. Illud: dominus Ant. de But. Inno. & Hoſt. in ca. 1. Ne præla. vi. ſu. M.

Si emit iuriſdictionem temporalem a prælato eccleſiaſtico, ſymonia eſt, quia annexa ſpirituali propter dependentiam, ſecundum glo. in c. 2. Ne præla. vi. ſu. Niſi illam prælatus haberet a domino temporali in feudum, ſecundum do. Anto. de But. in eo. c. 2. Mortale, vel non.

Si iudex habens legitimam poteſtatem condemnauit ad mortem eum, qui per tormenta confeſſus eſt crimina, nec in eadem confeſſione poſt tormenta perſeuerauit, tenetur vt homicida, ſecundum glo. & do. Dominicũ de S. Gem. in c. Nos in quẽquam 2. quæſtione. 1. Et glo. in c. Ex litteris: De diuor. M.

Non tamen iudex peccat promittens delinquenti remittere pęnam ſi publice confiteatur delictum. Si poſtea confitenti non parcit. per tex. in ca. Vtilem. 22. q. 2. Vgo. & Archy. & Dominicus vbi ſupra.

Si miniſter exequitur ſententiam ſanguinis quam ſcit iniuſtam fuiſſe, grauiſsime peccat, ſecundum dominum Dominicum in ca. ſicut. & 2. quæſtione. 1. & Thom. 2. 2 q. 64. M.

Si maiorem pęnam quam crimen merebatur inflixit criminoſo, aut non legitime

conuictum, ſeu per falſos teſtes, vel iniuſta tormenta confeſſum, ſcienter condemnauit. 11. q. 3. *ita ſepæ, & c. Cum apud, & ca. Graue. Thom. ſecunda ſecundæ. q.* 76. *artic.* 2. *M.*

Si ex auaritia pęnam corporalem commutauit in pecuniariam. Alex. in. 3. *tractatu iudicialium præceptorum. Et Durã. in ſum. lib. de parte* 2. *diſt.* 13. *M.*

Si die feſto fecit executionem occidendo delinquentem, qui non erat latro publicus, vel depupulator agrorum. Hoſt. & Ant. de But. in c. 1. *de feriis. M.*

Si diebus feſtis conſuetudinarie fecit iurare, vel teſtem deponere. Ioan. And. & dominus Ant. de But. in d. c. 1. *M.*

Si ſecũdum allegata, & probata condemnauit ad mortem, vel membri mutilationẽ contra notam ſibi veritatem, quem ſine ſcãdalo poterat liberare, vel ad ſuperiorem remittere, vt tenebatur, ſecundum Rich. in quolibet. Alexand. vbi ſupra Gerar. Obdo, in 4. *diſt.* 16. *Et tex. videtur apertus in c. Paſtoralis. §. Quia vero, De offici. deleg. & ibi glo. mortale.*

Vbi vero ſic efficaces ſunt probationes, q̧ eas non potuit repellere, nec ſine ſcandalo liberare, vel ad ſuperiorem remittere, non peccauit iudicans contra veritatem ſibi notam, ſecundum Rich. & Gerard. Obdo. vbi

ſupra, & ſic intellige. Thom. ſecunda. 2. q. 67. ar. 2. M.

Si iudex habens ſuperiorem in gubernatione reipublicæ penam reo totaliter, vel in parte relaxauit contra iuris formam in dānū actoris, vel reipublicæ, tenetur prædictis ſatisfacere, ſi ſine ſuperioris licentiam fecit. Alexand. & Duran. vbi ſupra. M.

Vbi ſuperiorem nō habet, ſicut princeps, poteſt relaxare totaliter, ex plenitudine poteſtatis, maxime vbi honor Dei ſuadet, vel reipublicæ vtilitas, vt ſi reus ingredi religionem velit, vel vtilis eſt reipublicæ.

Si in cauſa pecuniaria tulit iniquam ſententiam a qua pars læſa non appellauit, tenetur ab omne intereſſe cauſæ, & expenſas litis, & cætera damna, ſecundum glo. & Bar. in l. 1. ff. quod quiſq; iur. Et Inno. in c. ſacro. de ſen. excom. M.

Si pars iniuſte condemnata appellauit, & tamen ſuccubuit, tenetur etiam iudex qui tulit primam ſententiam iniquam, ad omne damnum, & expenſas litis. ſecundū Inno. in c. Paſtoralis. de offi. dele. M.

Si pars læſa per iniquam ſententiam appellans deſeruit appellationem, & ſuccubuit, tenetur iudex ad extimationem litis, & expenſarum, ſecundum Innoc. vbi ſupra. M.

Prædicta vera ſunt niſi pars quæ per iniquam

quam ſententiam obtinuit non reſtituit, parti læſæ per iuſtitiam, ſecundum Hoſtien. in ſumma. in titulo, De pęn. & re: §. Quibus & qualiter.

Si iudex imperitus neglexit peritorum conſilia quærere, vel ſtudere, ſi peritus erat, vel ſi quid omiſit de contingentibus cauſæ male iudicauit, tenetur damnificatis ad omne litis intereſſe, ſecundum Bart. in l. fi. de vari. & extraordi. cogni. & ibi Bal. in l. mancipia. de ſer. fugiti. & Ray. in ſumma ti. de iudicibus. M.

Iudex tenetur habere tantam ſcientiam, ꝙ ab alijs quęrere non ſit opus, quodcunq; oportet iudicare, vel ſaltem habere conſuetudinem, & peritiam iudicandi. in auct. De iudi. in prin. coll. 6. & l. certi iuris. ff. De iudi. gloſſ. in cap. Sciſtatus: De reſcriptis.

Si iudex propter imperitiam aſſeſſoris quem ſciens imperitum male iudicauit, tenetur ad omnem litis extimationem. Aſten. in ſumma lib. 1. ti. 38. Et glo. in c. inter cęteras: De ſen. re iud. ff. Quod quiſq; iuris. l. 2. M.

Vbi vero iudex male iudicauit per imperitiam aſſeſſoris quem elegit ſi habebat bonā conſcientiam, & aſſeſſor communiter ſufficiens credebatur excuſatus eſt. Aſten. & Hoſt. vbi ſupra.

Si quia noluit ſententiam ferre, quis ius ſuum amiſit, tenetur ad omnem litis extimationem. 13. q. 1. Dominus. 7. q. ca. Adminiſtratores. Alexan. de Ales vbi ſupra. M.

Si non condemnauit reum in expenſis, cũ hoc ab actore peteretur, tenetur actori ad earum reſtitutionem. l. properandum. §. Sin autem alter vtrum. C. *De iudi. & gloſſ. in l. obſeruare.* C. *De decurioni. libro.* 10. *M.*

Si neglexit ſubuenire miſerabilibus, & oppreßis, vt tenetur. 24. quæſt. 5. adminiſtratores. M.

Si iudex, vel aſſeſſor vrbem egrediens alium loci eiuſdem in ſui locum ſubrogauit quidquid male iudicauerit ille non tenet, & tenetur damnificatis iniuſte. ff. De aßeßoribus. l. 3. & l. ad ſimilitudinem. vbi hoc dicit Bar. de capua. & Bal. M.

Si iudex arbitrum elegit vt male iudicaret. Bal. in 10. *coll. De pace conſtantiæ, in verbo circundatur. M.*

Si arbiter electus a partibus, vel datus a iudice, ſecundum formam ſtatuti diſponẽtis, ꝙ detur, cum litigare volentes, ſunt conſanguinei, iudicauit iniuſte, per dolum, vel ignorantiam, iuris peritos conſulere negligens, tenetur læſa ad omne intereſſe, ſecũdum Doc. in c. 2. De arbi. & cap. Si culpa. De iniur. M.

Si

Si arbiter dolo partis iniuſtam ſententiã tulit, quæ ad boni viri arbitrium reducta nõ fuit, tenetur damnificato ad omne litis intereſſe, doloſo non reſtituente, ſecundum d. Anto. de But. in cap. Quintauallis. De iur. iur. M.

Si prece, precio, odio, vel amore aliquem condemnauit, aut abſoluit iniuſte. Contra. §. Si ergo. 13. q. 2. M.

Munerum acceptio veritis eſt præuaricatio. 1. q. 3. qui recte, & c. Non licet.

Si etiam recte iudicando temporale præmium expectat, fraudem in Deum perpetrat. d. c. Qui recte. M.

Si iudex pecuniam accepit, vt male iudicaret, vel vt non iudicaretur in damnum partis, tenetur pecuniam reſtituere ei in cuius iniuriam accepit. 1. q. 1. Iubemus, & c. lex. iulia. De ſymonia. Nemo. Alexand. de Ales vbi ſupra. M.

Si accepit pecuniam a parte quæ ei dedit, ideo quia nimium ſententiam proferre differebat, tenetur reſtituere danti. Alexand. vbi ſupra, & Glo. & Archydi. 1. q. 3. non licet. M.

Si cognoſcit, ꝙ data ſit ei pecunia ſub ſpecie boni, vt ſic eius animus inclinaretur ad male iudicandum, tunc reſtituet eam pauperibus. Alex. vbi ſupra. & Glo. in d. c. Non ſane. M.

In prædictis ſex caſibus reſtitutio magis videtur eſſe conſilij, quam neceßitatis, quia cum hoc ſit turpe lucrum; tanquam de turpi lucro; dicendum eſt, ſecundum Vl. & Guil. in ſumma confeſſorum. libro.2. tit.6. §. 140. in fine.

Iudex ordinarius ſecularis accipere poteſt ſportulas, & delegatus a principe duos aureos in principio cauſæ; & duos in fi. Quando cauſa excedit centum aureos. 3. q. 3. Offeratur. Ordinarius vero eccleſiaſticus nihil recipit præter ſalarium; quod ſibi datur de publico. Delegatus etiam a Papa poteſt tantum recipere a partibus moderatas expenſas quando proficiſcitur extra domicilium, vel etiam eſculentum; & poculentū quod paucis diebus conſumi poteſt: De reſcrip. Statutum. §. Inſuper; & §. ſequen. Non autem ſportulas vel duos aureos; ſecundum. Ioan. And. in c. Vno de plus peti. Et Imola in c. Cum ab omni: De vi. & hoc. cle. Tamen nomine aſſeßorum quando ipſe non eſt ſufficiens, poteſt ſalarium petere dū modo non fiat in fraudem. d. cap. Cum ab omni.

Si aſſeſſor, habens certum ſtipendium a litigantibus aliquid exegit reſtituere tenetur eiſdem; ſi illud eſt notabile; quid ſecundum Gl. in c. Non ſane. 14. q. 5. M.

Si inferior Officialis ſuis nuncijs habens cer

certum ſalarium aliquid notabile extorſit; vel contra morem per immoderatam impro bitatem, tenetur ad reſtitutionem danti- bus, niſi quid paruum ſit quod debet erroga re pauperibus. Aſten. vbi ſupra. M.

Si iudex vel officialis non ſeruauit ſtatu- ta, & conſuetudines, quæ ſeruare iurauit periurus eſt; niſi illa ſint illicita, vel im- poſſibilia; vel per contrariam conſuetudi- nem abrogata. cap. primo. De iureiur. lib. 6. M.

Si iudex tulit ſententiam contra conſue tudinem bonam, per inde eſt ac ſi tuliſſet con tra legem: ſecundum Bal. in auct. Iubemus. C. De iu. M.

Tantę vis enim eſt conſuetudo vt per eã iudex poßit tranſgredi formam ſtatuti. ſe- cundum Bal. in l. quid ergo. §. pęna grauior ff. De his qui nõ. infa.

Si iudex laycus non ſeruauit condemna- tionem, ſententiam, bannum, & excommu nicationem epiſcopi repellendo excommuni catum in iudicio petentem; ſicut tenetur, vt per Inno. in c. primo. De offi. ordi. & Glo. in cap. Adminiſtratores. 23. q. 9. M.

Si iudex laicus ratione delicti clericum puniuit ſine epiſcopi licentia, & degrada- tione, ſi infligitur pęna ſanguinis; vel tor- menti. Auc. Clericus. C. De epiſ. & Cle. ex- communicatus eſt. M.

Si iudex laicus ſtatim non reddidit Epiſcopo petenti captum, qui ſe clericum affirmabat, & erat in habitu clericali, vel erat publica fama eum clericum eſſe excommunicatus eſt: de ſenten. excomm. c. Si udex laicus. libro ſexto. Et ibi Ioan. An. M.

Vbi vero fuiſſet ſine habitu clericali non tenetur iudex Epiſcopo mittere; donec doceatur, ꝙ ſit clericus, vt per literas ſui clericatus iudici oſtenſas, niſi tantum eſſent teſtimoniales, ſecundum Inn. in c. poſt ceſſionem. De probatio.

Et ſi eſt clericus coniugatus oportet, ꝙ ſe clericum probet, & ꝙ cum virgine contraxit, & portaſſe habitum, & tonſuram; ſecundum dominos de rota, concluſione. 79.

Si iudex laicus vſurpauit ſibi iuriſdictionem ſuper clericos, licet ei ſe ſubiecerit, niſi cauſa ſit temporalium rerum: De ma. & obe. cap. ſolite. M.

Cognoſcere tamen poteſt in cauſa feudali vel in reconuentione in cauſa ciuili, & nō ſpirituali, vt ſic clericus ſe immiſcet enormitatibus; vel ſi eius brachium inuocetur ab epiſcopo: De fo. compe. c. verum. De iu. ca. At ſi clerici. & capit. Cum non ab homine: De offi. or. ca. 1.

Si fuit acceptator perſonarum, vt non ita iudicaret magnum ſicut, & paruum

c. No

c. Nouit. de iudi. M.

Si reiecit legittimam probationem, vel grauauit partem onere probandi vltra iuris formam damnificãdo eam per hoc notabiliter glo. & doc. in c. Ad noſtram. 3. De iureiur. M.

Si in cauſis ſummarijs citauit hodie pro craſtina die, ad ſententiam audiendam; ſententia non tenuit, cum citatio debeat eſſe trina cum interuallo dierum, vt nota. 24. q. 3. De illicita. dominus Dominicus in ca. habetur. 3. q. 9. M.

Si cuiquam requiſitus denegauit iuſtitiã facere, tenetur illi ad omne intereſſe, & puniri debet extraordinarie. In Auct. De quæſtionibus. §. ſuper hoc. coll. 6. Et in Auct. vt litigantes iurent. coll. 8. Bald. in Authen. Statuimus. C. De epiſ. & cle. M.

Si iudex ordinarius ſententiam alterius iudicis in ordinarij iniquam executus eſt, tenetur læſo ad omnia damna, ex hoc illata. glo. fi. in capitu. Licet. De offic. dele. M.

Si poſt ſentẽtiam iniuſte datam cognouit errorem ſuum, nec ſe correxit ſicut potuit interloquendo, vel diffiniendo. vt not. de accu. cap. Generaliter. Et eſt probabilius, ꝙ teneatur ſatisfacere parti iniuſte læſę.

Si

Si iniuriantem ſibi puniuit durante officio ſuo, eo ꝙ non licebat, ſecundum Inn.& Hoſtien. in c. Diletus. de pęnis. M.

Si iudex nulla cognitione præmiſſa extra iudicialiter partem ſpoliauit, tenetur. De reſtitu. ſpolia. conquerente. M.

Si ad vindictam facilis fuit vel credendũ poteſt eſſe mortale. 86. diſt. Si quos 15.q.3. Si quis. M.

Si iudex vt fatigaret vnam partium iniuſte alterius partis poſitiones, & articulos incompetentes amiſit, quos ex officio ſuo potius reijcere debet. vt l. Si duo patroni. §. Idem ſcribit. ff. De iureiur. & in Glo. l. 1. ff. De offi. aſſe. M.

Si iudiciario ordine non ſeruato iudicauit, vt condemnando reum, ſine accuſatore, de crimine non notorio. 2.q.1. §. his omnibus. 24.q.4. Si quis. & Thom. 2.2. quæſt. 66. ar. 3. M.

Si iudex comprehendens actorem iuſtitiam non fouens, fatigauit reum, præſertim pauperem, citando & alios actus iudiciales faciendo, cum poterit ac debuerit potius denegare actori citationem rei, ſecundum Odofredum in l. Cum clericis. C. De epi. & cle. M.

Si in grauamen vnius partis dilationis dedit, vel inquiſitiones fecit, quibus altera pars reſpondere non tenebatur, aut friuo-

las allegationes amiſit. Alexan. in 3. in tra ctatu præceptorum iudicialium. Et in cle. Sæpe. De ver. ſig. M.

Si admiſit poſitionem vel proteſtationem oblatam coram ſe, quam admittendo cognō ſcebat eſſe periculum animarum; vel iniuſtum eſſe quod admittebat, vel quod veritas occultabatur, vel pars altera decipiebatur. Contra ca. Accepimus, de priuileg. Arnaldus. in repertorio. M.

De Iudicis eccleſiaſtici ſtatu.

§ 1. iudex eccleſiaſticus pro obtinēda iuriſdictione; ſeu poteſtate eccleſiaſtica, dedit aliquid temporale ſimoniam commiſit. Ne præla. vi. ſu. c. 1. 2. & 3. M. Iudex eccleſiaſticus.

Exemplum eſt in archipresbyteris rurali bus, qui etiam dicuntur decani. in d. c. 1. vbi Gloſ. dicit. hi ſpiritualem habent iuriſdictio nem.

Conſtituto tamen ſalario, ita ꝙ exercens iuriſdictionem reddat obuentione prælato conſtituenti; aut eas ſibi computet pro ſala rio, vel parte ſalarij, licitum eſt, ſecundū Innō. Hoſt. & do. Anto. de But. in c. 2. Ne præla. vi. ſu.

Si iudex ordinarius eccleſiaſticus, vel de legatus contra iuſtitiam, & conſcientiam, gratia, vel cupiditate, tulit iniquam ſen- Iudex ordinarius eccleſiaſticus iniquā ſenten-

ten

tiã ferens ſuſpenſus eſt ab officio p annum.

tentiam, ſuſpenſus eſt per annum ab executione officij. Et tenetur ad extimationem litis parti læſæ. De ſen. & re iudi. Cum ęter ni. lib. 6. M.

Si talis durante ſuſpenſione diuinis ſe ingerat, irregularitatem incurrit, in qua ſolus papa diſpenſat. eo. cap. Cum æterni. M.

Sine ſcriptis Cenſurarum ſententiã ferre eſt mortale.

Si ſine ordine iuris ſententias protulit, maxime alicuius cenſuræ, puta ſi ſine monitione præmiſſa, vel ſine ſcriptis, & huiuſmodi. De ſen. excomm. Sacro. & c. 1. eo titulo. lib. ſexto. M.

Si nimis de facili fulminauit ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, quæ niſi pro contumacia, vel mortali peccato, fieri debent. 1. quæſtione. 3. Nemo. Epiſcoporum, & cap. Nullus, & cap. Certum. M.

Si non exiſtens peritus ſaltem mediocri iuris ſcientia, licet habuerit peritiam iudicandi, non ſufficit. De elec. Cum nobis olim. & glo. in c. primo. diſt. 10. M.

De aduocatorum, & procuratorum ſtatu.

Aduocati & procurato-

ADVOCATVS *dicitur qui patronus eſt cauſæ. C. De aduo. diuer. iudi. l. Aduocati.*

cati. Procurator eſt qui cauſis agẽdis, quoquo ſtudio cooperatur. ff. De var. & extraor. cogni. l. prima. §. Aduocati.

res qui dicã tur, & inter eos quale diſcrimen.

Si aduocauit a iure prohibitus, vt quia erat clericus in ſacris, vel in minoribus, ſed beneficiatus, vel monachus, ca. Clerici, & Cum ſacerdotis, & cap. Ex parte. De poſtulando. M.

Clericis tamen prædictis, licet aduocare apud iudicem eccleſiaſticum in cauſa propria, vel eccleſiæ, vel pro conuictis, & miſerabilibus perſonis. ca. Cum ſacerdotis prææalle. & 88. di. Perlatum. Item monacho de ſui prælati mandato, pro ſuo monaſterio. d. cap. Ex parte.

Si aduocatus in principio, vel in proceſſu cognoſcens cauſam iniuſtam, conſuluit litigare clientulo ſuo, qui cauſam admiſit, tenetur ei ad omnes litis expenſas. Hoſtien. & Abbas Siculus in capit. Calumniam. De pęnis. ar. l. In rem nouam. C. de iu. M.

Tamen ſi clientulus non detexit omnem veritatem ſuo aduocato ſibimet imputet. Hoſt. & Abb. vbi ſupra.

Vbi etiam non imperitia, vel dolo, conſuluit aduocatus, vt quia lex erat multipliciter intelligibilis, vel difficilis, ex qua pendebat deciſio quæſtionis. Non tenetur. l. negligẽtia. ff. de iuris, & fac. igno. Abb.

vbi

vbi ſupra. Vbi quoq; conſuluit contra communem opinionem, propter vnius doc. acutiſſimi opinionem, licet clientulus ſuccumbat, non tenetur. Io. And. in capitulo primo : De conſtit. libro ſexto. Abb. vbi ſupra.

Si aduocatus ſua negligentia, imperitia, vel proditione, iuſtam cauſam amiſit, tenetur clientulo ad omne damnum, & intereſſe ar. c. ad aures. De eta. & quali. & c. fi. de iniur. Hoſt. & Abb. vbi ſupra. Et Dominicus in c. Infames 3. q. ſeptima. M.

Non tamen tenetur ſi amittat ex defectu probationum, ſecundum Aſten. lib. 1. ti. 33.

Si conſilio, vel auxilio iuuit ſcienter cauſam iniuſtam, tenetur aa damnum, quod altera pars ex hoc incurrit. Tho. 2. 2. q. 71. arti. 1. Aſten. l. 1. ti. 33. M.

Si ignoranter defendat cauſam iniuſtam excuſatur, ſecundum modum quo ignorantia excuſare poteſt. Tho. ibidem. Vbi a principio credidit cauſam iuſtam, quæ poſtea apparuit iniuſta, inducere poteſt partem ad credendum ſeu ad componendum ſine aduerſarij damno Thom. vbi ſupra.

Si credens cauſam plus eſſe iniuſtam, quã iuſtam, & cauſam defendit, eſt mortale, ſecundum dominum Ant. de But. & Abb. Siculum in c. breui. De iure iur. M.

Si

Si induxit clientulum ſuum, vt veritatem in iuditio negaret, vel ſuperfluam peteret dilationem tenetur parti contrariæ de omni damno, ſecundum Glo. 1. in c. 1. De confeſ. in 6. Hoſt. 1. Rub. De pę. M.

Si abſtulit iuſtam cauſam aduerſario petendo ſuperfluam dilationem, vel faciendo cauiloſam poſitionem, vel inducendo partē, vt veritatem negaret, & huiuſmodi, tenetur ad omne litis intereſſe. Hoſt. & Abb. vbi ſupra. M.

Si aduocatus, vel procurator produxit inſtrumentum falſum, vel teſtes falſos, vel allegauit iura falſa, vel fideliter clientuli ſui cauſam non defendit nihil de contingentibus omittendo. vt tenetur. 3. q. 4. c. primo 7. q. 6. Si quis. & Matthæus in Cle. Sæpe: De verbo. ſig. M.

Si aduocatus, vel procurator contra ſcripturæ veritatem aliquid ex ſuo ſenſu propoſuit, vel cauſam non ratione defendit, vel tumultuoſa voce non miti ratione factum propoſuit contra iura. 37. diſtin. Relatum 3. q. 7. §. Arcentur. 5. quæſtione. 4. cap. In loco. M.

Si non iuſtitiæ, ſed lucro. Contra dicto. §. arcentur. verſi. Quid vrbem. M.

Si contra iuris prohibitionem aduocauit, rerum amiſſione, & exilio perpetuo puniri debet. De pęn. diſt. 1. Nemo. M.

Si

Si habens conſuetudinem aduocandi, & non ſcientiam, non excuſatur, ſecundum Dominum Dominicum, & Ioan. de Fantucijs, in dicto capitulo, Infames. & Bar. in l. prima. ff. De poſtulan. M.

Si in cauſa iuſta vſus eſt aliqua falſitate, vel falſis teſtibus, vel inſtrumentis, vel legibus, vel docuit clientulum veritatem negare. Rayn. & in Summa Confeſſorum. libro ſecundo. titulo. 5. §. Seu. queſtione. 162. M.

Nefas quidē eſt veritatē negare, ſed ſi bi nociua impedimenta occultare licet.

Licet tamen aduocato in cauſa iuſta prudenter occultare ea, quibus eius proceſſus impediretur. Tho. vbi ſupra immo decipere aduerſarium ſuum, vt dicit glo. 23. q. 2. dominus.

Miſerabilibus perſonis negare patrocinīū eſt mortale ſecundū Alex. & D. Tho.

Si aduocatus patrocinium denegauit perſonis miſerabilibus, non habentibus, vnde ſoluere. Alex. de Ales in tertio, in tractatu præceptorum iudicialium. Thom. vbi ſupra, & Hoſti. in ſum. titu. De pen. & remiſ. §. Quibus. M.

Si aduerſariæ parti reuelauit ſecreta ſuæ partis, vt quia ſua viderat inſtrumenta, crimen falſi incurrit. Et tenetur ad reſtitutionem damni cauſæ iuſtæ perditæ. l. 1. §. is qui depoſita. ff. de falſis, & ff. De iudi. l. filiusfamiliæ. M.

Si accepto ſalario ab vna parte, poſtea pactus eſt, cum alia, quam, & adiuuit in

cri

crimen falſi incidit, ſecundum Barto.ff. De præuaricato. ſuper Rub. & in c. 1. de iura. calũ. & C. eo. titulo.l.2. M.

Si in cauſa vſuraria aduocauit, vel con ſuluit, ut uſurę non ſoluerentur, vel non red derentur, tenetur ad reſtitutionem. Ar. Cle. Grauis. de vſuris & c. Poſt miſerabilem. eo. titu. De uſuris. M.

Si extorſit ſalarium, unde non debuit, vel vltra quam debuit, aduocando, uel conſulendo. 14. q. 5. Non ſane. in fine. & q. 6. ſi res. M.

Moderandum eſt autem ſalarium, ſecundum quantitatem cauſæ, laboris, ſcientiæ, & conſuetudinis regionis. ff. De Vari. & extraor. cogni. l. 1. §. in honorarijs, & 3. quæſtio. 7. §. Apud vrbẽ. 1 o. q. 3. Non licet.

Si accepit vltra centum florenos pro qua uis cauſa, quod nõ licet, vt eſt text. Et Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de Vari. & Extraor. cogni. M.

Si fecit pactum cum clientulo de quota litis habenda, puta decem, vel duodecim, quod eſt prohibitum. 3. quæſtione. 7. arcentur. M.

Si clientulus pactus eſt dare centum pro ſalario aduocato, vel procuratori, ſi vicerit, Sin autem decem tantũ. Et quia poſtea tranſegit ſeu compoſuit ſe cũ aduerſario, nõ vult dare illa centũ, vt tenetur, ſicut notat

in regula, Contractus: De regu. iur. in 6. In mercu. M.

Si procurator per ſuam contumaciam nociuit domino notabiliter, tenetur ei ſatiſfacere. Glo. & docto. in cap. 1. Vt lite non conteſta. Bal. in l. Quamuis. ff. de dam. infec. M.

Si donauit, remiſit, vel tranſegit in damnum domini, tenetur. l. 1. & ibi Doct. ff. De Officio procu. ceſ.

De doctorum, & magiſtrorum ſtatu.

SI dignitatem doctoratus, non ad ſui, vel aliorum vtilitatem, ſed ad ambitionem quæſiuit, de quo intelligitur illud Iaco. tertio. Nolite fieri magiſtri. Thom. in quolibet. M.

Si indoctus quæſiuit doctorari propter præſumptionem, & periculum, videtur mortale. l. vna. C. De profeſſo. qui in vrbe conſtātia. lib. 12. ſecundum do. Io. de ana. in cap. 1. de magiſtris. M.

Si non idoneus alios docere præſumpſit, vel ex doctrina ſua excellentiam conſequi intendit. Diſtinctione. 59. Ordinatos, & Thom. in quolibet. M.

Si quis pro danda licentia docendi preciū exe-

exegit reſtituere danti tenetur, cum talis licentia gratis concedenda ſit. cap. 1. & ſecundo, de magiſtris. M.

Si doctor defendit pertinaciter doctrinã falſam, cenſetur hæreticus. 14. q. 3. in eccleſia. M.

Si examinauit imperitum doctorandum, & illum admiſit ad doctoratus dignitatem, de quo in l. magiſtros, C. De profeſſor. & medi. libro decimo. M.

Si propter conſilium a ſe datum, in quo nullũ laborem habuit in voluẽdo libros, & ſtudendo, & videndo acta, & huiuſmodi voluit ſalarium, ad reſtitutionem tenetur danti, quia ſalarium laboranti ſolum modo debetur. 10. q. 3. Non licet. Et Sum. confeſſorum. lib. 2. ti. 5. queſt. 173. M.

Poteſt tamen propter conſilium ſine labore tantum accipere ſalariũ a diuite propter laborem, quem aliquando habuit in ſtudendo, ſecundum Hoſt. in ſum. De pœniten. & remiſ. §. Quid. De aduocatis.

Si docens leges vel phyſicam, ſcienter admiſit religioſum, vel ſacerdotem, aut clericum in dignitate conſtitutum, eſcommunicatus eſt. Ne cle. vel mo. ca. ſuper ſpecula. M.

Si docens Theologiam, vel ius canonicũ ſcienter admiſit religioſum ſine habitu ſuæ religionis, excommunicationem incurrit.

cap. vt periculoſe. Ne Cle. vel mo. lib. 6. M.

Si doctor, vel ſcolaris Bononiæ tractat de conducenda domo irrequiſitis inquilinis, excommunicatus eſt. vt in prima parte. ca. 3. cap. primo. de loca. M.

Si cum non eſſet doctor geſſit ſe pro docto re, pena falſi puniri debet. vt l. reddatur. C. De Profeſſor. & medi. libro decimo. M.

Si mutuauit ſcolaribus vt ſecum intrēt, vſuram commiſit. Si ex hoc conſecutus ſit maiorem famam, vel lucrum ſalariorum, quod eſt pauperibus errogandum, ſecundum Io. An. in regula, peccatum, libro ſexto. M.

Si mutuando, vel rogando, vel detrahendo ſubtraxit aliorum doctorum ſcolares, qui iam cum illis intrabant, tenetur ad omne intereſſe prædictorum, vt in ſimili habes. ſecundum Richa. De ſubtrahente alium a religione, vt in 7. præcepto. M.

Si propter conſilium a ſe datum, per errorem, vel ignorantiam, ſententia iniuſta eſt ſecuta, tenetur illi ad ſatisfaciendum contra quem lata eſt. vt l. Illicitas. §. ſicuti. ff. De offi. præſi. & ar. cap. Tua nos. de Hoſtien. Abb. Siculus, in cap. Tua præalleg. M.

Si die feſto legit propter ſalarium, vel ali

cui

cui conſulit, eſt mortale, ſecundum dominum Anto. de But. in cap. 1. De feri. & Th. in tertio dict. 37. M.

Quæ in die feſto liceant procuratoribus doctoribusq;.

Non tamen peccat ſi cauſa pietatis, vel propter expediẽdum eum principaliter, qui de longinquo venit conſulat, aut propter exercendum ingenium legat. Ant. de But. & Abb. in eo. cap. primo. Legere quoq; principaliter propter ſui, & ſcholarium eruditionem, licet acceſſorie veniat lucrum, non fit contra præceptum. ar. c. fi. de magiſtris Abb. in c. 1. de fer.

Si ſcientias prohibitas docuit, vt nigromantiam, artem notoriam, & poetarum figmenta, quibus audientium mentes incitantur ad incentiua libidinum, quod eſt omnino prohibitum. diſtin. 37. c. Ideo prohibetur, M.

Si docuit errores notabiles contra fidem, & bonos mores paratus eos defendere excommunicatus eſt, cap. Ad abolendam. De hæreti. M.

Videant magiſtri q̃ ſibi cauendũ fuerit.

Si falſo ſe iactauit de maiori ſcientia quam habeat ad inanem gloriam, vel famam acquirendam, mortale eſt, vt ſupra in peccato vanægloriæ. M.

Si inuidit alteri doctori, vel magiſtro, quia maiorem habet famã, vel concurſum ſcholarium, mortale eſt, vt in peccato Inuidiæ. M.

Si ſectas fecit inter ſcolares, vt eos a doctoribus ſuis ſubtraheret, vel non idoneum eligerent in rectorem ſtudij; quia contra proximi eſt charitatem, & vtilitatem; mortale eſt; vt ſupra in præceptis. M.

Si neglexerit profectũ ſcolarium quo ad mores, & ſcientiam; cum propter hoc ſit ſalariatus, videtur mortale. l. Magiſtros. C. De profeſſo. & medi. libro decimo Ar. capitu. 1. Et Gloſſ. ibi 12. quæſtione. 1. M.

Si nimium crudeliter verberauit diſcipulos, videtur mortale, quia leuis tantum caſtigatio eſt conceſſa magiſtro. De Homi. Ad audientiam. ff. Locati. l. Item quæritur. §. Si Sutor. M.

Si magis ex ira, quam ex correctione clericum verberauit, excommunicatus eſt. 17. q. 4. Si quis ſuadente. M.

Si vt intereſſet alicui actui alterius, vt inſtructione, vel examinatione doctorandi, miſſam neglexit audire die feſto; vt in tertio præcepto. M.

Si nõ ſeruauit ſtatuta vniuerſitatis, quæ ſeruaturum ſe eſſe iurauit; periurus eſt; vt ſupra in ſecundo præcepto. M.

Si actus ſuos, vt diſputationis, vel repetitionis fecit in eccleſijs, contra eccleſiæ prohibitionem. capitu. Decet. De immu. eccle. lib. ſexto. M.

Si

Si non præſtitit conſilium gratis egenti, vt tenetur, ſicut & aduocatus patrocinium. Alexand. in 3. in tractatu præcepto rum. M.

Si communitas doctori infirmanti, vel abſenti, de voluntate reformatorum Studij negat ſalarium in totum, vel in partem, ad quod tenetur omnino. vt l. in hac lege. C. De profeſſo. ſacro. ſcri. Et do. Dominicus in ca. de quibuſdam. diſt. 73. M.

Si doctor habens ſalarium, vel ſufficiens beneficium pro ſua lectura collectam exegit a ſcolaribus, turpe eſt lucrum. Dominus Dominicus, vbi ſupra. M.

Vbi tamen non haberet ſalarium, vel beneficium, vel vnde viuat, exigere poteſt collectam, vel gratis datum accipere per. l. 2. ff. De origi. Iur. Dominicus vbi ſupra, & Inn. in ca. 1. De magiſtris.

Si ſcolaris prodigaliter expendit bona paterna, vel ſtudia litterarum notabiliter neglexit, vel contra veritatem pertinaciter reſiſtit ne ſuccumbere videretur, vel vniuerſitatis iuramenta non ſeruauit, vel propter practicas ſe periculo mortis expoſuit mortalia ſunt, vt ſupra in locis ſuis. M.

Scolaris vagabundus, & ſtudium negligens, non gaudet priuilegio vniuerſitatis. l. generaliter. §. 1. C. De epi. & cleri. M.

De accuſatoris, & actoris ſtatu.

Si aliquem falſo de crimine accuſauit, vel bona in iudicio petijt, quæ nouit non eſſe ſua, vel ſibi deberi, læſo tenetur de omni damno ex hoc illato in perſona, fama, vel facultatibus. 2. quæſtione. 3. Calumniari. & 14. quæſtione. 5. Non ſane. in fi. & eadem cauſa. q. 6. ſi res. ſupra. præcepto. 8. M.

Si accuſare neglexit peccatum quod vergebat in multitudinis corruptelam corporalem, vel ſpiritualem, valens id probare ſufficienter. Alexand. de Ales in tertio tractatu indicialium præceptorum. & Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 68. M.

Exempla ſecundum Alexand. vbi ſupra quando delictum vertitur iniuriam Dei, vt quia contra fidem, vel ſi eſt crimen læſæ maieſtatis.

Si aliquem accuſauit de crimine occulto, quod probare non valet, peccauit, & famam ei reſtituere tenetur. 6. quæſtione. 2. Si epiſcopus. Alexand. vbi ſupra. M.

Accuſare autem nemo tenetur, cum ſibi im

imminet periculum corporis, vel bonorum ab accuſuto. Alex. vbi ſupra. Et Aſten. lib. primo titulo 40.

Si deſtitit ab accuſatione cœpta colludẽs reo, proprias probationes diſsimulando; & falſas excuſationes inueniendo. Thomas vbi ſupra. M.

Si iuſtam cauſam defendit mendacijs, vel falſis inſtrumentis, & teſtibus licet morta liter peccauerit, non tamen alias tenetur. Thom. 2. 2. q. 49. 22. q. 2. faciat. M.

Si poſt ſententiam latam proſequens, in rem iudicatam tranſiuit, cognoſcat ſe habuiſſe iniuſtam cauſam; niſi reſtituerit (vt tenetur) eſt in ſtatu damnationis. Innoc. & dominus Ant. de But. in cap. Quia pleriq;. De immu. eccle. M.

Si interrogatus a iudice in iudicio, in cauſa ciuili, vel criminali, pro qua aderant ſemiplenę probationes veritatem negauit; vel cauſa ſubticuit Tho. ſecunda. 2. q. 69. M.

Si reus ſcienter appellauit cõtra iuſtam iudicis ſententiam; vel vt propter huiuſmodi moram impediretur eius executio, tenetur aduerſario de damno: & expenſis 2. q. 6. patet. Concordat Thomas vbi ſupra. M.

De Teſtium ſtatu.

SI feſtis interrogatus a iudice ſuper cer

to

to articulo in iudicio mentitus eſt, vel occultauit veritatem, & multa ſubticuit, cũ iuraſſet dicere puram veritatem; mortaliter peccauit; in his caſibus.c. 1. De cri. fal. Et in c. Dilecti. De accuſatio. M.

Si in prædictis caſibus aliquem damnificauit, tenetur ei de omni damno.l.qui nomine.ff. De falſis 2.q. 1. notum. De his in octauo præcepto. M.

Si teſtificatus eſt in iudicio, ſcire quod dubium erat, periurus eſt. Et ſi cum damno tertij, tenetur ſatisfacere ar.ad hoc 23.q.5. De occidẽdis. Et Thom. ſecunda.2.q.70. M.

Vbi vero ex labilitate memoriæ, tamen cum aliqua cauſa factum recogitatione cõtigiſſet; non peccauit mortaliter. Thõ.ibid.

Si accepit pecuniam pro teſtimonio ferendo tenetur erogare pauperibus. ſiue dans ad eum corrumpendum dederit, vel non: ſecundum Hoſtien. de quo. 14. q. 5. Non ſane. M.

De Notariorum ſtatu.

SI Clecicus conſtitutus notarius conficit inſtrumentum in ſecularibus, vel laycus notarius confecit in eccleſiaſticis, non licet; quia iſtorum conuerſatio debet eſſe diſcreta. ne cle. vel mo.c. Sententiam. & 2.q. 7. Laycos. M.

Quic

Quicquid prædicti ſic fuerint lucrati; debent pauperibus errogare. 14. q. 5. Qui habetis. Rayn. in ſumma. M.

Si non fuit deſcriptus in matricula; & confecit inſtrumenta; non valent; quia non habetur pro notario. Gloſ. in ſecundo. ff. De offic. magiſ. mili. M.

Si exiſtens infamis notorie; vt quia ſit homicida, vel falſarius, & huiuſmodi, inſtrumenta confecit; non valent, vt notat in Authentico de tabellio. §. penult. & ibi Glo. ac Bal. in l. Cunctos populos. C. De ſumma trinit. M.

Si dictauit vel ſcripſit in publicam formam ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, vel nõ repetendis, vel non reſtituendis; eſt excommunicatus. ut in cle. ex graui. De vſu.

Si dictauit ſtatuta; aut redegit in publicam formam contra libertatem eccleſiæ, excommunicatus eſt: vt ſup. in 1. parte in 3. c. & in c. Grauem. De ſen. excomm. M.

Si per ignorantiam, aut malitiam omiſit ſcribere in inſtrumẽto, vel teſtamento clauſulam aliquam; vel debitam ſolemnitatem prætermiſit, propter quod quis eſt damnificatus, tenetur ei ad ſatisfaciendum vt l. Cum ſit adiecta. C. De magiſtra. conuenien. & Bar. idem dicit in l. tab. ff. de tabu. exhiben. M.

Si confecit inſtrumentum quod ſit vitioſum

ſum in vno articulo; Omnes articuli ſunt vitioſi; ſiue ſint connexi, ſiue ſeparati: vt notat in regula, Vtile lib. 6. gloſſ. 37. diſt. Si quod verius.

Si in ſcribendo teſtamenta peruertit ordinem: qui eſt de ſubſtantia teſtamenti non valet, nec excuſatur per imperitiam l. per latam. C. *De teſta. Bal. in l. ambiguitas.* C. *eo. ti. Et tenetur ſatisfacere damnificato. vt ſupra. M.*

Si omiſit ſolemnitatem ſibi incumbentē in inſtrumēto; vt quia ſcripſit ſine teſtibus, in dictione, uel anno, reputatur falſum l. Vniuerſalia. ff. De rebus eorum. Bal. vbi ſupra. M.

Si ex imperitia minus ſcripſit, vel aliter quam debuit; puta quia non ſcripſit ſe, vel non poſuit nomen ſuum, non valet teſtamentum. C. *De teſtamen. l. hac conſultiſſima. §. primo. Bal. vbi ſupra. M.*

Notarius tamen ſupplere poteſt omiſſa ſi eſt bonæ famæ, di. 27. qui de menſa; niſi hoc facere vellet ex interuallo, Quod ſecundum aliquos non poteſt, vel ſi inſtrumentum tradidit Ray. vbi ſupra. M.

Si mendaciter ſcripſit interueniſſe ſolemnitatem formalem, puniendus eſt pęna falſi. l. Iubemus. §. ſciturum, Bal. in ea. l. M.

Si falſificauit, vel occultauit teſtamenta, vel alia inſtrumenta; propter quod legatarij

rij legata, vel creditores credita ſua, probare non poſſunt; & per conſequens, nec conſequi, tenetur ſatisfacere omni eorum damno ſi cauſam efficacē præſtiterit. C. de eden. l. is apud quem. c. Si culpa. De iniur. de hoc Bal. in l. ſi quis dolo. ff. De tabu. exigen. Et Io. An. in addi. ſpec. ti. De inſtrumentorum editione. §. Inſtrumentum. M.

Si in fauorem vſurarij confecit inſtrumē tum vſurarium, cuius vigore ſolute ſunt vſuræ, tenetur vſuras ſoluēti reſtituere vſurario non reddente. ſecundū Gloſſ. & Ange. in l. ſi ſciente. C. ad legem pompe. De parricidijs. M.

Si inſtrumentum vſurarium confecit in fauorem ſoluentis vſuras periurus eſt; licet vſuras ſatiſfacere non teneatur. Iurant. n. talia inſtrumēta non cōficere. Hoſt. in ſum. titu. De vſu. §. ab aliquo. M.

Salarium ab vſurario acceptum; quia in eius fauorem confecit inſtrumentum; turpe eſt lucrum, & pauperibus erogandum. M.

Si vltra ſalarium debitum acceperit a parte etiam ſponte ſoluente puniri debet ſecundum Bal. in Autē. Sed hodie. C. De epiſ. & cle. M.

Si ſtante ſtatuto ne poſſit niſi tantum accipere pro ſingulis actibus accepit vltra, reſtituere dantibus tenetur, ſi multum fuit; vel ſi parum a ſingulis acceptum;

cepit, pauperibus erogabit. de quo Bar. in l. Inuitus. ff. De iniur. M.

Si ſtipulatus eſt teſtamenta eorum qui erant alieni a ſenſu; tenetur ad omnia damna illorum qui ſucceßiſſent prędictis ab inteſtato; ſi propter hoc non ſuccedunt, vel in totum, vel in partem aliquam, Ar.c. Si culpa. De iniur. Bal. in l. 1. C. De ſac. ſan.ec.

Si diebus feſtis non neceſsitate; ſed lucri cupiditate confecit inſtrumnta; vel copiauit; vel extenditur ſcripturas, cum id differre poſſet, quod prohibetur. De fer. c. 1. M.

Si eſt notarius epiſcopi, & ſalariatus; ſi pro ſcribendis nominibus ordinandorum, prætium accepit, pacto, ſtatuto, vel conſuetudinem ſimoniam commiſit. De magiſt. c. 1. De ſimo. c. 1. vbi hoc dicit Dom. Ant. de But. M.

Vbi vero ſine pacto, ſtatuto, vel conſuetudine recipiat a ſponte dante, nõ eſt ſimonia. De ſimo. dilectus 2. & idem, ſi accepit præcium ſuo labori congruens, vbi ſalariatus non eſt. Licet pro quo facit ſtilus curiæ romanæ, ſed quem taxata ſunt omnia beneficia, ſecundum qualitatem eorum. Do. Ant. in dicto c. 1.

De Medicorum ſtatu.

SI religioſus, vel in ſacris conſtitutus, vel

vel in minoribus; & ſufficienter beneficiatus operam dedit medicinæ. Ne cle. vel mona. c. Sententiam. Duran. lib. 2. parte ſecunda. q. 55. M.

Pro miſerabilibus tamen perſonis, & cõſanguineis, & vbi periculum non eſt, clerici poſſunt operam dare medicinæ; dummodo nõ in cirurgia; quæ aduſtionem & abſciſsionem requirat c. Sententiam. Duran. vbi ſupra. M.

Si imperitus exercuit artem medicinæ; vel peritus, ſed in medendo non eſt ſecutus traditiones artis: De homici. Tua nos. Et ibi dominus Ant. & Innoc. M.

Licet ſequatur ſanitas infirmi, imperitus tamen non excuſatur a mortali eum ſe exponat periculo peccati mortalis in nocumentum proximi; ſecundum Do. Archiepiſcopum. M.

Si medicus peritus eſt, ſed non adhibuit debitam diligentiam perſonaliter viſitãdo, dietam infirmi ordinando, & huiuſmodi, vt tenetur. d. c. Tua nos; & Dom. Ant. de But. ibidem. M.

Si Medicus ſciens aromatarium ponere corruptas ſpecies in medicinis, neglexit eligere bonas, dum medicinas ordinabat. Inn. in d. c. Tua. & Duran. vbi ſupra. M.

Si dubitans de aliqua medicina an proficere debeat infirmo; nihilominus cã ſi propinauit,

pinauit, videtur mortale; quia ſic cum periculo expoſuit, dominus Ant. vbi ſup. M.

Si propter pecuniam conſequendam differt ſanitatem, aut grauat infirmitatem, faciens infirmum recidiuare, puniendus eſt ſeuere. ff. De vari. & extraor. cogni. l. Medicus, Innoc. & Abb. in d. capit. Tua nos. M.

Si nimis intempeſtiue dereliquit curam infirmi, ex quo mortem, vel lõgiorem incurrerit egritudinem, tenetur de omni damno, Inſtitu. ad legem Aquiliam. §. Præterea. Aſten. lib. 6. titulo. 14. M.

Si emere fecit ſuperfluas medicinas, quia habet partem in apotheca aromatarij, tenetur ad ſatisfactionẽ dãni. Aſten. vbi ſup. M.

Si cum eſſet vtile infirmo membrum aliquod incidere, medicus neglexit practicum, & diſcretum inciſorem reperire, exponens illum periculo. Dominus Ant. vbi ſup. M.

Si Cirurgicus dubitans de inciſione vtrũ infirmo eſſet periculoſa, non abſtinuit ab incidendo. Do. Ant. vbi ſup. M.

Si ille qui flebothomat, vel ſeccat, imperitus eſt in talibus, vel peritus, ſed diligentiam non adhibuit, vtrobiq; peccat. Durã. vbi ſupra. M.

Si primo viſitans infirmum grauatum ægritudine mortali, vel non mortali cum effectu non induxit vt confiteretur antequã manum ad medelam apponat; fecit contra

ceptum c. Cum infirmitas. De pœn. & remiſ. Contrà quod nulla contraria cõſuetudo valet Hoſt. & Ioan. An. & dominus Anto. in di. c. Cum infirmitas. M.

Tenetur autem medicus in foro conſcientiæ relinquere infirmum, qui ad eius monitionem confiteri non vult, vt dicit Cardina. in dicto cap. Cum infirmitas. quod creditur, niſi ægritudo illa exigat feſtinatum remedium, vel ſi infirmus in nolle confiteri ſit obſtinatus, ſecundum Petrum de palude, in quarto. M.

Si pro ſalute corporis conſequenda, vel conſeruanda ſuaſit aliquid infirmo, quod vergat in periculum animæ, vt ꝙ quis inebrietur, vel fœmina abortum faciat, ne moriatur d. c. Cum infirmitas. M.

Si ſalariatus eſt de publico cum pacto, vt nil recipiat ab aliquo, ſi recepit etiam a ſponte dantibus, reſtituere eis tenetur. glo. in l. metus. §. fi. ff. de Regu. iur. M.

Non debet etiam paciſci de ſalario cum eo qui præſumitur timore mortis promittere, vnde & tale pactum reſcindi debet officio iudicis, vt l. medicus. ff. De vari. & extraor. cogni. l. archite. C. De profeſſo, & medi. li. 10.

Si noluit gratis curare pauperem infirmum, vel etiam diuitem, qui nolebat aliquid ei dare, vt tenetur, cum tamen a diuite

poſſit poſtea ſalarium exigere. ff. De nego. geſt. l. pomponius. glo. in c. primo. diſt. 84. Alexander de Ales, in tertio. M.

Si vt medicinam experiretur eam dedit religioſo, vel pauperi exponens illum periculo propter dictæ medicinæ experientiam faciendam, ſecundum Duran. vbi ſupra. In no. & do. Anto. videtur mortale.

Si nimis de facili ſuaſit debilibus non ieiunare vel comedere carnes tēporibus prohibitis, aut alicui pro conſeruanda ſanitate, ſine cauſa rationabili mortale eſt, quia eſt contra eccleſiæ præcepta. c. Conſilium: De obſer. ieiu. M.

Si ex emulatione detraxit alijs medicis, aut eis ex hoc aliquod damnum intulit, aut vniuerſitatis iuramenta non ſeruauit, quia totiens eſt periurus. vt ſupra in locis ſuis. M.

Si ex libidinoſa intentione tetigit mulieres infirmas, mortale eſt, vbi ſupra.

Si medicus per imperitiam dedit medicinam, ex qua infirmus mortuus eſt, ad ſatiſfactionem tenetur, vt in ca. Tua nos. De homi. Abb. Sicu. in d. c. Tua. M.

Si gerens curam infirmi aliquod contrarium vel nociuum infirmanti tribuit, grauiter peccauit, etiam ſi ex compaſſione fecit. Ab. in d. c. Tua nos. De homi. M.

Si infirmus cibum, vel potū ſibi ſumpſit

credens ſibi valde nociuum, mortale eſt. Duran. vbi ſupra, & do. Ant. in dicto capit. Tua nos, M.

Si quis in ſuis infirmitatibus medicum Judæum vocat, aut ab eo medicinam recipit, ſi clericus deponendus eſt, ſi laycus excommunicandus, Tex. in ca. Nullus. 28. q.1. M.

Vbi vero in eodem loco medicus Chriſtianus non eſſet, ſed tantum hæbreus vocari poteſt a Chriſtianis, quia neceßitas non habet legem, ſecundum Arch. Hug. & Laur. in d. c. Nullus. Quod etiam intelligunt quidam quando Chriſtianus contra monitionẽ ſibi factam docet eum, & tunc tantum peccat mortaliter.

Quando longa experientia quis habet peritiam medendi alicui ęgritudini, vt oſſa confracta, vel caput vulnere contritum, ſine alicuius incantationis, vel vanæ ſuperſtitionis imprecatione curare, licet canones medicinales ignoret ſine peccato fieri poſſe videtur, vnde nec talibus in foro pęnitentiæ abſolutio eſt neganda.

Si tamen aduocent medicum phyſicum, quando vident hoc neceſſarium propter febrem vulnerato ſuperuenientẽ, & hoc idem de illis qui cancros, fiſtulas, dolorem dentiũ, vel aurium curare nouerũt, vt expreße de hmõi medicis habet tex. in l.1. §. medi-

coſ.ff. De va. & extraor. cogni. vbi dicitur medicos fortaſſis quis accipiet, etiam eos qui alicuius partis corporis vel certi doloris ſanitatem pollicentur, vt puta, ſi auricularius, ſi fiſtula, vel dentium. Non tamen ſi incantauerit, ſi imprecatus eſt. Hęc ille.

De Mercatorum ſtatu.

Si mercator laicus ſolum propter cumulandas diuitias, non propter neceſſitatē, vel elemoſynas faciendas, aut ꝙ ſic ſua induſtria reipublicæ ſeruiat, negociatur. Alexand. de Ales in tertio tractatu præceptorum. Et Tho. ſecunda 2.q.77.ar.4. M.

Nam propter domus ſuæ ſuſtentationē, vel pauperum ſubuentionem, vel publicam vtilitatem, ne ſi res ad patrię vitam neceſſariæ deſinit negociari, licet, lucrum nō quaſi finem expetendo, ſed quaſi ſtipendium laboris. Thomas vbi ſupra.

Si rem emit vt ſtatim immutatā carius vendat, nec illam transfert, vel conſeruat, periculo temporis exponens vel loci, illicitum eſt. & Thom. Alexan. vbi ſupra.

Si totum forum rerum venalium emat, vt alij ab eo carius emere cogantur Deo abhominabilis eſt, Alexand. vbi ſupra, & do. Anto. in c. 1. Ne cle. vel mo. M.

Si

Si cum cæteris mercatoribus compoſuit, vt vno pręcio, & non minori, rem talem vendant, illicitum eſt. C. De monopolijs. l. 1. & Hoſt. in ſum. titu. de ſindico. §. quid ſocietas. M.

Si impetrauit a principe, vel communitate, vt ei ſoli talem rem vendere liceat, illicitum eſt. c. eo. l. 1. & Hoſt. vbi ſupra. M.

Pęna autem in prædictis duobus caſibus eſt, perpetuum exilium, & bonorum confiſcatio. d. l. 1.

Si merces prohibitas miſit ad partes infidælium, excommunicatus eſt, vt in prima parte vbi de excom. M.

Si mercatores qui ad vendendum aliorũ merces ſibi tranſmiſſas ſunt mediatores pro labore ſuo ſubtraxerunt florenum pro centenario, aſſerentes velle gratis eas vendere, tenentur ad reſtitutionem, & idem ſi amittentibus gratis verſa vice, in talibus deſeruirent. 14 quæſtio. 5. c. Non ſane. in fine. M.

Vbi vero nec propter amicitiam, vel ſuſceptum ſimile ſeruitium ſunt mediatores ad vendendum, ſi ſine alia conuentione florenum retinent, licitum eſt. Cum omnis labor pręmium optet. Ar. diſt. 8. Quæ contra mores.

Si exercuit mercantiam die feſto, vel in loco ſacro, contra Dei, vel eccleſię prohibitio

nem. vt Exod. 20. Matthæi. 21. De ferijs. ca. 1. diſt. 42. Non oportet. M.

Si emendo vel vendēdo aduertenter periurauit, aut pernitioſe in damnum proximi mentitus eſt. 22. q. 2. Primum. de hoc in 2. præcepto. M.

Si venditor rei apud ſe adhuc conſiſtentis venditæ in genere, quæ deguſtationem recipit, vt vinum, zinziber, vel conſiſtit in pondere, numero, & menſura; guſtu & menſura non ſecutis pertinaciter velit emptorem ſubire damnum amiſsionis, vel deteriorationis factæ in rebus prædictis cū ad ſe ſpectet. Glo. in l. Quod ſæpe. §. in his. ff. De contrahen. empt. & l. 1. ff. De pericu. & como. rei ven. M.

Vbi tamen dictę res venduntur in ſpecie, periculum ſtatim ad emptorem pertinet, niſi venditor illud in ſe ſe ſuſceperit; quia tūc tenetur vſq; ad deguſtationem; vel menſurationem, ſi aliud tempus non fuit determinatum d. §. In his & di. l. prima.

Exemplum venditionis in genere, vt vendo tibi, decē corbes frumenti vel vini, quod eſt in horreo, uel cellario meo; in ſpecie vero fit uenditio, ſi dicat has decem corbes frumenti, aut uini tibi uendo pro tanto pretio.

Excipitur tamen caſus quando bona uenditoris publicarentur re uendita nondum

tra

tradita, vel vbi pactum, vel culpa, in tradendo interueniſſet, quia tunc ad ipſum venditorem ſpectaret. ff. locati. l. ſi fundus. Monal. in ſumma.

Si de re vendita ſub conditione, vel ſcriptis, conditione nondum exiſtente, vel ſcriptis non confectis, venditor velit emptorem periculum, vel deteriorationem ſentire cum ad ſe ſpectet. C. *de fide inſtru. l. contractus. Monal. vbi ſupra in ſumma. M.*

Si vendidit vltra precium taxatum rebus venalibus ad vendendum expoſitis. l. 1. C. *de epiſco. audi. Et ibi Bal. M.*

Si plus notabiliter vendit, aut emit res minus, quam communiter ab alijs fiat. mortale eſt. vt glo. & doct. notant in c. In ciuitate: De vſuris. M.

Talis autem ſic lucrans niſi reſtituat damnificato vbi multa fuit damnificatio, vel pauperibus, ſi parum, per ſingulos abſolui non debet. ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 77. articu. 1. Et Sco. in 4. diſtinction. 15. & 14. quæſt. 2. habetis. M.

Si etiam ſine dolo plus notabiliter vendit, aut minus emit comparata, hac precij iniuſtitia niſi ſatisfaciat, eſt in ſtatu damnationis, ſecundum Thom. eo. articul. 1. M.

Si vendidit non plus quam valeat propter commodum quod ex ea emens habebat, reſtituere illud plus illi tenetur, & idem in permutatione. Sco. in 4. diſt. 15. & Thom. ſecunda ſecundæ. quæſtion. 77. articul. 5. M.

Licet tamen vendenti, & permutanti propter damnum ſuum rem plus vendere, & pro plura permutare quã valeat ei qui inſtanter vult eam. Sco. & Thom. vbi ſupra.

Si vendidit fraudando in ſubſtantia, vt auricalcum pro auro, aquam pro vino, tenetur deceptis ſatisfacere. Scotus in d. diſt. 15. Quarti. M.

Si vendidit vinum vel fœnum ſanum mixtum cum corrupto .l. ſacculary. Et ibi Glo. ff. De extraordi. crimi. M.

Licet tamen ad ſe conſeruandũ cum lucro congruo rebus bonis minus bonis miſcere, dummodo mixtio noxia non ſit, vt in medicinalibus. C. De condu. in horreis publi. l. 1. lib. 10.

Si vendidit fraudando in quantitate ponderis, lancis, vel ſtateræ, aut in menſura ſextarij, vel vlnæ, extra. De emp. & ven. c. vt menſuræ. M.

Si vendidit fraudendo in qualitate, vt vinum, vel frumentum corruptum pro ſano, pannum vnius ſortis pro altera. l.

Anonam.ff.De var. & extraor. cogni. Sco. ea.diſt.15.quarti. M.

Si vendidit librum mendoſum, quem magis expedit non habere,ſatisfacere tenetur. arg.l.1.ff.De edil.edic.Spe.ti.De emp.& vendi. §. 1. verſi. & notat. Quod intellige maxime ſi litteras ignoranti vendidit, ſecundũ Alex. lombar. M.

Si rem vendidit occulte defectuoſam, vt domum ruinoſam, equum claudicantem, & huiuſmodi. Thom. 2. 2. quæſt.77. art.3. M.

Manifeſtum tamen vitium dicere non tenetur venditor, vt ſi equus eſt monoculus, nec occultum,ſi non eſt noxium,& pro tanto detrahat de prȩcio. Tho. ibidem.

Si vendidit rem,cuius defectu, quia non dixit,emens damnum notabile incurrit, tenetur ad omne damnum inde ſecutum. Alexand. lomb. & Thom. vbi ſup. M.

Exemplum ſi nauis defectum, vel equi, vel medicinæ, vel tigni non patefacit nauiganti, militi,ægroto,ædificãti,propter quod naufragium, vulnus maiorem ægritudinẽ, & ruinam domus paßi ſunt iſti. Alexand. lombar. & l. Iulianus.§. ſi igitur.ff.de acti. emp.vbi Bal. dicit ꝙ tenetur ad ruinam,& omnia damna inde ſequentia.

Si mihi ementi frumentum, vel aliud, vt ex eo negotiando lucrer, & illo mihi

bi non tradito in termino conſtituto, nolis ſatisfacere, lucrum quod probabiliter feciſſem, ut teneris. l. ſi ſterilis. §. ſi per vendito rem. ff. de acti. emp. M.

Non tamen teneris mihi ſatisfacere pretium animalium inde mortuorum, quia bladum in termino conuento non tradidiſti. d. §. ſi per venditorem. ſecundum Bal. qui indiſtincte ſic tenet in l. vna C. de ſen. quæ pro eo quem intereſt proferun.

Si vendens equum ſcienter morboſum dixerit vendo tibi pro morboſo, calcitroſo, retrogrado, tenetur ſatisfacere, quia inſidioſe vitium expreſſit. ff. de contrahen. emp. l. ea. q. §. fi. Spe. ti. de emp. & ven. §. nunc dicendum. verſi. Quid ſi venditur. M.

Si venditor emptorem ſcienter decepit, tenetur ad omne intereſſe. M.

Si ignoranter, tenetur ei quanto minoris empturus eſſet l. 1. §. is. & l. iulianus in principio. ff. de acti. emp. M.

Exemplū ſi vas vitioſum ex quo vinum eſt effuſum vendidit, quia ſi ſcienter, ad damnum vini, ſi ignoranter ſolum ad vaſis precium reſtituendum tenetur. l. tenetur. §. ſi vas. de act. emp. ff. loca. l. ſed ędes. §. 1.

Si vendidit ſucos mulieribus innuptis. Hoſt. Io. An. & Abb. ſicu. in c. 1. ne cler. vel mona. M.

Vendere tamen nuptis tantum, vt fuco il

lo

lo ſuis placeant viris non eſt illicitum ſecū dum prędictos, quamuis tutior ſit ſententia Alex. de Ales in quarta parte tract. de eucharistia, vbi triplici ratione concludit nulli fęminę licere ſe fucis impingere. de quo. ſup. in quarto præcepto.

Si vendidit gladios, ſagittas, venena, & huiuſmodi, cum crederet probabiliter abuſuos ementes talia. 23. q. 5. c. de occidendis, imo omnia peccata inde ſequentia ei imputantur, & reus eſt omnium animarum propter talia pereuntium. 14. q. 3. præcipue 27. q. 2. ſi tu. Ray. tit. de emp. §. ſed quid de illis. M.

Si aßidue mentitus eſt etiam propter ſe ſeruandum indemnem mortale eſt. ſecundū Hoſt. in rub. de pęn. & re. ver. quando quis mentitur. Sicut aßidua ebrietas. diſt. 25. §. alias. M.

Si vendidit aleas, & taxillos his quos ſciebat ex cupiditate luſores videtur mortale. M.

Si emit rem minus notabiliter, quam valeat propter vendētis neceßitatem, vel ignorātiam, aut leuitatem maximam, aut vitiū voluntatis, ſatisfacere tenetur vſq; ad iuſtum precium. Alex. Lombar. in tract. reſtitutionum. Bal. in l. 2. C. de reſcin. ven. M.

Tamen ſi ſciens, & aduertens quantitatem exceßus, vel defectus pręcij emit rem

pluſquā

bi non tradito in termino conſtituto, nolis ſatisfacere, lucrum quod probabiliter feciſſem, ut teneris. l. ſi ſterilis. §. ſi per vendito rem. ff. de acti. emp. M.

Non tamen teneris mihi ſatisfacere prẽcium animalium inde mortuorum, quia bladum in termino conuento non tradidiſti. d. §. ſi per venditorem. ſecundum Bal. qui indiſtincte ſic tenet in l. vna C. de ſen. quæ pro eo quem intereſt proferun.

Si vendens equum ſcienter morboſum dixerit vendo tibi pro morboſo, calcitroſo, retrogrado, tenetur ſatisfacere, quia inſidioſe vitium expreſsit. ff. de contrahen. emp. l. ea. q. §. fi. Spe. ti. de emp. & ven. §. nunc dicẽdum. verſi. Quid ſi venditur. M.

Si venditor emptorem ſcienter decepit, tenetur ad omne intereſſe. M.

Si ignoranter, tenetur ei quanto minoris empturus eſſet l. 1. §. is. & l. iulianus in principio. ff. de acti. emp. M.

Exemplũ ſi vas vitioſum ex quo vinum eſt effuſum vendidit, quia ſi ſcienter, ad damnum vini, ſi ignoranter ſolum ad vaſis precium reſtituendum tenetur. l. tenetur. §. ſi vas. de act. emp. ff. loca. l. ſed ędes. §. 1.

Si vendidit ſucos mulieribus innuptis. Hoſt. Io. An. & Abb. ſicu. in c. 1. ne cler. vel mona. M.

Vendere tamen nuptis tantum, vt fuco il

lo

lo ſuis placeant viris non eſt illicitum ſecũdum prędictos, quamuis tutior ſit ſententia Alex. de Ales in quarta parte tract. de eucharistia, vbi triplici ratione concludit nulli fęminę licere ſe fucis impingere: de quo. ſup. in quarto præcepto.

Si vendidit gladios, ſagittas, venena, & huiuſmodi, cum crederet probabiliter abuſiuos ementes talia. 23. q. 5. c. de occidendis, imo omnia peccata inde ſequentia ei imputantur, & reus eſt omnium animarum propter talia pereuntium. 14. q. 3. præcipue 27. q. 2. ſi tu. Ray. tit. de emp. §. ſed quid de illis. M.

Si aſsidue mentitus eſt etiam propter ſe ſeruandum indemnem mortale eſt: ſecundũ Hoſt. in rub. de pęn. & re. ver. quando quis mentitur. Sicut aſsidua ebrietas. diſt. 25. §. alias. M.

Si vendidit aleas, & taxillos his quos ſciebat ex cupiditate luſores videtur mortale. M.

Si emit rem minus notabiliter, quam valeat propter vendẽtis neceſsitatem, vel ignorãtiam, aut leuitatem maximam, aut vitiũ voluntatis, ſatisfacere tenetur vſq; ad iuſtum precium. Alex. Lombar. in tract. reſtitutionum. Bal. in l. 2. C. de reſcin. ven. M.

Tamen ſi ſciens, & aduertens quantitatem exceſsus, vel defectus pręcij emit rem

plusquã

pluſquam valeat, aut vendidit minus ſponte & non coactus nulla eſt iniuſtitia.

Pretia rerum iuſta attenduntur ſecundum communem ciuitatis taxationē. Alex. vbi ſup. & l. pretia rerum. ff. ad l. fal. Addit Alex. lomb. Si diſcedatur a pretio communiter eſtimato non eſt ſimpliciter illicitum. i. mortale.

Si induxit dolo, vt quis rem venderet aliàs non venditurus, contractus eſt nullus. ff. De dolo. l. eleganter. M.

Si dolo induxit, vt multo minus rem vēderet, vſq; ad condignum pratium, ſupplere tenetur. ff. De acti. emp. l. nullo. §. ſi venditor. M.

Si emit bona alicuius propter quodcūq; crimen iam confiſcata fiſco reddere tenetur, etiam in foro conſcientiæ. Pet. de an. in regula poſſeſſor. li. 6. habes de hoc ſup. in 7. precepto. Io. An. & Spe. 1. ti. de dona. §. item pone. M.

Si emit redditus pedagij, ſeu gabellæ non iuſtè poſiti, vel a nō vero domino, ad reſtitutionem tenetur eis qui ſoluerunt. Pe. de an. in regula poſſeſſor. habes de hoc in 7. precept. M.

Si emit rem alienam ſcienter vel ignorātia craſſa, .ſ. alijs dicentibus rem eſſe furtiuam tenetur ad eſtimationem plurimi et ad oēs fructus perceptos, et percipiēdos. l. 2. ff. de

de fur.et l.2.C.eo.ti.de reſt.ſpo.c.grauis.M.

Si emit quęſtum ſancti Ant. ſancti Ioã. S. Bouis. S.Sepulchri,& huiuſmodi, illicitũ eſt omnino; quia tales contra canones quęſtuant. vt in c. cum ex eo.de pę.& re.& de hoc in peccato auaritię. Itẽ quia dãtur eis elemoſynę vt ex his pauperes,& ęgroti prędictorũ locorũ alãtur:aliquando vt dicãtur miſſę: fiat calix,vel altare,et huiuſmodi, de quib⁹ nihil fit,vel pro minima parte fit. M. Quæſtores elemoſinarũ

Si fęudum alienum ſcienter emit,vel detinuit & cum nolit reſtituere fructus naturales,& induſtriales quos percepit, & percipere potuiſſet ver⁹ dominus ſi poſſediſſet,vt tenetur.l.ex diuerſo.ff. de rei ven. & c.grauis.De reſti.ſpo. M. Feudum.

Si metu compulit ſibi vendi fundũ & nolit eum reſtituere cum fructibus perceptis, & quos dominus verus percipere potuiſſet, vt tenetur. l. ſed & partis.ff. quod me. cau. M.

Si poſtquam emit rem bona fide ſcit eſſe alienã,aut mota contra eũ lite ſcit ſe nõ habere iuſtã cauſam litigandi, iure ſibi reſiſtente, nec reſtituit omnes fructus naturales,ac induſtriales perceptos repulſe extantes a die qua ſcire cępit rem eſſe alienam, vt tenetur:ſecundum do.Ant.in d.c.grauis.& Bart. in l.ſed & ſi lege. §.ſcire. ff. De pet. he. M.

Errans

Errans tamen in iure eo, ꝙ ſibi iura non aſſiſtant, nec reſiſtãt, habetur pro profeſſore bonefidei, vnde nec ad reſtitutionem predictorum fructuum tenetur; niſi contra eum ſententia, quæ etiam in rem iudicatam tranſierit lata fuiſſet, ſecundum Dom. Ant. & Bar. vbi ſupra.

Si bonęfidei poſſeſſor alicuius prædij ſine titulo, vt emptionis, donationis, permutationis, & huiuſmodi fundum queſiuit, vel detinet; nec velit eum reſtituere vero domino, cum fructibus naturalibus perceptis, & acceſſionibus ciuilibus. Si iſte extant, aut cõſumptæ ſint in rem ſibi vtilem, quia ſic factus eſt locupletior, vt tenetur ſecundum prædictos vbi ſup. M.

Poſſeſſor tamen bonefidei cum titulo, & ſine titulo fructus induſtriales facit ſuos quamuis factus ſit locupletior ſecũdũ Gloſ. in l. fructus. ff. de vſur. Et eſt cõmunis opi. Dom. Ant. in d. c. grauis.

Naturales fructus ſunt qui a natura ſine hominis induſtria producuntur, vt poma, pira, ficus, & ſimilia.

Induſtriales ſunt in quibus plus hominis induſtria verſatur, ut blada, vinum, oleum, lac, lana, fęnum quoq; & ſimilia, ſi magnã hominis curam exigant.

Ciuiles actiones ex hominis prouiſione proueniunt, vt ſunt penſiones domorum, vecturę

eturę nauium, vel ęquorum, & huiuſmodi. D. An. & Abb. in c. grauis. De reſt. ſpo. & Bar. in l. fructus. ff. de vſur.

Si in rerum permutatione, ſeu barato rei ſuæ vitiũ occultũ damnoſum, vel periculoſum permutanti non manifeſtauit, vt tenebatur. Exemplum in ęquo claudo, vel domo ruinoſa; vnde ad omnia damna inde prouenientia tenetur. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 77. ar. 3. & Sco. in 4. diſt. 15. M.

Vbi vero rei vitium manifeſtum eſſet ſicut in ęquo monoculo, in ſerico, in lana ante oculos expoſita, ſi tantum de rei precio ſubtrahat, quantum eiuſmodi vitium facit rẽ eſſe deteriorem ſufficit, ſi non manifeſtat. Th. & Sco. vbi ſup.

Si vterq; permutans nolit vitia rerum manifeſtare explicite, per hoc intendens alter alterum decipere, peccant ambo mortaliter, art. c. periurare. 22. q. 5. Doloſa eſt. n. in ambobus intentio, quæ omni lege damnatur. M.

Satisfacere vero inuicem non tenentur ſi vterq; tantũdẽ deceptus eſt, vel ſi vterq; practici ſunt in ſciendo defectus rerum per mutandarum, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria neq; dolus.

Si vnus permutãtium ponit exceſſiuum precium in re ſua, quod alter minime facit, ſi notabilis eſt exceſſus quem alter non per-

pen

pendit, tenetur vltra peccatum ſatisfacere. 22.q.5. periurare. M.

Vbi vero vterq; excedit in prætio, quia ex quotidiana practica arbitrãtur de ſocio, quod ſimiliter faciat, vt ſe conſeruet indemnem, & ſocium decipere non intendat: Non eſt illicitum.

Si cum permutare rem pro re promiſiſſet ſine cauſa legitima denegauit, vltra peccatum tenetur ei cui promiſit ad intereſſe. l. cũ precibus, & l. rebus. C. de permu. M.

Si pedagia, & gabellas iuſtas decepit. vide ſupra in ſeptimo præcepto. M.

Si cum potuit ſoluere prætium mercantiarum a ſe emptarum in termino conſtituto per longum tempus neglexit, vltra peccatum, tenetur ad intereſſe vendentium, ſecundum Alex. lombar. in tractatu reſtitutionum. de pig. c. ſignificante. M.

Si conductis pro certo pecuniæ pretio aliud quã pecuniã dedit & inuitis, peccauit omnino, cum pacta ſeruanda ſint. de pactis. c. antigonus. M.

Vbi vero cum mercennario conuenit dare partem pecuniæ, & partem panni, vel bladi pro iuſto, & communi pretio: licet ille reuendendo multum perdat, mercator non tenetur, quia pacta ex conuentione legem accipiunt. Et vt in regula in 6. ſcienti, & cõſentienti.

Si

Si ex pacto ſoluit mercenario partem pā ni, quam multo maiori præcio quam valeat vendit, ita q mercenarius debitā mercedem non recepit, tenetur ſupplere, quia dignus eſt mercennarius mercede ſua. Mat. 10. M.

Si contracta ſocietatis cum alio ad commune lucrum, & damnum infideliter ſe habuit ſubripiendo plus de lucro: vel minorē diligentiam in rebus communibus quam in proprijs habendo, vnde & lucrum ceſſauit, vel res diſtructæ ſunt vltra pactum; ſatiſfacere tenetur ſocio, quantum ſua intereſt, capitulo, Non ſane. in fine. 14. q. 5. De depoſito. ca. Bonafides. M. Societas.

De ſocietate Mercantiæ.

SI ponens pecuniam in ſocietate voluit ſaluam eſſe, vel lucrum ſub certitudine, etiā ſi mercator non lucretur, vſura eſt: Rich. in quarto diſt. 15. ar. 5. q. 5. M. Mercātiæ ſocietas.

Oportet enim & capitalem, & lucrum periculo expoſitum eſſe, vt rerum euentus attulerit. Rich. ibidem & glo. in capitu. Pleriq; 14. q. 3.

Si ponens pecuniam in Societate ſine pacto expreſſo, intendit illam eſſe ſaluam vſurarius eſt, ſecūdum Salicetum, in Auct. Ad hæc. C. De vſuris. M.

Si intendens pecuniam ſuam eſſe in periculo recipit lucrum a mercatore quem ſcit non lucrari reſtituere ei tenetur. Ioan. de lig. in c. in ciuitate. de vſuris. M.

Si ſcit datam a ſe pecuniam in ſocietate non exerceri in negotiatione, vel arte, & aliquid percipit pro lucro totum reſtituere tenetur. Io. An. & do. Ant. de But. in c. ad noſtram. de emp. & vendi. M.

Si deponens pecuniam lucrum accepit a mercatore, qui ſe ad hoc obligatum ſaltem ex honeſtate credebat reſtituere ei tenetur, ſecundum beatum patrem fratrem Ioannem de capiſtrano in ſuo tractatu de vſuris. M.

Si deponens pecuniam lucrũ accepit credens per ignorantiam hoc licere, non excuſatur a peccato, & reſtitutione, ſecundum Archiepiſcopum floren. in tractatu vſurarum. M.

Si dans pecuniam mercatori ad participationem lucri, & dãni, & vult fieri inſtrumentum mutui, vel depoſiti pro ſua ſecuritate, illicitum eſt. Idem ibidem. M.

Si ſocius voluit plus lucri, non tamen plus laboris vel pecuniæ poſuit in ſocietate, reſtituere tenetur. Et ſi hoc deductum ſit in pactum non valet de iure ciuili, ſecundũ domi. Azo. & Accurſium in l. ſi non fuerint. in principio. ff. pro ſocio. M.

Si

Si noluit expenſas pro ſocietate factas eſſe communes, vel ſocium qui propter defenſionem mercium vulneratus eſt communi ſumptu curari, vt fieri debet, ſecundum Bal. Cy. & do. Iac. de arena in l. 1. C. pro ſocio. M.

Si ponens in ſocietate pecuniã quę perijt, vel merces ex illa emptas voluit ſociũ operas tantum ponentem teneri ad dimidium damni, cui tamen non contuliſſet dimidium capitalis, ſi ſolum poſt ſocietatem finitam illud reperiretur reſtituere eidem tenetur, ſecundum Bal. in l. 1. C. pro ſocio. & ſan. Bernardinum ſermone. 39. in euangelio æterno. M.

Capitale autem poſt finitam ſocietatem ſi ſolum reperiatur de iure ac conſuetudine reſtitui debet ponenti illud, vbi contraria conuentio non interuenit, ſecundum dom. Bald. & Iacobum de areua in eadem l. prima.

De diuerſis contractibus. Et primo de compenſatione.

Si retinuit cauſa compenſandi, quod fiſco dare tenetur, cauſaue tributi quod ſoluitur pro prædijs, vel capitibus, non licet, vt l. in ea. C. de compenſa. M.

tiones, ſecundum dominum Ioan. de Imo. in ca. fi. De depoſito.

De Depoſito.

TAMEN *licuit ei depoſitas negligere, ſi ſuas quas ſaluauit æque præcioſæ erant, aut amittendo, ſatis ei damnoſum fuiſſet, ar. l. præces. C. De ſerui. & aqua.* De poſitæ res

Si ſua leui culpa periјt depoſitum, de quo mercedem habebat, & non ſatisfacit, ſicut tenetur. c. fi. de depoſito. quod ſicut intelligunt dominus Anto. de But. Abb. & Io. de Imo. M.

Si depoſitum non ſatisfacit, quod leuiſſima eius culpa periјt, ad quod retinendum ſe obtulit. l. 1. ff. depoſiti. et extra eo. c. fi. In hoc & in præcedenti caſu depoſitarius tenetur ſatisfacere in foro contentioſo, ſed in foro pœnitentiali ſufficit dolere de culpa commiſſa. ſecundum Inno. in c. Sicut dignum. De homici. & Abbas in cap. 1. de conſtitu. M.

Si repetenti depoſitum fuit in mora reſtituendi, & illud caſu fortuito periјt niſi ſatisfaciat, vt tenetur dicto cap. fina. M.

Lata eſt culpa in exemplo proxime dicto. Leuis culpę exemplum. Si depoſitum poſuit in camera non clauſa. M.

Leuis, & leuiſsimę culpę exempl.

Leuiſſimę culpæ exemplum ſi clauſo oſtio cameræ in qua depoſitum erat, æducta claue non tentauit an benè clauſa eſſet, & ſic reliquit apertum vel clauem incaute dimittit. dom. Ant. de Butr. in cap. 1. de commodato.

Si depoſito vſus eſt depoſitarius ſine deponentis voluntate ſaltem interpretata, fur eſt. c. grauis. De depoſito. l. lucius. ff. De poſiti. M.

Camerarius tamen qui ſuo periculo mercatur cum pecunijs vectigalium datis ſibi furtum non committit, & ſibijpſi lucratur cum teneatur ad tantundem communitati vel principi reſtituendum, ſecundum quoſdam.

Si depoſitarius depoſitum eius cuius bona ſunt confiſcata fiſco non reddidit ſiue reipublicæ vt tenetur. ff. depoſiti. l. bona fides. in prin. & l. depoſitarum. C. De pœnis.

Depoſitarius tamen ſi neſciens bona deponentis publicata illi reddidit ignoranter, nõ tenetur reipublicę. l. reum criminis ver. interim. §. contrariọ ſenſu. ff. De ſolu. ſecundum Bal. ſuper rubrica. C. Depoſiti & Salicetũ in l. quamuis. C. Depoſiti.

Si is obligata bona deponentis propterea nolit depoſitum reddere, vt tenetur, etiam ſi pecuniam depoſitam dicat ſuam. Bal. Ibidem. M.

De

De Commodato.

Sɪ commodatarius ſui gratia commodatum accipiens quod leuiſſima culpa perijt nolit ſatisfacere, vt tenetur c. vno. de commodato. M. Cõmodatũ.

Si depoſitarius gratia vtriusq; accepit, puta vaſa argentea ad honorandum communem amicum, quæ leui culpa amittens ſatisfacere nolit, vt tenetur per l. ſi ex certo. §. Nunc videndum. ff. commodati. M.

Si pacto, mora, vel culpa præcedentibus commodatum perit, vel caſu fortuito, quod ſatisfacere nolit vt tenetur: De commodato. l. vna. M.

Mora committitur ſi poſt aſſignatum terminum commodatarius retinet, etiam ſi commodatum pariter apud commodantem perijſſet. ff. De lega. 1. in l. Cum res. §. vlti. Culpa lata committitur. Si rem commodatam non remiſit per idoneam perſonam. ff. commo. l. qui non ita idoneas, ſecus ſi per idoneam ita q̃ diligentiſſimus etiam deciperetur. ff. e. l. rei commodatæ.

Si bouem cõmodatum extra portam dimiſſum in loco non tuto, ſecundum communem opinionem hominum hoſtes rapuerũt; vel lupi deuorarunt, leuis eſt culpa, & tenetur ſecundum Bal. in l. Si a Boue. ff. De rei

venditio. M.

Si veſtis commodata, vel pignorata minus diligenter à te excuſſa, a tineis perfoſſa eſt, culpa leui teneris, ſecundum Barbatium in capitulo Vnio, De commoda. M.

Cõmoda.

Si rem commodatam ad certum vſum, vel tempus inuito commodante tenuit vltra illud tempus, etiam ſi propter infirmitatem ſuam commodata re vti nequiuerit ſecundum glo. & Bar. in l. In commodato. §. Sicut. ff. Commodatio. M.

Licet tamen commodatorio commodatã rem loco pignoris retinere prætextu debiti, vel impenſarum in ea factarum, ſicut ſutori veſtem mulieris, vel mareſchalo equum, quouſq; ſibi ſatisfiat, ſecundum gl. in l. In rebus. §. fi. in verbo Compenſationibus. ff. Commo. & Bal. in l. fi. C. Commodati.

Si rem alienam commandauit inuito domino furtum commiſit. ff. De furtis. c. Qui vas. §. Si ego.

De præcatio.

SI rem prȩcario acceptam noluit reddere domino petenti, vt tenetur. De præca. l. fi. M.

Prȩcarium.

Præcariũ. n. eſt quòd prȩcibus petenti vtẽ dum

dũ conceditur tamdiu, quãdiu qui conceſſit patitur. ff. eo. l. 1. & c. fi. præallegato.

Si precario acceptum & lata culpa amiſſum ſatisfacere nolit; vt tenetur. ff. De precario. l. quæſitum. §. illud. M.

De Donatione.

Si accepit donationem a filiofamilias, qui non habet caſtrenſe, nec quaſi nec ei donare ſit conceſſum a patre, qui nec eſt marchio, & huiuſmodi dignitatis, & nolit reſtituere; vt tenetur patri. ff. De donatio. l. Filius. M. Donatione

Si vir diſtrahit rem ſibi ab vxore donatam; dum illa viuit, cum donatio non valeat. ff. De don. inter virum, & vxorem. l. 1. & fi. extra eo. c. Donatio. M.

Si donatam rem a marito non reſtituat poſt illius mortem, vt tenetur ei, quando ei in vita viri non fuit tradita, vel quaſi. glo. in l. 2. C. De dotis cau. M.

Donatio tamen inter virum, & vxorem ante mortem per iuramentum firmatur; & valet quam fecit vir vxori, vt remuneratiuum ſeruitij accepti; & quandocunq; fit inuicem propter maximum beneficium aliquod; non enim remuneratiua, ſed ſimplex donatio prohibetur. in c. fi. extra eo. dominus Abb. Siculus allegans Salycetum in c.

Cum

Cum in eccleſia. De ſimonia.& Ioan.Cal. in reperto.

Si meretrici publicæ donauit,licet illa ad reſtitutionem non teneatur.l.4.§.Sed quod meretrici.ff. De condi. ob turpem cauſam, & glo. in c. Qui venatoribus. diſtinction. 89. M.

Donatione.

Si meretrix donata ſibi a clerico de bonis eccleſiæ non reſtituat, ſaltem pauperibus, cum talia dona ſint pauperum. 12. q. 2. Gloria. 16. q. 1. cap. fina. M.

Si donum accepit ab vxore alterius non habente parafrenalia,contra viri voluntatem,probabiliter tenetur ipſi viro reſtituere. ff. De dona. inter virum, & vxorem .l. quintus.

Si non reſtituat, quod eſt ei donatum ex dolo ſuo, vel fraude. 20. queſt. 3. Conſtituit. M.

Si donationem nõ reſtituit donanti, quia turbatus donauit,vt tenetur, etiam ſi eccleſiæ pater donauit iratus 14.q. 2. Si quis iraſcatur. M.

Si per nouam filiorum natiuitatem reſtituere nolit donanti totum quod accepit, ſi donatarius eſt extraneus, vel etiam eccleſia, vel ſi filius retenta ſibi legitima. 17. quæſt. 4. quicunq;.l.Si totas.ff.De inoffi.donan. Anto. de Butr. in cap. Propter. de dona. M.

De

De Dote.

Si ſtante ſtatuto, ꝙ vir dotem, vel eius partem lucretur præmoriente vxore ſine liberis, ſocer vel vir eam acceptam reddere nolit, vt tenetur, ſi matrimonium copula carnali conſumatum non fuerit, nec filia in domum viri traducta Bar.in l. Nihil intereſſe.ff. De rerum amo. acti. Dotes.

Nota, ꝙ ſtatutum poteſt diſponere vt ſecundus maritus dotem lucretur, etiam ſtantibus filijs primi matrimonij, Bal. in l. hac edictali. C. De ſecun. nup. M.

Si pater, aut frater, dolo, aut vi, induxit filiam, vel ſororem iurare, vt dote contenta, quæ eius legitimam non aſcendit, regreſſum nõ haberet ad bona paterna. c. Quãuis. Et ibi Dominicus de ſancto Gemi. extra, De pac. li. 6. M.

Si hæredes viri defuncti dotem conſiſtentem in rebus immobilibus continuo non reſtituerint vxori; aut mobilibus; vel ſe mouentibus infra annum, vt tenetur, ſi poſſunt. C. De rei vxo. ac. l. 1. §. Ex actio. M.

Si hęres mariti fructus iumentorum, vel nauium, & huiuſmodi, cum re noluit poſt annum reſtituere; ſicut tenetur d. §. Ex actio. M.

Mor

Mortua prius vxore ſine liberis viri, eſt electio vtrum rē in dotem ſibi datam extimatam reſtituat; vel eius prætium. glo. in l. 1. in §. Sinautem in verbo reſtituendis.

Si verò inextimatę ſunt res mobiles; vel immobiles, ſic reſtituendæ ſunt factæ meliores, vel deteriores. ff. De iure do. l. plerumq;.

Si hæredes viri infra annum reſtituendæ dotis nolunt alere vxorem, non habentem, vnde ſe alat, vt tenentur Abb. Ang. Butriēſis. Bal. Specu. & Salicetus, quos ſic tenentes allegat Ioann. de Ana. in c. Salubriter. De vſuris. M.

Immo tenētur hæredes alere & ſupplere de ſuo, pro ſito ꝙ fructus dotis ad vxoris alimenta non ſufficiant infra annum. Bart. in l. diuortio. ff. ſolu. matri.

Si vir ad inopiam vergens etiam ſine culpa ſua dotem reſtituere nolit vxori petenti, ſicut tenetur. De donatio. inter virum, & vxo. c. Per veſtras. & ibi Ab. ſic. M.

De locato, & conducto.

Locator quis dicatur: & quis conductor.

Locator eſt qui alium re ſua, vt domo, fundo, equo pro mercede cōuenta, vti permittit. Conductorem qui re alterius, vel opera, conuento prætio vtitur. c. 1. & c. Propter extra. De loca.

Si dominus bonum compulit paſtorem ſibi ſatisfacere; quia boues dimiſſos in loco communiter conſueto furati ſunt, aut a lupis occiſi cum paſtor non teneatur.l.pignus C. *De pigno.acti. ſpe. ti. De Locato. §. Iam dicendum. M.*

Si per conductorem ſtat, licet etiam caſu fortuito, quo minus locans rem, vel operam ſuam, non operetur nolit conductor ſic locanti mercedem totius temporis ſoluere, vt tenetur glo.in l. Si vno.§.Item cum quidam ff. locati.M.

Exemplum in aduocato per quem nō ſtetit quo minus cauſam ageret tenetur conducens, ac ſi aduocaſſet in cauſa.l. diuus.ff. De vari. & extraor. cogni.

Exemplum in ſcriptore, qui operas locauerat, & mortuo conductore, ideo non ſcripſit, nec alteri operas locauit, ſalarium petere poteſt, ac ſi ſcripſiſſet. l. ſed addes. §. Cum quidam.ff. Locati.

Si locans operas ſuas vitioſe operatus eſt, nec velit ſatisfacere de vitio operis ſui, ad arbitrium boni viri, vt tenetur. l. Ea lege. §. primo. Et ibi Glo. ff. Locati. M.

Si promittens ædificare domum nolit ędificare: vel conducenti ſatisfacere pro intereſſe, ſi quod habet, vt tenetur. Bal. in l. Si traditio. C. *De Actio.empti.*

Si

Si annus præcedens non fuit fertilis & hic eſt ſterilis, ita ꝙ deductis expenſis a conductore, fructus qui ſuperſunt non aſcendunt ad dimidiam penſionis, nolit locator de penſione remittere cõductori; vt tenetur ſecundum glo. in l. ſi vno. ff. Locati. & Bar. ibidem. & Bal. & Azo. & Anton. de But. & Io. de Imo. in c. propter. extra eo. M.

Nota de locationibus, ſecundum legiſtas.

Sterilitas autem contingere poteſt caſu fortuito cui reſiſti non poteſt a conductore; vt eſt latronum incurſus, incendium, tempeſtas aquarum, inundatio terremotus agros ſubruens, auium, & locuſtarum deuoratio, vel inſolitus ſolis feruor oliuas exurens, et huiuſmodi. l. Ex conducto. §. ſi vis. ff. Locati. doctorum communis opinio.

Si ſterilitas præſens compenſari non poteſt cum vbertate præcedentis anni conſilium eſt. Hoſt. vt expectetur ſequens annus ſi forte habeat vbertatem, quando tantum durat conductio. M.

Si locans nolit remittere penſionem domus pro rata temporis quando accepit illam; eo ꝙ erat ſibi neceſſaria. l. edem. C. De locato. M.

Poteſt autem illam accipere quando peſtis ſuperuenit, aut vxorem de qua nulla ſpes erat duxit, aut vt illã reparet ne ruat, d. l. Edẽ. Abb. & Io. de Imola. in c. Propter, De loca.

Si

Si cõductor turpiter conuerſans in domo cum meretricibus, & ludo alearum, propter quod expulſus a domino ante finitam conductionem, nolit totam penſionem ſoluere, vt tenetur, ſecundum Io. And. dominum Ant. de But. Pet. de Ancha. & Imo. in d. capitulo Propter. M.

De Emphytheoſi.

EMPHYTHEOSIS *differt a locatione; emphitheota non poteſt ius ſuum in alterum transferre, niſi domino volente; extra, De loca. c. Potuit. Conductor vero poteſt alteri locare rem conductam C. Locati. l. Nemo. Locatio fit in rebus mobilibus & immobilibus. Emphitheoſis vero de immobilibus. In locatione propter ſterilitatem remittitur penſio. c. Propter, extra, De loca. In emphitheoſi non, C. eo. titu. l. 1. Quia ſecundum conſuetudinem modica penſio ſoluitur in emphitheoſi. Secus vero in locatione. Spe. vero in iure emphitheotico. in prin. verſu. 10. quæritur, & Io. And. in addi. ibi.* Emphitheoſis differt a locatione.

Si Emphitheota qui ceſſauit biennio in re eccleſiaſtica, vel triennio in re priuata, & tanto vltra, ꝙ moram purgare non poteſt; reſtituere nolit rem emphitheoticam cum fructibus perceptis a tempore quo incidit in commiſſum .i. e. De ſcaduto, & penſio

ſionem non ſolutam, vt tenetur. l. ſi pater. C. De vſufru. 10. q. 2. hoc ius. Spec. de iure emphitheotico. in principio. verſu. 10. quæritur. M.

Si dominus rei expulit hæredem emphitheotæ, propter non ſolutam penſionem infra tempus determinatum eo ꝙ ipſe hæres ignorabat eſſe emphitheoticam cum illius inſtrumentum non haberet, quod de iuris equitate non poteſt. Spe. ibidem verſu. 18. & glo. in l. 2. ff. ſi ingen. eſſe di. M.

Poteſt tamen dominus emphitheotam expellere ſi cum potuit totam ſoluere penſionem infra terminum ſtatutum nō ſoluit. ar. ff. De coll. bo. l. 1. §. ſi cum duobus Spec. vbi ſupra. verſu. 29.

De feudo.

Feudum. SI vaſallus ſine cauſa non ſeruauit conuenta inter ſe, & dominū, cum potuit. Hoſt. in c. Ex parte. De feudis. M.

Si dominus rem feudalem in pignus accipiens, ac conſueta ſeruitia a vaſallo fructus non computauit in fortem, vt tenetur. capitulo. 1. De feudis. M.

Hoc verum eſt quando ſeruitium vaſalli æquiualet fructibus rei feudalis, alias non tenetur dominus omnes fructus in fortes computare, ſecundum Cardi. & Ioann. de Imo.

Imo. in dicto capitu. 1.

Si dominus accipiens rem feudalem in pignus, liberam exiſtentem ab omni ſeruitio debito, & non computauit fructus in ſortē, vt tenetur, Card. & Imo. ibidem. M.

Si vaſallus feudum, vel eius partem alienauit in perpetuum, domino eius non conſentiente. vt in c. 1. De Vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij feudum alienauit. M.

Poteſt tamen vaſallus alienare feudum ad tempus. Ioan. And. & Innoc. in c. 1. De feu.

De Pignore.

Si veſte vel æquo ſibi pignoratis vſus eſt ſine conceßione pignorantis expreſſa, vel tacita, tenetur omnem commoditatem in ſortem computare. Et furtum commiſit. d. c. Illo vos. & c. Cum contra: De pignori. ff. De furtis. l. ſi pigno. M.

Si fructus rei pignoratæ perceptos; & quos ſua negligentia non percepit, non computauit in ſortem: vt tenetur, l. 2. C. De pigno. acti. Et ſecundum Io. And. & dom. Abb. in d. c. Cum contra. M.

Si creditor conuenit, ꝙ pignus venditum intelligatur pro ſorte mutuata, ſi debitor infra certum terminum illam non

reſtituit, non tenet, vt iniuſtum. C. de pac. pignorum. l. 1. & 2. M.

Si creditor nolit ſatisfacere pignus quod perijt, vel deterioratum eſt culpa ſua. C. de pigno. acti. l. 2. 3. & quarta. M.

Damnum vero eſt debitoris, Si caſu fortuito, vel ſine creditoris culpa contingit, vt in prædictis legibus.

De hærede.

Hæredũ ſta-ſus.

SI non vult ſatisfacere pro debitis defuncti, ad quæ tenebatur ex contractu, vel quaſi ex maleficio, vel quaſi quamuis ad eũ res non peruenerit, per qua debitum fuit contractum. 16. q. 6. ſi epiſcopum. De pigno. c. litteris. De ſolutio. c. fi. M.

Exempla, vt ſi defunctus emendo, vendendo, vel contraxit tutelam, vel aliorum negotia geßit, rapinam, vel furtum, aut homicidium commiſit, de domo eiecerit, vel effuderit ſuper hominem tranſeuntem, cuius indumenta vel perſonam læſerit, tenetur hęres ſiue ex defuncti delicto, vel debito, ſiue cum beneficio inuentarij hæreditatem acceperit, ſiue non, inquantum patiuntur vires hæreditatis, & nou vltra, de æquitate canonica. Ant. de But. in cap. 1. de ſolutio.

Si hęres legatum defuncti factũ ad pias cauſas dare noluit, eo ꝙ factum eſt coram

duo-

duobus tantum teſtibus non rogatis,nec maſculis cum tamen dare teneatur vt c. Relatum. Clemen.1.De teſtamen.& ibi do. Abb. Siculus. M.

Si hęres cuius fidei defunctus legata reſtituenda commiſit,vel vno teſte tantum præſente non reſtituit legatarijs, vt tenetur, ſecundum dominum Anto. de But. & Ab. in c. Quia pleriq;. De immunitate eccleſię. Barto. in l. finali. C. De fideicommiſſis. M.

Si hęres legata eccleſijs facta tardauerit reddere, vt ſacrilegus eſt excommunicandus. 13. q. 2. Qui oblationes. el. 1. & ſecundo. M. Notan.

De Fratrum ſimul habitantium ſtatu, vel interſe bona diuidentium.

SI filius ex re patris viuentis fructus perceptos, ſine vlla opera ſua, cæteris fratribus, defuncto patre, communicare nolit, vt tenetur. C. de colla.l.ſi donatione.Bart. in Tractatu duorum fratrum. M.

Hoc verum niſi pater filium dictos fructus percipere permiſerit animo donandi ipſi filio,quia tunc communicare non tenetur. ſecundum Bar. vbi ſupra.

Si frater libros,arma, vel alias res,quas

Cõicatio bonorũ emptorũ a patre, alterius filij nomine.

pater viuens eius nomine emit, nec tamen tradidit ei cæteris fratribus, mortuo patre, non vult communicare, vt tenetur, quamuis tunc fuerit doctor, vel ſtipendiarius. C. De caſtrenſi peculio. l. 1. in principio. Bart. vbi ſupra. M.

Requiritur enim traditio facta filio a patre viuente, vt donatio valeat. C. Si quis alijs, vel ſibi. l. 2. Bart. vbi ſupra.

Si filius libros ſibi a patre emptos, vel donatos, nec ante patris mortem doctor effectus non vult communicare cæteris fratribus, mortuo patre, vt tenetur, ſecundum Bart. vbi ſupra. M.

Caſtrenſe peculium.

Vbi tamen doctoratus eſſet in vita patris ſui confirmatur donatio, & efficiuntur quaſi caſtrenſe peculium, cum incipit quaſi militare. C. De donatio. l. Siue emancipatus. Et idem ſi fuit emancipatus in vita patris, nec doctoratus. l. Quæ pater. C. Familiæ herciſcun. Barto. vbi ſupra.

Si pecuniam ſibi in ſtudio exiſtenti datã a patre habente adminiſtrationem eius peculij, quaſi caſtrenſis, vel aduentitij, vt bonorum maternorum in pecunia conſiſtentium, nolit fuiſſe de dictis bonis, vt tenetur per l. Nenſenius. ff. De nego. geſt. Bar. vbi ſupra. M.

In dubio enim præſumitur, ꝙ de eiuſdem

filij

filij pecunia aduentitia, vel Caſtrenſi ad ſe ſtudentem miſſa ſit a patre. l. Cum pater. §. primo. ff. De adminiſtrato. tuto. Secus vbi filius nulla habuiſſet bona, aut pater expreſſe de ſuis pecunijs mittere voluiſſet. l. Quæ pater. C. Familiæ Herciſcun. Bartolus. Ibidem. Pecunia aduentitia.

Si fratres debitum honeſte contractum ratione ſtudij, dum pater viueret nolunt ſoluere de communi pecunia, vt tenentur. l. Sed Iulianus. §. penulti. ff. ad Macedonianũ. Barto. vbi ſupra. M. Debitũ pro ſtudio.

Si frater non vult ſibi in diuiſione cõputari expenſas, a patre factas pro ſuis nuptijs, vt tenetur quando pater aliter in teſtamento non cauerit. ff. De mu. & ho. l. 3. §. fi. & ibi glo. Bar. vbi ſupra. M. Sumptus nuptiarum.

Si frater veſtes prętioſas, annulos, perlas, & alia ornamenta, quæ eius pater dedit vxori, non vult ſibi computari in diuiſione bonorum, quantum nunc valent, non quantum emptæ fuerunt; vt tenetur. l. mortis cauſa. §. fi. ff. De dona. inter vir. & vxo. Intelliguntur enim commodata non donata. l. Si vt certus. §. Interdum. ff. commo. Barto. & Bald. ibidem. M.

Veſtes tamen nubiles, & alia neceſſaria ad vſum quotidianum ſunt propriæ mulieris, & tenuit donatio inter Socerum,

& Nurum.l.Ex annuo in prin.ff.eo.ti. vnde non veniunt conferenda in diuiſione bonorum ſecundum. Bart. vbi ſupra. Imo. nec prædictæ res præcioſæ. Si magna eſt perſonarum dignitas, & diuitiarum multitudo.ff. De lega.3.l.ſi filiæ. De dona. ſi filius. ſecundum Bal. in eodem tractatu.

Si frater in diuiſione bonorum non vult ſibi computari, vt tenetur expenſas factas in rebus ſuis aduenticijs a patre animo repetendi quæ non erant neceſſariæ, ſed vtiles, aut voluntarię. l. Eum. ff. De vſufruc. Bar. ibidem. M.

Intentio patris aduertẽda circa expẽſas factas in beneficiũ alterius filiorum.

Vbi tamen non conſtaret, ꝙ pater feciſſet expenſas animo repetendi; aut de patris animo dubium eſt,& expenſæ non excedunt quãtitatem fructuum bonorum aduentitiorum, frater ſibi computare non tenetur.d. l.eum. & l. Iubemus.§. Sin autem res.ff.ad trebel. Quamuis hoc caſu fratribus promittatur dictarum expenſarum vtilium, & voluntariarum abraſio, ſine læſione prioris ſtatus.l.infundo de rei vendi. Sed ſi excederent quantitatem fructuum ſit computatio .ſecundum Bart. vbi ſupra.

Si frater non vult computari ſibi in diuiſione bonorum, vt tenetur pecuniam quam ei dedit pater vt illam haberet in peculio profectitio. l.certum.ff. fa. her. M.

Vbi tamen pater dediſſet filio pecuniam

animo donandi propter eius bona merita cõ municare cum fratribus non tenetur ſecundum glo. in Auc. vnde ſi parens. C. De inoffi. teſta. Idem ſi de animo patris neſcitur, & pater emiſſet nomine filij iam bene meriti rẽ quam & ei tradidit. l. Filiæ. ff. fa. her. Bar. ibidem.

Si filius poſt mortem patris non vult cõmunicare fratribus lucra quæſita cum pecunia patris, vt tenetur excepta parte lucri, quam eius labor & induſtria meretur, quia eius aduentitia cenſetur. l. fi. C. De col. & glo. ſecũda. in l. illud. C. eodem. Bar. Ibidem. M.

Viuente patre quæſita ab altero filiorum.

Si vſuras quæſitas patre mandante non velit fratribus communicare, vt tenetur, licet delicto quæſitæ ſint. l. 1. §. deieciſſe. ff. De vi. & vi. armata Bart. vbi ſupra. M.

Vſurarius ſ filius patris, poſt illius mortem.

Quæſitas vero ſpontanea voluntate communicare non tenetur l. Quod autem. ff. pro ſocio. Bart. ibidem in foro animæ. In hoc, etiam in caſu præcedenti verius videtur, ꝙ ſic acquirens reſtituere potius teneatur creditoribus, & ſuam conſcientiam exonerare quando ſine fratrum ſcandalo id poteſt, quia hoc facere poteſt tutor, & executor teſtamenti ſine ſpeciali mandato, cum hoc de neceßitate faciant. vt eſt glo. in l. præſes. C. De tranſac. & Bal. in l. etiã eodẽ titul.

Si filij fratris nolent cõicare lucra cum

patruis quæ pater eorum in dubio præſumitur quæſiſſe cum pecunia patris ſui, dum viueret, excepta tamen portione contingente patrem ipſorum, ratione induſtriæ, & laboris. Bar. vbi ſupra. M.

Acquiſitæ dotes.

Si frater quæſitam dotem, vel patrem eius ex forma ſtatuti mortuæ vxoris ſine liberis, non vult communicare fratribus, vt tenetur quando patre eorum viuente, & onera matrimonij ſuſtinente, illa mortua eſt, ſecundum Bart. vbi ſupra. M.

Vbi autem filius proprijs lucris, vel bonis, onera matrimonij ſuſtinuiſſet, cõmunicare non tenetur pro rata oneris. l. ſed & ſi quis. §. 2. ff. de vſu. Bar. vbi ſup.

Legata alteri fratrũ viuo adhuc eorũ patre.

Si non vult cum fratribus communicare ſicut tenetur ea quæ viuente patre ſibi legata vel donata ſunt, ab extraneis patris contemplatione, vel in dubio ſi facta eſt mẽtio patris, & ſit res quæ ſoli patri poßit acquiri. l. ſi plures. §. in arrogato. ff. De uſufruc. art. l. 1. §. communis ſeruus. ff. De ſtipu. ſeruo. Bar. vbi ſupra. M.

Non autem tenetur communicare donata vel legata ſibi intuitu ſui. Et in dubio ẽt non tenetur quando conferuntur in tempus ſui iuris. l. ſed ſi quid. ff. De vſufruc. Et l. 3. C. De inſti. & ſubſti. Bart. vbi ſupra.

Si frater nolit communicare fratribus fructus perceptos viuente patre de re

ſibi

ſibi donata, vt illam habeat in peculium caſtrenſe, vel quaſi cum tamen non ſit miles, vel aduocatus, nec vllam dignitatẽ habeat de his quæ ponuntur in l. fi. De inoff. teſt. l. ſi forte. C. De conſtit. pecunia. Bar. vbi ſup. M.

Filius tamen miles, vel aduocatus cui prædicto modo donatur, aut ſi dubium eſt ꝙ prædicto modo donetur, & ſunt res neceſſariæ militiæ vel doctoratus, vt æquus, arma, libri acquirit ſibi ſoli tanquam caſtrenſe, vel quaſi. l. miles. De caſtrenſi pecu. Bar. vbi ſup. M. Filio militi, uel aduocato donatũ.

Si frater non vult communicare fratribus, quod ei mercanti cum pecunia patris, patre viuente, donatum eſt, occaſione mercantiæ, quia diuidendum eſt, vt alia lucra. ar. l. in actione. §. idẽ lateo. ff. pro ſocio. Bar. vbi ſupra. M.

Acquiſitum tamẽ ab aliquo domino propter amicitiam eius, quam quæſiuit in exercitio mercantiæ, communicare non tenetur, quia aduentitium putatur. ff. pro ſocio. l. ſocium. qui in eo. §. fi. Bart. vbi ſupra.

Si filius emancipatus patris bona a ſe conſumpta in ludo, meretricibus, & huiuſmodi, non vult ſibi a fratribus computari pro rata portione, mortuo patre, vt tenetur. C. De hære. ac l. ſi adulta. Bal. in tractatu de duobus fratribus, ſecundum Emancipatus filius.

Gui

Guidonem. M.

Si filius non emancipatus bona paterna prædictis modis à ſe conſumpta nolit mortuo patre compenſari cum fratribus, quos fratres vltra quam deberent ex patris bonis perceperunt, ſicut tenetur. vt.l. frater a fratre.in princ. ff. De compen. Bal. vbi ſupra. M.

Participatio condemnationis legitimæ.

Si frater vult nõ computari ſibi a fratribus in diuiſione bonorum, vt tenetur, pecuniam quam pater pro eius commendatione ſoluit ex forma ſtatuti aſtringentis eum ad legitimam aſſignandam, vel ſi ſoluit de pecunia ipſius filij, ſicut notat. C. De decurio. ſuper ru. lib. 10. Bal. vbi ſup. M.

Vbi vero pater non coactus neceſſitate, ſed ductus liberalitate ſoluiſſet, filius ſibi tunc computare non tenetur. l. ſi filius. §. Idem ſcribit. ff. De mu. & hono. Bal. in eo. tractatu. M.

Si fratres in diuiſione bonorum paternorum teneri nolunt vt obligant de dilapidatione quam fecit pater ſuus in bonis aduentitijs alterius fratris, ſiue pater in his habuiſſet vſufructum, vel non prohibente illo qui legauerat dicto fratri. C. De boniſq; libe.le.fi. §. Cum tacita auct. excipitur.eo. ti. Bal. & Bar. vbi ſupra. M.

Vbi vero pater ſolos redditus aduentitiorum dilapidaſſet, nec ipſe tenetur, nec fratres

tres, poſt eius mortem. l. Cum oportet. §. Cũ autem. §. eo. Bal. vbi ſup.

Si fratres in diuiſione bonorum ſibi computari nolunt perceptos fructus a patre in bonis aduentitijs fratris, cui legata ſunt, ita ne ad patrem peruenirent. Auct. excipitur. C. de bonisq; libe. Bal. M.

Hoc verum eſt etiam quoad fructus, legitima relicta filio a matre, vel ab aſcendente per lineam maternam. Quicquid. Bar. circa hoc diſtinguat. Bal. Matris legitima.

Si frater mercator non vult communicare, vt tenetur lucra facta de communi pecunia hæreditaria, quando communi nomine mercatus eſt, quod cognoſcitur, quando liber vel litteræ miſſæ loquuntur nomine fratrum. Ar. le. Nenſenius. ff. De nego. geſ. Bal. vbi ſup. Mercantia & hæreditate facta.

Lucra vero facta de communi pecunia nomine proprio communicare non tenetur, niſi fuiſſet tunc tutor vel curator fratrum, quorum pater eiuſmodi, negotiationem facere conſueuiſſet in vita. l. Titium, & Meuium. §. altero. ff. De admini. tuto. Bal. vbi ſupra.

Si frater vult eſſe commune damnum ſibi contingens in mercantia, quã proprio exercebat nomine vel etiam communi; ſed in mercantia inſolita, quam ſine communi conſenſu inchoauit, nullo iure poteſt. l. ſi negotia.

cia. De nego. geſ. Bal. ſecundum Bart. vbi ſupra. M.

Si frater debitum a ſe contractum poſt mortem patris non ratione communis vtilitatis, vel ſocietatis, quod in dubio non præſumitur, niſi probet, vult eſſe commune cæteris fratribus nullo iure poteſt. l. ſi negocia prælleg. ſecundum Spe. ti. De iudi. §. ſequitur verſu. Quid ſi duo. Bal. M.

Si frater dotem vxoris ſuæ vult omnino reſtitui, de communibus bonis nõ poteſt, niſi quatenus probetur verſa in communibus, ſecundum Spe. eo. §. verſu. Quid ſi commune. Bal. vbi ſup. M.

Si frater ſoluens condẽnationẽ delicti ſui vult damnũ eſſe cõmune, non poteſt. Spec. eo. §. verſu. quid ſi alter. Bal. vbi ſup. M.

Si frater vult de cõmuni militaſſe, aut filiã maritaſſe, nõ poteſt, ſecundũ Spec. eodem. §. verſu. Quid ſi vnus. Niſi aliud inter ſe fratres conueniſſent. ff. pro ſocio. l. ſocius pro filia. Bald. vbi ſupra. M.

Fratrum ſocietas.

Si cõtracta inter fratres ſocietate, vel hi ſunt ſocij omniũ bonorũ, & alter eorũ lucra nõ vult cõmunicare, vt tenetur, ſicut eſt in ſocijs, extraneis. ff. pro ſocio. l. duob⁹. §. Dãna. & §. Quidã ſagariam. Bal. vbi ſup. M.

Stantibus etiã fratribus ſimul, quorũ lucratur vnus cum pecunia quæ vnde veniat neſcitur, præſumitur ꝙ de communibus bonis,

nis, ſecundũ Spe.eo.§. verſu. Vt autem Bal. vbi ſupra. M.

Si frater ruſticus vult dimidiã fructuũ poſſeſsionis, quam ſimul coluit cum fratre, et duobus fratris filijs, cum tantum quartam partem debeat habere per l. Cum oportet.§. Sicut enim. C. De Boniſq; libe. Bal. vbi ſupra. M. Iuſta condẽnatio cõis.

Si lucrum fratris factum ex ſucceſsione hæreditatis, vel legati, vel acquiſitione dotis vxoris præmortuæ, ſecundũ formam ſtatuti velit alter frater ſocius omnium bonorũ ſibi cõmunicari iniuſta petita, ar. l. fi. C. De colla bon. Bal. vbi ſup. M.

Si frater nõ vult ſentire ſumptus factos honeſte, vt in ducenda vxore, in maritanda filia, in manutenendo filium in ſtudio, ut tenetur, quando ſunt ſocij omnium bonorum, & indifferenter omnia communican. ff. De mu. & ho. l. Qui originem. §. fi. & ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro filia, Bal. vbi ſup. M. Sumptus honeſtè facti.

Quãdo vero non ſunt ſocij omniũ bonorũ, ſumptus prædicti fieri non debent, de cõmunibus bonis, ſecundum Bal. vbi ſup.

Si frater nolit ſimul teneri de condemnatione iuſte facta contra fratrẽ, ut obligatur, quando ſunt ſocij omnium bonorum. ſ. Cum duobus. §. Idem. ff. pro. ſocio. Bal. vbi ſupra. M.

Cõtracta ſocietas inter frates ſimul ha-

bi

bitātes & habētes hæreditatem paternā, & maternā, idē non videtur, quando nullus eorum negociatur, vel alter tantum, vel ſi alteri eſt pupillus, & alter negocietur. Secus ſi vterq; maior eſt, & negociantur. Et ponunt lucra in communi, vel ſecundum Iac. de Areua. Rich. & Oldra. vbi ſunt nobiles minime negociantes, ſed communicant ſalaria officiorum ſuorum, & dotes vxorum ſuarum, vel ſi altero tantum negociante, alter confert in communi redditus ſuos, & qui ei donantur, vel acquirit in aduocatione, vel tabellionatu, aut ſi maior frater pupilli nomine negociatur; quibus caſibus licet vnus plus lucretur, alter minus; omnia tamen ſunt æqualiter diuidenda. ff. pro ſocio. l. Socium pro filia. Bal. vbi ſupra. M.

Negotiatio fratrum.

De contractibus vſurarijs.

Si mutuauit principaliter cum ſpe lucri, aut ſpe reſtituendi ſibi. 14. q. 3. c. 1. M.

Si ex charitate mutuans, poſtea intendit lucrum habere ex mutuo, vel ſi ex charitate mutuans donatum ſibi a debitore recipit in compenſatione mutui ſui. vſuraria eſt intētio. Arch. in c. 1. 14. q. 3. M.

Lucrum ex mutuo.

Mutuans cum principaliter ex charitate, licet ſecundario ſperet debitorem vt gratum ſibi aliquid donaturum non eſt vſurarius.

rius. do. Lauren. in 1. parte. q. 1.

Si mutuauit principaliter ſpe lucri, contritio non ſufficit niſi etiā acceptum reſtituatur, ſecundum communē opinionem per cap. Conſuluit. De vſuris. M. Reſtitutio lucri ex mutuo.

Si mutuans ex charitate donum accepit a debitore, quod coacte illum dediſſe cognoſcit ne indiſcretum reputet eum, vel vt libentius ſibi iterum mutuet, vſura eſt. dominus Lau. vbi ſupra. M. Mutuans ex caritate recipiens donum.

Mutuans tamen ex charitate & donum accipiens a debitore coacte dante reſtituere non tenetur, ſi ſimpliciter & ignorans recepit, licet hoc poſtea cognoſcat. Idem ibidē.

Si propter mutuum ſperauit debitorem ſibi officium impetrare, quod ſi conſecutus eſt, tenetur ſalarium perceptum pauperibus erogare, deductis expenſis. Ioan. cal. in c. fi. De Vſuris. M.

Si mutuauit granum putridum pro nouo recipiendo vſura eſt. Archid. 14. q. 4. in c. Nullus. M. Granum mutuo datum.

Si mutuauit vetus; vt melius recipiat vſura eſt ſecundum Gof. & Hoſt. in ſumma. de vſuris. §. An aliquo. verſ. Quid ſi. M.

Tamen ſi fecit ne granum ſuum pereat, vel vt accipienti principaliter gratiam faciat, non auferens libertatem debitori quandocunq; ſe liberandi, etiam reddendo vetus ante meſſem, ſecundum prædictos doc.

Si

Si mutuans mercatori, ſuſcepit in ſe periculum, tutius ſortis; cum pacto quod partem lucri habeat, ſi ingratus fuerit vſura eſt, de vſuris. c. Nauiganti. M.

Tamen ſi ratione periculi ſuſcepti in ſe, non reſpectu mutui, partem lucri petat licitum eſt, ſecundum dominum Lauren. in. 3. parte. q. 1.

Si mutuauit pecuniam argenteam recepturus ex pacto auream, cum ſpe lucri, vſura eſt. ſecundum Hoſti. in ſumma. titulo de vſuris. §. An aliquo. M.

Si pro mutuo communitati coacte facto habuit aliquod emolumentum vſura eſt. Alex. lomb. in tractatu de vſuris. M.

De impræſtitis Venetiarum, & montibus Florentiæ, & locis Ianuæ.

MVTVANS *tamen coacte communitati a qua repetendi capitale actionem non habet, & communitas poteſt ſi vult ſe liberare reſtituendo illud, ſi quid tale accipiat ratione intereſſe uel doni, licite recipit, dummodo ſe ſic creditorem eſſe non contentetur, ſecũdum dominum Lauren. tertia parte, tractatus uſurarum. q. ultima, et Dominum Ant. de But. & dominum Abb. & Pet. de anch. in*

in ca. In ciuitate. De vſuris., & plures alios.

Si principaliter communitati mutuat propter lucrum proprium, vſura eſt, dominus Lau. in tractatu vſurarum. parte. 3. vbi ſupra. ſecundum magiſtrum Guidonem ordinis heremitarum, cui & conſentit dominus Abb. & videtur ſatis idem ſentire in c. In ciuitate, præallc. & S. Bernard. in Euangelio æterno ſermone. 41. M. Mutuo dare communita tatibus.

Si coacte vel ſpõte poſuit pecunias ſuper impræſtita, vel montes, in guerris iniuſtis, illicitum eſt omne lucrum ſecundum præfatos. M.

Qui autem coacte, aut ſponte ad ſubueniendum iuſte vrbis neceſsitati, principaliter ponunt ſuper impræſtita, licitum eſt lucrum recipere ſecundum. S. Bernar. vbi ſupra. & dominus Ab. in c. In ciuitate. de vſuris.

Si cõſiliarius communitatis annuens dari quinq; vel aliam quantitatem pro centenario a communitate, ſic conſenſit propter proprium lucrum, quod ipſe ex impreſtitis habet, vſurarius eſt, ſecundum dom. Lauren. M.

Conſenſus.n.præſtari debet in talibus propter publicum bonum, ad inueniendum pecunias quibus ciuitas defendatur. Lauren. vbi ſupra.

Si ex charitate vel coactione communitati mutuans, poſtea mutata voluntate, nõ charitatem, ſed lucrum proponit, aut quod accipit a communitate lucrum, in recompenſatione mutui accipit, vſurarius eſt. Laur. vbi ſupra. M.

Primę duę tamen intentiones ſi ante perceptum lucrum per pęnitentiam cordis reformentur, proponendo magis charitatem, quam lucrum, licite lucrum percipitur. do. Lau. & S. Bernard. vbi ſupra.

Si præſtantes ex charitate, vel coactione communitati conſcientia remordet lucrum huiuſmodi eſſe vſurarium, vſurarij ſunt, & reſtituere tenentur, niſi antequam lucrum percipiatur conſcientiam huiuſmodi deponant. dominus Lauren. vbi ſupra. M. vel veniale.

Si communitati mutuantes arbitrantur ꝙ non ex liberalitate, vel ratione intereſſe ſed propter mutuum communitas lucrum eis dedit, vſurarij ſunt, & reſtituere tenentur, Dom. Laur. ſecundum magiſtrum Guidonem de Arimino. M.

Oportet ergo ꝙ mutuãs ex charitate, vel coacte, credat communitatem ſibi lucrum dediſſe ex mera liberalitate, vel propter ipſius mutuantis intereſſe. do. Lauren. in eo. tractatu.

Si cõmunitate ſtatuente, vt mutuans ſibi

infra

infra certum tempus citius lucrum mutui recipiat, qui ſpe lucri primaria ſoluerit infra tempus illud, vſurarius eſt, ſecundum Lau. M.

Secus ſi ex caritate, affectu ſubueniendi reipublicæ. Idem vbi ſupra.

Quicunq; etiam ſpe primaria lucri, & intentione damnata ex impræſtitis, vel montibus lucra perceperunt ad reſtitutionem non tenentur, & hoc vigore donationis, remiſſionis, & liberationis quam ſibi communitas ex ſuo decreto facit, licet a peccato liberi non ſint, niſi de illo conterantur. dom. Laur. vbi ſupra. Notandum.

Si attendunt; ꝙ ſpe lucri primaria ſuper impræſtita poſuerunt, peccant, niſi intentionem huiuſmodi per penitentiam reformauerint: Dominus Laur. vbi ſupra. Mortale, vel non.

Quicquid tamen iuris habent reſpectu mutui vel lucri licite vendere poſſunt, remiſſio quoq; cõmunitatis operatur, ꝙ a nullo ſors extenuatur, ex lucro. do. Lau. in 3. parte. q.4.

Si quis ſcienter emit pecuniam communitati mutuatam, vel lucrum dictæ pecunię, in caſu quo illicite a mutuante percipiebatur, vſurarius eſt, dominus Lau. ibidem. M. Emere lucrũ ex mutuo facto communitati.

Emere autem lucrum pecuniæ coactæ poſitę, vel ex charitate patriæ licet, & videtur

caſus in Auct en. vt his qui ſe obligatos habere.§.Licebit autẽ, ſecundum do.Pet.de anch. in ſua diſputatiõe quę incipit. Antiquis, & modernis tẽporibus. & d.Lau.vbiſupra.

Sors vero, & lucrum licite emitur, quã do licite ponitur, atq; percipitur a mutuante, Do. Lauren.

Fuga vſurarij, ne de vſura conuincatur.

Si volens effugere ne de vſuraria prauitate conuincatur, mutuat pro Petro decem, communitati, ad quæ Petrus pro ſuis præſtantijs tenetur cum pacto, ꝙ Petrus ſibi quinq; reſtituat, & omne emolumentum quod ex impræſtitis vel monte pro dictis decem Petro competeret ſibi competat, vſurarius eſt: domi. Laur. in eo. tractatu. in 3. parte.q.7.M.

Hic ſit fraus de contractu ad cõtractum, quia talis libenter communitati mutuaret propter lucrum, ſed quia ſic conuinceretur de vſura, ideo pro obligato ad præſtantias mutuat cum dicto pacto. Lauren.

Alias ſi fraus ceſſat intentione licitæ fieri poteſt, cum non ſit hic contractus mutui, nec in eo reſoluatur, ſed contractus innominatus, videlicet. do, vt facias, do quinq;, vt pro me ſoluas alia quinq;, & ſic in totũ decem ad quæ communitati ſum obnoxius, & a tali obligatione me liberes, vt.l. Petrus. C. De pactis, pro quo omne lucrum vẽturum tibi relinquo. Et ſic perinde ac ſi pro

quin

quinq; illud ſperatum lucrum Petrus ei vẽ dat: Lau.

Si pro ſua fideiuſſione accepit lucrum, vſura putatur. ſecundum do. Laur. trac. vſurarum. in 2. parte. M. Pro fideiuſſione lucrũ.

Vſurarius qui rem fructuoſam, vt agrũ acquiſiuit per vſuram, reſtituere tenetur omnes fructus naturales, & induſtriales extantes, & conſumptos, quos percepit, & percepiſſet dominus rei, ſi eam poſſediſſet, deductis expenſis factis, gratia fructuum acquirendorum, colligendorum, & conſeruandorum, c. Grauis. De reſti. ſpo. M.

Si ſoluens vſuras propoer ſolutam a ſe pecuniam damnum incurrit, vt quia propter hoc opportuit rem ſuam vilius vendere, aut a legitima lite deſiſtere, tenetur ei vſurarius ad omnia iſta damna. ſecundum Ric. & Th. in 4. diſt. 15. M. Vſurarius & damna quæ incurrit qs propter vſuræ ſolutionẽ reſtituet.

Si mutuans voluit ad certam pœnam teneri debitorem, niſi in termino mutuum reſtitueret, cupiens vel ſciens illum in termino non eſſe reſtituturum, vſura eſt ſecundum Scot. in 4. diſt. 15. M.

Si pęnam poſuit ad cohercendum negligentiam debitoris, & illam voluit a debitore facto imponente, eſt illicitum. Scot. ibidem. M.

Si gener qui dilationem ſocero dederat de dote ſibi danda, interim percepit fru- Ex dote vſura.

ctus poſſeſſionis vel pecuniæ, vſura eſt ſecũdum Anto. de But. in cap. Salubriter: De vſuris, quia dilatio videtur data in fauorẽ debitoris. l. Eum qui calendis. ff. De verbo. ob. M.

Vbi tamen noluit gener dare dilationem ſocero, niſi ſibi daret fundum de cuius fructibus vxorem aleret non datur tũc dilatio in fauorem ſoceri. ſecundum Abb. in dicto c. Salubriter.

Si percepit a ſocero fructus pro alimentis excedentes dotis prouentus, ſi eam haberet, vſura eſt niſi computet talem exceſſum in ſortem, ſecundum Bal. in l. fi. §. Præterea. C. De iure dotium: & Antonius de But. in eo. c. Salubriter. M.

Si ſocer moram committens in dote ſoluenda, denegat genero reddere expenſas interim factas vxori ſoſpiti, vel ęgrotanti, ad quas tenetur ſi gener proteſtatus eſt, ꝙ illas faciebat animo repetendi, ſecundum Ioannem de Ana. Et Pe. de anchara. in capitu. fina. De vſuris. M.

Si gener onera matrimonij non ſuſtinens, & fructus rei dotalis percipiens, eos reddere nolit vxori, vt tenetur. ff. De vſuris. l. Viderimus. §. Ante. M.

Si vxor fructus perceptos prędij ſibi ab hęredibus pignorati, quouſq; dotem reſtituãt non computauit in ſortem, vſura eſt, ſecun

tundum Innocentium, Hoſtien. & Ioannem de Anania in dicto capit. Salubriter. M.

Poteſt tamen vxori vt intereſſe fructus retinere, quando non habens, vnde ſe alat, & ſolicite dotem requiſiuit ab hæredibus moram committentibus in reſtituendo. Bal. & Ange. in. l. Diuortio, in princi. ff. ſolu. ma.

Statutum quoq; diſponens hæredes dare tantum quid vxori, donec ei reſtituant dotem, non eſt illicitum, ſecundum Abbatem Siculum in ca. Salubriter. De vſuris. & Cardina. in Clemen. 1. De vſur, quod maxime verum eſt, quando illa dotem faciliter conſequi non poßit.

Si vir dotem ſcienter vel ignorãtia craſſa a publico vſurario vel raptore, qui non habet niſi de vſuris, vel rapina dotem vxoris accipit fructus, reſtituere tenetur, & dotem creditoribus ſecũdum Alex. de Ales. in tertio volumine. M.

Sed contra primum caſum eſt, Federicus de Senis. Bald. & Lauren. Tamen verior eſt iſtorum opinio in foro conſcientiæ.

Gener tamen licite dotem recipit ab vſurario, vel raptore qui alia bona præterquã de vſuris, vel rapinis habet; intelligitur enim dotem dare de iuſte quæſitis; ſecun-

dum Gerard. odo: in quarto diſtinction. 15.

Si vxor viro præmortuo fundum dotalē per vſuram quæſitum, vel dotem in quantitate ab hæredibus viri habitam; nolit creditoribus reſtituere, vt tenetur ſecundum dominum Antonium de Butr. Abba. Siculum. & Petrum de Ancha. in capitu. Cum tu. De vſuris. & Scot. in quarto, diſtinctio. 15. M.

Si pro debito meo recepi rem per vſurā, vel rapinam quæſitam, quam & reſtituere teneo, ſecundum Monal. in ſumma. Et Bal. in. l. Rem quam pater: C. De iure do. M.

Doctorū opiniones contrariæ.

Si pro ſe, vel pro alio recipit ſub vſuris a non parato ad fęnus exercendum, ſed induxit. Richard. in quarto, diſtinctio. 15. M.

Si accepi ſub vſuris non pro aliqua neceſſitate, ſed ad ludendum vel magis lucrādum, mortale eſt, ſecundum Richard. vbi ſupra. M.

Licet tamen ſub vſuris accipere, vt negocietur pro conſeruanda condecentia ſtatus ſui, ſecundum Petrum de palu. in ea. diſtinct.

Nota quę de Iudęis.

Si princeps conceſſit, vt ſuepr vſuris exigendis Iudæis iuſtitia miniſtretur, ſecundū Pe. de ancha. in conſilio ſuo, quod incipit, Illuſtriſsime. M.

Excom

Excommunicatio etiam eſt epiſcopalis. Clem. ex graui. De vſuris.

Si princeps vel poteſtas nõ compellit Iudæos reſtituere vſuras, ut eis præcipitur. c. Poſt miſerabilem: De vſuris, de quo in prima parte. c. tertio. M.

Si quis crederet pertinaciter, ꝙ propter bonum publicum liceret permitti fęnerari eſſet hæreticus, ſecundum, Bal. in. l. cunctos populos. C. De Sum. trini. M. Et eſt excommunicatio Papalis. vt in dicta. Clement. Ex graui.

Si abſq; veri domini conſenſu emit ab vſurario, quod per vſuram perditum erat, vt alienũ, reſtituere tenetur, ſecundũ Sco. Ric. S. Bonauent. & Alexand. Lombar. in 4. diſt. 15. M.

De Vſura in contractu emptionis.

SI propter terminum plus rem vendidit quã prætio numerato communiter inueniatur, tenetur vt uſuram reſtituere. c. In ciuitate. & c. fi. De vſuris. M. Vſura rõnis emptionis.

Nota ꝙ prætium augmentatum propter terminum, eo ꝙ nemo emit ad contantos, ſi tandem mercator ſic vendendo ſolum conſequitur moderatum lucrum,

non

non videtur vſurarium, quia licet merca- tor ratione ſui laboris et induſtriæ moderatum lucrum faciat. Vnde.c.In ciuitate.& c.fi. De vſu intelligitur quando propter mutuum uellet facere lucrum immoderatum, ſecundum dominum Laur. in ſuo tractatu de vſuris,& do. Archiepiſcopum Floren. & Sanctum Bernardinum in euangelio ęterno.

Si mercator ad terminum velit vendere vltra commune prætium, quod factum eſt vile, propter ſuperuenientem abundantiam eiuſdem mercantiæ, vſura videtur. Alex. Lombar. tract. vſurarum. M.

Si rem vendidit intentione ſtatim pro minori prætio reemendi cauſa (quod ſtochum dicitur) vſura eſt, ſecundum Sanct. Bernardinum in Euangelio æterno, ſerm.24. ar. 3. c.3. M.

Si rem fructuoſam, vt agrum vendidit pluſquam valet, vſura eſt propter terminũ, eo ꝙ terminus in dubio datur in debitoris fauorem.l.eum qui calendis.ff. De verbo obli. ſecundum S.Bernardinum in euangelio ęterno, ſermone.24.art. 3.c.2. Bal. tamen contra ſuper rubrica de vſuris, cuius dictum intelligi poteſt, quando ſic venditor conueniret propter ſuum intereſſe.

Si emptor vel venditor notabiliter minus emit, vel plus vendidit rem quam valeat, etiam ſine dolo, & vltra dimidiam iu-

ſti

ſti prætij, niſi illud reſtituat, vt tenetur ſecũdum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 77. & Alexã. lomb. vbi ſup. M.

Si rem vendidit cum pacto pro quanto plus valebit vſq; ad paſcha, vſurarium eſt, ſecundum Hoſt. in ſum. ti. de vſur. M.

Si frumentum in herba, vel rem aliam ſibi in futurnm tradendam munus emit, quã ſperatur, tunc valitura eo ꝙ nunc dat prętium vſurarium eſt. Bal. ſuper rubrica. C. De vſur. M.

Licet tamen minus emere redditum molendinorum, vſq; ad decennium, eo ꝙ nunc totum ſoluitur prætium, quamuis .n. non liceat minus dare propter expectationem rei, licet tamen minus dare propter expectationem fructus rei. Alexan. lomb. in tract. de vſuris, & Bal. ſuper rub. C. De vſuris.

Si emit centum quę poſt annum debeatur alicui pro quinquaginta eo ꝙ iſta quinquaginta ſoluit eidem nunc, vſura eſt; Franc. de mayro. in quarto diſt. 15. M.

Si emit agrum cum pacto de reuendendo ſibi uendenti pro maiori prætio, vel ꝙ non poßit reemere, vſq; ad certum tempus, vſurarius eſt. Ant. de But. in c. ad noſtram. de vſu. M.

Si emit redditum annuũ non relatum ad certum fundum, vel certam perſonam, quo ad operas, vnde pro hoc competit actio perſonalis

ſonalis cum ſit ementis nullum periculum, quicquid vltra ſortem recipit uſura eſt, ſecundum Pe. de Anch. quem allegat Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. De vſu. M.

Si emit animalia vel terras a ruſticis, quas ſciuit eos non habere, & locauit eis, quicquid accipit vſura eſt. Monal. in ſumma. M.

Si pecuniam cum quam intendebat mercari mutuauit petenti, a quo ex pacto lucrum quod ſe ſperabat facturum accepit, vſura eſt, ſecundum Inn. in c. fi. de vſu. & hęc opinio communior, ſecundum Lau. in 2. parte ſui operis. M.

De participantibus in vſura diuerſimode.

Si accepit ab vſurario rem per vſuram acquiſitã dono uel mercede propter operas, uel emit, reſtituere tenetur vero domino. Henricus de ganda. in quolibet. M.

Si accepit dono, ab vſurario qui non eſt ſoluendo rem de pecunia fenebri emptam, tenetur reſtituere ei, de cuius pecunia conſtat rem emptam. Quod ſi non conſtat reddet cuilibet, qui vſurario ſoluiſſet vſuras. Lapus alleg. 74. & Pe. de anch. in c. tum tu. de vſu. M.

Si

Si emit a iudęis, uel alijs publicis vſurarijs res ad vſuras perditas ex lapſu tēporis, ſine veri domini qui eas pignorauit conſenſu, tenetur eidem reſtituere, cum in vſurarium nullum eſſet dominium translatum, ſecundum ueriorem opinionem; quā tenent Alex. de Ales, Alex. Lombar. Richar. Sco. & S. Bon. in 4. diſt. 15. Henricus de ganda. in quolibet. Bal. & Cy. in l. cum oportet. C. De bo. quæ lib. Ioan. cal. & Ioan. de Ana. in c. cum ſit. De iudæis Tho. in 4. & ſecunda ſecundæ. q. 78. art. 3. in corpore quæſtionis, in rebus quarum vſus non eſt conſumptio earum. Immo pactum legis commiſſorie, quo debitor pignus amittit pro ſorte mutuata, ſi eam non reddit infra terminum conuentum improbatur a lege ciuili, vt. l. fi. C. de pac. pigno. M.

Vbi tamen de communitatis ordinatione eſſet, ut talia ad vſuram perdita venderentur per viros conſtitutos ab ipſa communitate, reddendo dominis rerū huiuſmodi quicquid ſupereſt ſorti, & vſuris; tunc emens de talibus iuſte emeret, quia cum ordinatio iſta ſit ad bonum communitatis facta, ſinguli de ciuit. uidentur cōſentire in prędicta uēditione rerū ſuarū, ſecundū Sco. in 4. diſt. 15.

Si ab vſurario nil habente niſi de vſuris mercedem laboris accepit, quia in illicitus deſeruiebat ei, vt mutuando ad vſurā,

reſtituere tenetur eis qui ſoluerunt uſuras, ar.c. cum tu. De uſuris. do.Domin.in c.ſicut non ſuo.46. diſt. M.

Si in licitis ſeruiebat vſurario, vt in radẽdo, uel infantẽ eius nutriendo, ex quibus operibus nihil apud uſurarium relinquitur cõpenſabile cum mercede, quã dat uſurarius, reſtituere tenetur creditoribus vſurarum. Sanct. Bernardinus. M.

Si pupillus ultra ſortem, & ſalua ſorte recipit aliquid a communitate, quæ conſueuit accepta pecunia pupillorum lucrũ reddere, quando tutor non coactus, uel pater pro filia, ſed ſpõte eam communitati dedit, vſura eſt. Henricus in quolibet.q.78. M.

Si tutor, curator, vel negociorum geſtor, qui contractibus auctoritatem præſtant fenerati ſunt pro pupillo adulto, & domino ſuo reſtituere teneatur, illis non reſtituentibus, ſecundum Ray. & Mon. in ſummis. M.

Hoc autem eſt intelligendum, quando pupillus minor, & dominus non habent unde reſtituant, uel habentes nolunt reſtituere, nec cogi poſſunt ad reſtituendum ab his qui uſuras ſoluerunt, ſecundum Gof. & Hoſt. in ſummis. Ioan. An. Pe. de an. & d. Ant. de Butr. in c.Michael, de uſu, & Bar. in auct. vt hi qui obl. ſe hab. §.fi.coll.6. Tutor tamẽ uel tutrix, uel executor teſtamenti ſine ſpeciali mandato, poſſunt reſtituere uſuras, &

male

male ablata, ad quæ tenentur pupilli, vt eſt gl. in .l. præſes. C. De tranſac. & dicit Bal. in .l. etiam.e. ti. quod intellige quando habent adminiſtrationem bonorum pupilli in manu.

Si vxor et familia vſurarij nil habentis, niſi de vſuris viuat de talibus bonis, reſtituere tenetur & peccant, ſi modo aliquo honeſto alias viuere ualeat. Alex. lombar. trac. de uſu. M.

Quãdiu tamen uxor uirum hortatur ad reſtituẽdum cum ſpe aliqua reſtituendi, uel in domo laborat, et cuſtodit bona pro uſuris debita uidetur excuſari ſecundum Aſten. in ſum. lib. 3: titu. 4. M.

De Proſenetis.

SI proſoneta fuit mediator contractus feneratitij propter uſurarium, eo non reſtituente tenetur ipſe uſuras reſtituere, ſecundum gl. in .l. ſcienter. C. ad legem pompeianam. & .l. 2. §. modus. ff. ad turpilianum. M.

Si lucrum accepit exiſtens mediator cuiuſcunq; contractus illiciti, ſecũdum glo. in .l. fi. C. De proſenetis. reſtituere tenetur. ſ. pauperibus. M.

Si doloſe conſuluit, ut quis emeret rem occulte uitioſam, tenetur emptori de omni

ni damno, venditore non ſatisfaciente. d. l. fina. M.

Si doloſe conſuluit uendere ei quem ſciebatur nō habere in bonis ad ſoluendū: tenetur venditori de omni damno d. l. fi. M.

Si ſine emptoris mandato, & cum eius damno mercatum de re aliqua concluſit, tenetur ei ſatisfacere. Bar. in .l. multum. C. ſiquis ſibi vel alteri. M.

De Socidis animalium.

Si de ouibus emptis, ex pecunia ruſtico mutuata mutuās, quærit lucrum, vſura eſt. Alex. Lomb. in tract. vſurarum. M.

Si dans animalia vult periculum pertinere ad accipiente etiam ſi ſine ſua culpa contingit, iniquum eſt. Alex. ibidem. M.

Si tradens animalia paſcēda laborem paſtoris ſufficienter non recompenſat, vt tenetur idem, ibidem. M.

Si paſtor animalia deperdita ex leui culpa ſua non ſatisfacit domino ſuo, vt tenetur ſecundum Bar. in. l. quod nerua q. 8. ff. depoſiti. M.

Si locans boues pro conuenienti quantitate frumenti, nolit ſubire diuinū iudiciū, & deteriorationem bouum, vt tenetur, ſecundum d. Lau. in 2. parte. q. 2. M.

Tamen paciſci, licet ꝙ conductor, qui tan

tantum dat quinq; corbes frumenti, cum mercatus cōueniens eſſet decē dānū ſubeat deteriorationis, & meliorationis bonū pro dimidia, Lau. ea. q. quod intellige ſi boues probabiliter poſſint etiam meliorari, & periculum mortis eorū ad dominum ſpectet.

Si animalia tradidit cum pacto, ꝙ prius conſequatur totam ſortem vel ruſticus tenetur defectibus capita mortua ſupplere, antequam aliquid de prouentibus percipiat, iniuſtum eſt, Monal. in ſum. & Io. de lig. in c. fi. De vſuris, M.

Capitale animalium non eſt cōmune; ſed tantum prouentus, & melioramenta ſecundum Bal. in l. 1. q. 2. C. pro ſocio, quod videtur intelligendum, niſi aliter ſit conuentū, vel ſit conſuetudo.

Cum animal traditum eſtimatum perijt culpa ruſtici, tenetur ruſticus in totū; ſi caſu fortuito, tenetur in dimidia: ſi naturaliter in nullo tenetur, quia in contractibus nō ordinatis ad dominium transferendum eſtimatio nō facit emptionem. C. pro ſocio. l. cū duobus. §. damna. Bal. in l. 1. C. pro ſocio.

De Artificibus.

ARS putatur licita, quæ aliquid præſtat ad vtilitatem humanorum vſum: ſin vero eſt illicita, vt fabricatio Ars q̄ ſit licita, & quæ non,

idolorũ. Fran. de may. in extractis ab Aug. lib. 2. De doc. chriſtiana. ff. De offi. præſi. l. illicitas. §. ne potentiores.

Si fecit artem illicitam per ignorantiam non excuſatur a mortali, vt ars fœnerandi, vel ſagittandi, vel baliſtandi in c. 1. De ſagitta. & huiuſmodi. Aug. ſuper pſalm. Sepe expugnauerunt. M.

Si artem ſuam falſificauit, tenetur damnum paſsis ad omne intereſſe, ac puniri debet. C. De murileg. l. 2. li. 11. extra habentur in ſequentibus. M.

Si aliorum merces, vel operas artificij cõtra conſcientiam diffamauit, vt homines ab eo citius emerent, tenetur damnificatis. c. nõ ſane. in fi. 14. q. 5. M.

Si fuit nouitatũ curioſus inuentor. Tho. 2. 2. quæſt. 169. & Alex. de Ales in 2. M.

Si artifex cum iuramento promiſit opus perficere tenetur, nec ſufficit ſoluẽdo intereſſe deſiſtere, ſecundum Ioan. de Imo. in c. lator. De pigno.

De Campſoribus.

Campſorum ars an ſit licita.

NVMMVLARIORVM ſeu campſorũ ars quæ hominum vtilitati deſeruit in commutatione numiſmatis pro numiſmate licita eſt. l. argentarius. §. 1. ff. De eden. & Alex. Lombar. tract. vſurarum.

Si

Si cāpſor ī cābio quod minutū dicitur, quā do datur floren⁹ vt moneta recipiatur. Aut e conuerſo dedit monetas inciſas, vel falſas, vel nimium lucrum accepit, tenetur notabi liter damnificatis ad reſtitutionem. Sed illis parum damnificatis, vel ignoratis, tenetur pauperibus lucrum erogare, ſecundum do. Lau. trac. de vſu in ſecunda par. q. 26. M.

Si cambiando lucratus eſt, cū tamen non haberet impenſas ſalariorum, vel penſionū, uel laborem operarū, & huiuſmodi, reſtitue re tenetur dānificātis, uel pauperibus, ſecun dū Henricum in quolibet, & Saly. in auc. ad hæc. C. De vſu. M. De Cambijs

Forte in terra in qua nō eſt ordinarius cā pſor habens expenſas, alius tamē tenens pe- cuniam, vt indigentibus ſeruiret in cambio poſſet aliquid pro lucro recipere.

Si in cābio per litteras quibus alteri tra- di fecit Neapoli centū aureos recipit vſq; ad annū centū uiginti Peruſii, & ſic ratione temporis facit lucrū quod tenetur reſtitue- re danti, pro quo facit. l. hactenus in fi. ff. De conſti. pe. Bal. ſuper rub. C. De cōſti. pe. M. De literis cābij.

Licet tamen mercatori, vel cāpſori reci- pere de præſenti. 105. ducatos Peruſii tra- dendo litteras cambij, quibus eas recipiens recepturus eſt centū Neapoli. ff. De nauti. fœno. l. periculi prætium. Bal. vbi ſup.

Si mercator, uel campſor qui mihi dedit

literas ad recipiendum. 50. Neapoli, nolit mihi reſtituere vt tenetur. 50. a me ſibi data Peruſii cum dictas litteras perdiderim et liberem eum per inſtrumentum publicum a dictis litteris. Bal. in l. iuſtitia. in fi. C. De fideiuſſ. M.

De cambio ſicco.

Si per cambiũ ſiccum ſeu ad libras groſſorum lucratus eſt. Vſurariũ eſſe putatur, cum ibi ſit ſpes lucri propter dilationẽ tẽporis; contra c. ſi fenerarius. 14. q. 3. d. Lau. vbi ſupra. M.

Fit autem ſic indigens florentia decem libris groſſorum. i. cẽtum ducatis, quia una libra eſt decem ducati recipit illas ibi a mercatore cui obligatur reſtituere eo valore, quo valebant Venetijs. Inde ad decẽ dies a die celebrati contractus, et ſi accipiens, plus vult retinere renouatur contractus eodem modo de menſe in menſem. Vnde cõtingit ꝙ alias Venetijs decem libre tantũ valent quãtũ Florentiæ; Aliquando minus, aliquando plus: Tamen vt in pluribus plus mercator lucratur, vnde in capite anni ſtat in magno lucro. Do. Lau.

Si lucratus in cambio per Venetias Neapolim, vel Barzilonam credatur vſurariũ eſſe eo ꝙ ex puro mutuo intendit lucrũ contra c. pleriq; 14. q. 3. & c. conſuluit. De vſur. ſecundum Do. Lau. vbi ſup. M.

Fit autem ſic. Indigens pecunia recipit a

mer

mercatore in Florentia centum mutuo reſti tuenda ad rationem cãbij per Venetias, vel Barzilonam eo:ſ.valore, quo valebunt ipſa centum de illa moneta, quæ in ciuitatibus prædictis curret, quãdo litteræ ibi in capite quindene, vel menſis præſentabuntur. Et ſic mittuntur litteræ cambij etiam pecunia ac cepta Florentiæ redditur ibi per factorẽ eius qui pecuniã recepit de illa moneta currente.

Quo caſu mercator communiter lucratur, & ſepenumero debitor non habet ibi mercimoniam, vel pecunias ad ſe retrahere. Do. Lau. vbi ſup.

Si campſor mutuauit clerico in curia, vel alibi centum pro ſolutione annate, vel expeditione bullarum volens quinq; pro lucro & tardans prædicta recipere per ſex menſes vltra mõtes, vel citra, vel ſi plus ſteterit ad reddendũ vult plus lucrari, & ꝙ lucrũ con uentũ ponatur in inſtrumento tanquã totũ ſit de ſorte mutui: vt 105. vel 110. cõtra c. conſuluit. De vſur. reſtituere tenetur lucrũ huiuſmodi, cũ ſit vſurariũ: d. Lau. vbi ſup. M. Cambij vſurarij.

Si quiſquam non campſor vendidit numiſma pluſquam valet, ſecundum cõmunem curſum, & pondus materiæ, vſura eſt. Henricus de ganda. in quolibet. M.

Quiſque tamen vendere poteſt plus quam valeat, ſecundum communem curſum ſi plus valeat, ſecundum pon-

dus, niſi publice ſit interdictum. Henricus vbi ſup. & Alex.Lomb. in tract.ubi ſup.

De mutatione Monetæ.

Monetæ mutatio cui ꝑ ſit vel noceat.

SI moneta antiqua creuit in valore, vt ducatus, & hæres qui tenetur dotem reſtituere nolit ducatos reddere, vt defunctus accepit, vel ſi tenetur ad cenſum annuum, vel penſionem ſoluendam in ducatis antiquę monetę nunc plus valentis, & nolit ducatos perſoluere; vt in c. olim cauſa m. de cen. M.

Creditor econuerſo, vel legatarius acceptare tenetur ſolutionem antique monetę, ſi in prætio decreuit ex ſola ordinatione principis, vel populi, non ideo quia illa detonſa ſit vt in eo.c.olim.& ibi doc.

Si mutuans nolit acceptare pecuniā eiuſdem ſpeciei a ſe mutuatę: quia decreuit eius valor, qui & aliquando creſcit, cogens debitorem ſoluere, ſecundum eſtimationem quā valebat tempore mutui reſtituere tenetur. Abb.in c. quanto; De iureiur. M.

Vbi tamen prætium monetæ minoratū eſſet, eo ꝙ tonſa fuit nec bonitatem priorē intrinſecam habet, damnum ſpectat ad debitorem. Abb. ibidem.

Si hæres legatum ſoluere nolit ſecundum prætiū pecuniæ, quod currebat tempore teſtamenti, vt tenetur, quamuis nunc ſit mino

noratum,ſine ſpe recreſcendi amplius.l.vxo rem.§.legauerat. ff.De leg.3. Ab.ibid. M.

Si reprobata moneta in totum, quæ tempore contractus currebat debitor nolit ſoluere ſecũdũ antiquã pecuniæ eſtimationem, vt tenetur. c. olim. De cenſi. Et tenet Ioan. And.& Spec. Ab. vbi ſup. M.

Si moneta in perpetuum eſt diminuta in valore propter principis præceptum,& debitor nolit hoc dãnum ſubire, vt tenetur,ſecũdum Bar. & Ia.de are.in l. paulus.ff.De ſolu. M. Monetæ diminutio quã do noceat debitore.

Si moneta eſt diminuta in valore, quia modo creſcit modo decreſcit dãnum eſt creditoris,ſecundum Bar. in d. l. paulus. ff. De ſol. & Ab.in d.c. quanto. M.

Si moneta eſt reprobata in totũ, quia fuerat tonſa, vel propter vetuſtatem corroſa deuenerat & debitor nolit hoc dãnũ ſubire, vt tenetur ſecundũ communem opin. cũ moneta non habeat ſuã intrinſecã bonitatem, quam habebat tempore contractus. M.

De Monetarijs.

SI Monetarius falſauit monetam cudendo eam minoris ponderis, vel minoris ligæ propter argentum minus bonum. Inno. & Abb.in c. quanto. De iureiur. M. Monetarij pœna falſi tenentur.

Si princeps monetam bonã publice reprobauit vt eã emeret, vel peiorem puderet eſt falſare monetam. M.

Si monetam ęreã tinxit, vt aurea, vel argentea appareat. hoc eſt falſare. l. quicunq; ff. De fal. M.

Si monetas totondit, tenetur lucrum pauperibus erogare. 14. q. 5. non ſane. M.

Si grauiores de leuioribus electas fudit: tenetur pauperibus lucrum tale tribuere. Scot. in 4. diſt. 15. ff. De fal. l. corne. vbi de hoc. M.

Vide Marſil. ibi. *Si expendit monetam ſalſam vt plumbeã pro argentea falſarius dicitur. l. lege corne. ff. de fal. Abb. vbi ſupra. M.*

Pęna prædictorum eſt, ſi falſarunt monetam principis comburantur, ſi inferioris decapitentur. C. *De fal. mo. l. 1. §. 2.*

Si non eſt imperator, vel princeps, vel ex principis concesſione, aut quia hoc præſcripſit monetam cudit, quod non licet. l. 1. & 2. C. *De fal. mo. & ibi gloſſ. Bar. & Pe. & Cy. M.*

De Aurifice:

Aurifex falſarius. *SI vendidit pro vero auro, & argento, aurum vel argentum alchimicum, non eius bonitatis & virtutis cuius eſt. verum*

verum. Et ꝙ aurum habet proprietatem letificandi, & valet contra quaſdam infirmitates. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 77. M.

Vbi autem per alchimiam fieret aurum eius bonitatis, & virtutis, cuius eſt purũ vendere liceret pro vero quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus cauſis, ad producendos naturales, & veros effectus. ſecundum Aug. li. de tri. Th. vbi ſupra, & Ric. & S. Bona. in 2. diſt. 7. De auro alchimiſtico.

Si per ſe, aut alius auxilio ſuo monetam cudit, cum nullã a principe de hoc habeat au ctoritatẽ cõtra. l. 1. & 2. C. de fal. mone. M.

Si adiuuit alium vel fuit principale, vt monetę argenteæ deaurarentur, vel monetæ aureæ alia figura plus valente ſtampãrentur. contra. l. quicunq; ff. De fal. M.

Qui vero induſtria ſua portat monetas leuiores, aut tonſas in loco vbi indifferenter expenduntur, ſicut integrę, & boni pon deris peccare non videtur. Cum res tantum valeat quantum vendi põt habito reſpectu ad communem eſtimationem, ſecundum gl. in c. in ciuitate. de vſur. Idem tamen Archiepiſcopus flo.

Si partem argenti quod ad fabricandum accepit ſibi retinuit furtum eſt. vt in ſeptimo præcepto.

Si emit calicem ſacrum non cõflatum. i. fractũ vel diuiſũ, vt eſſe debet videtur ſimo-

nia

niacum 10.q.2. hoc ius. M.

Si aurifex non facit argentũ de liga quã debet facere vt falſarius eſt puniendus. Bar. in l. corne. de fal. & Ab. in c. quanto. de iu reiur.

De Caupone, ſeu Tabernario.

Cauponum peccata.

SI caupo ſine cauſa legitima nolit recipere hoſpitari volentes, vt ſi forte plures iã eſſent ibi hoſpitati videtur mortale; quia poſſunt agere iniuriarum. ſecundum Bart. in.l.1.ff.furti aduer. nau. caupo. M.

Si laicus tabernarius vendidit vinũ limphatum pro puro, vel purum ſed cum alio ſophiſticatũ, aut non iuſta menſura. de quo etiam in ſeptimo præcepto. Scot. in 4. diſtinctio. 15. M.

Si vt vinum clarificaret nociuũ aliquod corporibus miſcuit quo aliquis eſt infirmatus, tenetur ei ſecundum Gerar. odo. in quarto. diſt. 15. M.

Si lenones, & meretrices, aut ludum alearum, vel Dei blaſphemos, & ſanctorum tolleraũit in taberna, quia omnia peccata huiuſmodi ei imputantur, quia non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinerit obuiare. De homic. ſicut dignum. §. illi etiam, & diſt. 83. c. error. & c. conſentire. M.

Si

Si tabernarius non vult ſatisfacere vt tenetur fardellum quod hoſpes ipſo ſciente poſuit in loco congruo & amiſſum eſt. Bal. in l. certi.C. De loca. M. De re hoſpitis in caupona amiſſe.

Si autem hoſpes in loco inconuenienti, vt in limine oſtij tabernario ignorante poſuiſſet fardellum & amiſſum eſſet non tenetur tabernarius. Bal. ibidem.

De rebus quoq; quę ſunt in fardello clauſo, & quas tabernarius non vidit, non tenetur tabernarius ſi aliqua ſunt amiſſa, ſecundum glo. in. l. 1. §. fina.ff. nau.cau. Ibi tamen doc. contradicunt, quos tu teneas.

Si valiſia vel fardellus ſigillatus datus fuerat, & reddidit hoſpiti non ſigillatum, vel ſigillo mutato, nolitquè ſatisfacere ei de rebus deficientibus vt tenetur.l.3.C.De edi. di. adri. tol. Bar. in l.vna.ff. furti. aduerſus nau. cau. M. Caupo qñ teneatur de re furata.

Tenetur tamen hoc caſu qui fardellum ſigillatum dedit cauponi probare quod dicit ſublatum fuiſſe in fardello, quando non conſtat cauponem ſubtraxiſſe. Bartol. ibidem.

Si propter lucrum vendidit ſcienter volentibus ſe inebriare, aut quos ſciebat conſuetos inebriari. Tho. ſecunda ſecundæ, quęſtio.150. ar. c. a crapula. de vi.& ho.cle.& Alex. de Ales. in 2. M.

Si feſtis diebus ſummo mane aperiens taber

bernam, cauſa extitit vt ad eum confluentes miſſam non audirent, ſibi videtur imputandum. 1.q.2. notum. M.

Si tutor teſtamentarius, vel agnatus, nec ſe excuſauit a gerenda tutela, nec adminiſtrauit pupilli bona, quæ ex hoc damnificata ſunt, tenetur de damno. ff. De admi. tu. l. qui de recens in gloſſ. M.

Si

Si exiſtens tutor inter plures in teſtamẽto ſcriptos, vel particularis adminiſtratio rerum pupilli deſignata eſt ei, & ob ſuam negligentiã, vel latam eius culpam damnificata ſit, ſatisfacere tenetur, vt dicit Bar. in.l.2.ff. De admin. tuto. M.

Si vnus ex pluribus tutoribus ſimul datis non vult ſatisfacere inſolidum pro mala adminiſtratione rerum pupilli, vt tenetur ſicuti vnus adminiſtratorum reipublicæ, eo ꝙ talia officia ſunt publica, & neceſſaria, ſecũdum Bar. in l. ſi quis negotia. ff. De neg. ge. M.

Geſtores vero plures negotiorum alicuius priuati, non tenetur niſi pro ſuis partibus, aut ſecundum ꝙ ſibi in partem, vel in totum eſt commiſſum, vt probatur in.l. diuus.ff. De admi. tuto. & .l. penult.ff. De ſeparationibus.

De Geſtore ſeu gerente negotia alterius.

SI alterius negotia geſſit, nec rationem reddere uelit, vt tenetur ar.l.2.ff.De neg.ge. & Spe. in ti. de iniur. edic. §.18. ver. ſed an ſimplex. M.

Si ſalariatus gerendo alterius negotia in aliqua arte, vel negotiatione, vel adminiſtra

ſtratione bonorum damnũ accidit dolo ſuo, vel lata culpa, vel leui, & ſatisfacere damno ſuo damnificato nolit, vt tenetur. l. prætor. §. interdum, vbi gloſſ. & Bar. M. De damno dato

De leuisſima vero culpa qua damnum cõtingit non tenetur, vt in eo. §.

Si pater male adminiſtrauit rem, aut fructus rei caſtrenſis, vel quaſi, aut prebendæ filij, & ſatisfacere nolit filio, vt tenetur. l. ſacroſan. C. De epi. & cle. & . l. litis. §. pater. de neg. ge. & ibi Bar. M. De Patris adminiſtratione.

Expenſas tamen quas pater, vel alius gerens alterius negotia facit in dubio eſſe intelliguntur factæ de bonis eius, cuius negotia gerit. l. Nẽſenius. e. ti. ſicuti, ſi pater fecit expãſas filio ſtudenti, et habenti quaſi caſtrenſe, vel dotem dediſſet filiæ habenti bona quorum ipſe curam gerebat. l. quæ pater. ff. fami. her.

Si mater tranſiens ad ſecunda vota, de bonis filij quicquam ſibi retinuit propter alimenta a ſe filio infanti exhibita, reſtituere tenetur, quia ex neceſſitate tenetur ad eas ſuo ſumptu. l. ſuo victo. ff. De ope. lib. Bar. in l. Nenſenius. ff. De neg. ge. M.

Repetere tamen poteſt expẽſas factas circa tutorem, vel curatorem, vel procuratores, & aduocatos pro ipſo filio litigantes, ne perdat ſucceſſionem, ſicuti, & heres coactus inuentarium conficere ſumptus huiuſmodi

im

imputat hæreditati.l. 2. ad tertu. & l. ſancimus. §. in computatione. C. De iure deli. Et magnam expenſam, quam fructuarius neceſſario fecit in re cuius vſufructum accepit imputat proprietati. l. inter fructuarium. De dã. infec.

Quid de cõmunitate, uel priuata perſona.

Si communitas vel priuata perſona nolit ſatisfacere, vt tenetur ciui qui captus eſt pro repreſalijs, & compulſus ſoluit, quod cõmunitas, vel priuata perſona tenebatur ſoluere. Bar. in. l. nam & ſeruus. ff. De neg. ge. M.

Tenetur quoq; dominus rei ſoluere prætium datum ab aliquo ne res eius periret, vt ſeruus, equus, veſtis, & huiuſmodi, qui res alio aſportabatur, quãdo nomine domini & nõ magno pretio eſt redempta. l. ſi pupilli. §. ſi titij, ff. De nego. geſt. & ibi Bar. M.

de eo qui gerit vt publica perſona.

Si gerens alterius negocia, & generalem auctoritatem habebat ſoluendi creditoribus domini ſui ſoluere noluit, maxime indigentibus, et ſolui ſibi petentibus cum pecuniam paratam haberet. l. debitor. ff. De neg. geſt. M.

de peccatis geſtoris.

Si culpa geſtoris damnum quod domino contingit, vel ceſſatio lucri geſtor nolit ſatisfacere, vt tenetur. l. ſi negocia. ff. De nego. geſt. M.

In fine tamen anni fieri debet compenſatio dãni & lucri, quod culpa, vel induſtria, vel

vel ſolicitudine geſtoris domino contigit, vt ea.l.& ibi Bar.

Si geſtor negocia inſolita ſine domini voluntate inchoauit, & caſu etiam fortuito damnum in rebus contigit, nolit ſatisfacere vt tenetur.d.l.ſi negocia. M.

Si geſtor ſine cauſa dimiſit negocia mercantiæ, vel artis, vel rei ruſtice domini, qui per annum illum conduxerat, ex quo dominus damnum emergens, vel lucrum ceſſans paßus eſt, nolit pro hoc domino ſatisfacere, vt tenetur, maxime quando dominus aliũ ſua negocia gerentem habuißet. vt l. ſi pupillo.§. fi. & ibi Bar. M.

De Domino Papa.

SI diſpenſauit contra diuinam legem, ſicut ꝙ aliquis plures ſimul habeat vxores, vel dimiſſa prima carnali copula conſumata ſecundam accipiat, vel contrahat in gradibus a lege prohibitis, de quibus in leuitico.c. 18.vel ꝙ diſſoluatur verum matrimonium, maxime per carnalem copulam conſumatum, non tenet diſpenſatio. c. litteras: De reſtitu.ſpo.& c. gaudemus. de diuor.& per Theologos in. 3. diſt. 37.& gl. in c.qui ad perpetuam.25.q.1. M. Qũo peccat Pontifex in diſpẽſatione, ac in alijs, & in quibus caſibus posſit diſpenſare.

Diſpenſare vero, vt qui cõtraxit per verba de preſenti tantũmodo ſecundam poßit

Si in vna eccleſia cathedrali reſeruabat ſibi beneficiũ cõferendum, quod ad collationẽ capituli ſpectat, & poſtea eccleſiæ reſeruauit, & contulit quod ſpectat ad collationem Archidia. vel canonici, nõ videt reſeruatio ne prima pendente, ſecundum Archi. in ca. præſenti. per offi. leg. M.

Si iam collatum beneficium ab epiſcopo, de quo conſtat; velit poſtea pertinaciter idẽ beneficium conferre cum ad vtriuſq; collationem ſeparatim ſpectaret, non poteſt, ſecundum gloſ. in cap. 1. de offi. leg. in 6. M.

Legatus de latere tamen omnia beneficia ſuæ prouinciæ, quorum collatio ad papam deuoluta eſt conferre poteſt, ſecundum Goſ. de iure proprio, cum dilectus. quod intellige exceptis beneficijs, de quibus ſupra dictũ eſt. glo. in eodem c. 1. M.

Si iam a legatione reuocatus, vel ea finita, aliquem abſoluit excommunicatum, vel contulit beneficia ſibi reſeruata, vel non reſeruata, non tenet abſolutio vel collatio. c. præſenti: De offi. lega. in 6. & glo. in eo. c. 1. M.

Legatus non de latere ſine ſpeciali mandato non poteſt conferre beneficia vacantia iure legationis, nec reſeruare ſibi vacatura. c. 1. De offi. leg. lib. 6.

c. ſuper eo. De hæreti.& Lauren. in c. ſunt quidam. 25. quæſtio. 1. Pro quo videtur tex. in c.per venerabilem.verſi. rationibus, qui filij ſint legi. ſecundum do. Ab. vbi ſupra. Quãuis Archi.in contrarium dicat. M.

Si accepit pecuniam pro collatione alicuius prælaturæ habentis adminiſtrationem ordini annexam,non eſt ſimoniacus, ſecundum Cardi. ſed do. Abbas in c. 1. De ſimonia. contra dicit. Quia ſecundum eum licet titulus beneficij ſit de iure poſitiuo. c.propoſuit. de conceſ. præben. Tamen poteſtas clauium beneficio annexa,quæ ſimul venditur, eſt de iure diuino.Idẽ Pet. aureolus. in quarto diſtin. 25. dicens. ex quo prębenda vendi non poteſt, quin ſpiritualis auctoritas ſibi annexa vedatur.Ideo papa ſimoniam cõmittit,licet iuris poſitiui pœnã nõ incurrat. M.

Papa tamen accipiendo annatam, quando beneficia confert non per modum appræciationis, ſed ſubuentionis, & ſuſtentationis curiæ,vt qui pro tota eccleſia laborat ab eccleſiaſticis ſuſtentetur. 22.q. 2. eccleſiaſticis. ſecundum aliquos nulla eſt ſimonia.

De Legato de Latere.

De poteſtate legati a latere,ꝺ peccatis ſuis, & cur dicitur legatus a latere.

SI legatus de latere abſoluit in caſibus reſeruatis papæ, præterquam percuſſorem clerici, vt incendiarios, excommunicatos,

ſanctificem ſabbatum pro quanto eſt mortale, & non cerimoniale, quia ſic mutari potuit in diem dominicam. S. Bona. & Alex. Lombar. in tertio diſt. 37. M.

Si diſpenſauit contra ius diuinum ſtabile, quod eſt in ſeptem præceptis ſecundæ tabulæ non valuit. 25. q. 1. Sunt quidam. & ibi gl. ac d. Ab. in c. litteras. de reſti. ſpo. M.

Vnde ſi quis alienam vxorem cognoſcat, vel alienam rem fraudulenter cõtractet dominiũ iniuſte occupatum detineat, vel quod legitime alteri teneor non reddã, & huiuſmodi: Papa non poteſt. 15. q. 6. auctoritatẽ, & c. nos ſanctorum. ſecundum Gemi. in c. conſequens. diſt. 11. & S. Bona. & Alexan. Lomb. in tertio. diſt. 37. & Bal. in. l. decernimus, C. De ſac. ſan. ec. M.

Ex cauſa tamẽ criminis grauis, & incorrigibilis, per quod eccleſia fit ſcandalizata. diſpẽſare poteſt vt ius imperij, & regni trãſferatur in alium, vel ſi princeps ſit negligẽs circa iuſtitiam. 97. di. duo ſunt, & c. ſi imperator. 15. q. 6. c. 2. c. ad apoſtolicæ. de ſen. & re iudic. in ſexto. & ibi Gemi. Item diſpenſare poteſt, ꝙ proditori patriæ, vel excõicato mutuum non reddatur. 17. q. 4. ſi quis deinceps. vel ꝙ etiam hæreticorum bona tollantur, vel detineantur a poßidentibus: De hæreti. c. excommunicamus. cle. 1.

Si ſine cauſa diſpenſat in his quæ ſunt iu-

ribus, vt tenetur. 24. di. quando epiſcopus. M.

Si in ordinatione aliquid omiſit de ſubſtantialibus tenetur totum iterare. M.

Si non de ſubſtantialibus omiſit, ſufficit ſupplere, quod omiſſum eſt: de ſacra. non iteran. c. presbyter. & ſecundum Tho. in 4. di. 24. M.

Subſtantialia ſunt actus in quibus caracter imprimitur, cum expreſſione verbi, vt Hoſtiario clauium datio, lectori Codex lectionum, exorciſte liber exorciſmorum, accolito candelabrum cum cerco, ſub diacono calix vacuus, & patena, diacono textus euangeliorum, ſacerdoti calix cum vino, & patena, cũ hoſtijs, & vnctione manuum. Richar. in 4. diſt. 24. artic. 4. quæſt. 3. de non ſubſtantialibus, quod omiſſum ſupplere debet ex epiſcopi manus impoſitio, & presbyterorum aſtantium ſuper caput ordinandi ad ſacerdotium. domi. Domini, de ſancto Gemi. & Vgo. in c. presbyter. 23. diſtinct. & Ricar. vbi ſupra.

Si ſine titulo promouit aliquem ad ordinem ſacrum, quod prohibetur in c. epiſcopus. & cap. cum ſecundum de præbẽ. M.

Si non renouauit per ſingulos annos chriſma cum oleo, & balſamo, vt tenetur: de conſe. diſtinct. 4. ſi quis ex alio. M.

Secundaria intentione prędictis conferre beneficia, non tamen, vt luxurientur, & dignis alias licet, immo conferre nobili honeſto, tamen licet non litterato, vt eſt ignobilis ad arcendum lupos contra eccleſiam licitum eſt. Alex. vbi ſupra.

Si ſcienter ad beneficia promouit indignos. 1. q. 1. ſi qui epiſcopi. M.

Si contra voluntatem prælati ſui traxit religioſum ad officium eccleſiaſticum, quod prohibetur. 57. di. c. 1. & 2. M.

Si retentis ſibi fructibus, aut aliqua eorũ parte contulit beneficia ſine di. confe. c. vt noſtrum. M.

Si bona vacantium eccleſiarum ſibi reſeruauit, nec vt tenetur expendit in vtilitatem eccleſiarum, vel futuris ſucceſſoribus; ad quorum etiam reſtitutionẽ tenetur. c. quia ſępe: de ele. in 6. M.

Si epiſcopus in eccleſia ſua non reſedit, vt tenetur, præſertim ſi non moratur in curia papæ, vel legatione, & huiuſmodi. 7. q. 1. peruenit, & c. placuit. M. Epiſc. tenet reſidere.

Si vltra morem antiquum, vel quod de iure ei debetur a ſacerdotibus, & clericis ſuæ Dioceſis exegit aliquid grauando eos. 10. q. 3. quia, & c. ſequenti. Et 11. q. 1. cognouimus. M. De peccatis Epiſcoporũ quo ad onera imponenda Clericis, ac in ordinũ collatione.

Si ſcienter ad ordinem, vel beneficium promouit indignũ, moribus vel ſcientia ma

xi

deſiderat bonum opus deſiderat. Thom. eo. ar. 1.

Si habens bona patrimonialia vel tempo ralia ex quibus ſufficienter ſuſtētari poteſt, ſecundum dignitatem ſui ſtatus, accipit beneficia eccleſiaſtica, ad viuendũ honoratius, vel delicatius, aut ad augendum patrimonium, vel ditandum conſanguineos, vel amicos. gl. in. c. clericos. 1. quæſt. 2. & Ric. in quolib. M.

Habētes bona patrimonialia tenetē de eis uiuere.

Solum enim licet accipere bona eccleſiaſtica pro ſuſtentatione naturæ, & conſeruatione dignitatis ſui ſtatus. Et poſt hæc pro pauperum ſubuentione. d. c. clericos. & c. ſe. Richar. vbi ſup.

De intentione poſsidentes bona Eccleſiaſtica.

Si pertinaciter reluctauit obedientiæ ſuperioris ſine cauſa legitima nolens prælationem, mortale eſt, ſecundum Tho. vbi ſupra & Richar. in quolibet.

Si noluit recipere prælationem cum videret graue diſpendiũ eccleſię de propinquo imminere. Richar. ibidem. M.

Qũo peccet, & nõ, Eccleſiaſticus nõ obediendo ſuo ſuperiori.

Renuere prælatum eſſe per modum licitũ quando eccleſiæ periculum non imminet licitum eſt. Richar. vbi ſupra.

Si non reſtituit fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent, quando prælationes, & beneficium per ſimoniam quęſita ſunt, aut in eis intruſus eſt, ſecundum do. Abb. & do. Ant. in c. grauis. De reſtitut. ſpolia. M.

Acquiſita p ſymoniã, vł alio mõ illicito tenetur reſtituere.

Si

tur. 1. *q*. 7. *quotiens*.

Si exiſtens prælatus eccleſiæ collegiate neglexit clericos ſubditos raro ad chorum venientes, corrigere etiam per cenſuram ſi oportuit compellere, vt ad diuinum officiũ conuenirent, ſicut ei imponitur in cle. 1. *De cele. miſ. conſtat enim hoc eſſe clericis pecca tũ mortale, per quod etiam deponi poſſunt. vt* 92. *diſt. ſi quis presbyter. M*. De negligẽtia prælati Eccl. coll.

Si ſciens prauas ſuæ diœceſis conſuetudines, vt diebus feſtis vendere, & operari, in eccleſijs tripudiari, non confiteri, non com municare, & huiuſmodi, quæ corrigere potuit ſine ſcandalo, & neglexit. 23. *q*. 4. *cum quiſq;*. 43. *diſt. ſit rector. M*. De negl. circa pecc. ſuæ diœc.

Si neglexit hæreticos reprimere ad fidem veram, & ſortilegos ac diuinos corrigere 26. *q*. 5. *c. contra, & ſequ. de hære. ad abolendam. M*.

Si notorios peccatores, vt vſurarios, concubinarios, partiales, violatores libertatis eccleſiaſticæ, vel immunitatis, & huiuſmodi, corrigere potuit etiam per cenſuras ſine graui ſcandalo, & neglexit. diſt. 4. *deniq;*. 23. *q*. 3. *cum quiſq;. de immu. ec. c. inter alia. M*.

Si erga pauperes fuit auarus de his quæ ei ſuperfluunt. 86. *di. fratrem noſtrum. M*. De nõ adiuuando ægenos quõ pecc.

Si viduis, orphanis, & alijs præſertim miſerabilibus oppreſſis, eius auxilium im-

plo

plorantibus in ſuis neceßitatibus, cum potuit non impendit. 86.diſt.de viduis:& 87. di. deſolatis.& c. quiſquis. M.

De alienatione bonorũ Eccleſiæ.

Si ſcienter bona eccleſiæ immobilia ſine vtilitate, vel neceßitate alienauit, & ſine debita ſolemnitate non valet. c. 1. De rebus ec. non alie. in 6. M.

Et in hoc caſu, & quando ſunt mobilia pratioſa ſine licentia papæ alienatio non tenet, vt in extrauaganti. ambitioſi. Pauli ſecundi, de quo ſupra in prima parte. in 3. c. M.

Quõ posſit diſpẽſare bona Eccleſiæ.

Prælatus tamen habet liberam adminiſtrationem fructuum rerum eccleſiæ, dummodo diſpenſet eos in vſus a iure permiſſos. 21.q.1.vellatio.16.q.1. & epiſcopus. Gem. in c.quia epiſcopi.5.q.3.

Si epiſcopus fecit magnã donationem de rebus ec. etiam ſuæ menſæ, & in rebus mobilibus, vel pecunia numerata, etiam monaſterio non tenet, multo magis conſanguineis, quibus agentibus tantum licet per modũ elemoſynæ.c.cum olim.2. de priuile. & ibi do. Abb. M.

Si male diſpenſauit vt hiſtrionibus, vel meretricibus, & huiuſmodi tenetur eccleſię reſarcire diſt. 86. c. qui venatoribus. & c. cęterum. de dona. M.

Licet tamen prælato intuitu pietatis in vita, & in morte donare, vel legare rem mobilem,

bilem, quæ ei ſuper eſt eccleſiæ pauperi, vel genti nobili, vel puellę maritandę, & his ſimilibus etiam conſanguineis, de teſta. & c. ad hoc, & c. relatum. maxime ſi ibi talis vigeat conſuetudo. ca. cæterum. De dona. & ibi do. Ant. Cum conſenſu etiam capituli licet epiſcopo de bonis mobilibus vel immobilibus, ſecundum Ioan. donare pro conſtructione eccleſiæ, infra ſuam dioceſim. l. & ēt c. partem, dummodo per hoc eccleſia non grauetur, & iſta det diuerſo tempore. c. ad apoſtolicæ. de dona. & ibi do. Anto.

Si habens iuriſdictionem temporalem in aliqua terra patrimonij, vel epiſcopatus ſui, iudicauit, vel mandauit, vel conſuluit, vel ſententiam dictauit in cauſa ſanguinis, eſt irregularis. de exceſ. præla. ex litteris. in glo. & do. Anto. vbi ſupra, M. — Qũo incidat in irregularitate.

Poteſt tamen generaliter committere officiali vt faciat vindictam de malefactoribus. & ſi officialis poſtea aliquem interficiat non ei imputatur. 23, q. 5. Rex & capitulo de occidendis, glo. & do. Ant. vbi ſupra.

Si canib⁹ ēt ancipitre venatus ē, aut talia ī domo retinet, cōtra. c. 1. et 2. de cl. vana. M. — Quæ conceduntur cleri cis.

Retibus vero aucupari, vel piſcari, aut viſco, laqueo clericis non prohibetur ſecundum do. Abb. c, 1. De cle. vena.

Si prælatus vel rector eccleſię nō ꝓhibuit cum potuit choreas, quæ fiebant in cimiterio

rio eccleſiæ ſuæ, vt ei imponitur. de cele. miſ. cle. 1. M.

De ſumptibus eccleſię factis a pdeceſſore an teneatur ſucceſſor ſatiſfacere.

Si ſua debita vel a ſuo prædeceſſore facta ob eccleſiæ vtilitatem, vel neceßitatem non ſoluit, vt tenetur. ſecundū d. Ant. de Bu. & Io. An. i c. 1. de ſolu. et in c. 1. De depoſito. M.

Et ſufficit præſumpta vel apparens verſio in vtilitatem eccleſiæ facta a prædeceſſore, & ſumptus facti propter prælati infirmitatem vel ſuſtentationem, dicuntur propter neceßitatē eccleſię facti. ſecūdū But. vbi ſup.

Si quæſtoribus ob participationē lucri cō ceßit prædicare vel pronūciare falſas indulgentias contra c. cū ex eo. De pęn. & re. M.

Si epiſcopus cum non ſit doctus tenuit vicarium imperitum in cauſis fori contentioſi, vel pœnitētialis, directoriū. li. 4. ti. 15. M.

Si imburſauit pœnas pecuniarias, quas potius debet conuertere in vtilitatem eccleſiæ. glo. in c. 2. De peni. M.

Si non fecit denunciare pęnas latas a iure contra exigentes gabellas, & onera ab eccleſijs, vt ibi præcipitur per tex. c. præſenti. iuncta glo. de cenſi. M.

peccatū epiſcopi circa excōmunicationem.

Si prætermiſſo iuris ordine vel ſine cauſæ cognitione quemquam excōmunicauit, vel iniuſte grauauit, tenetur ad eius intereſſe. De ſenten. excom. ſacro. M.

Si pro re paruula excōicauit vel excommunicari conceßit plebanis ruralibus, quod

pro

prohibetur. 2. quæſtio. 3. epiſcopi, & c. nemo, M.

Si excommunicatos abſoluit pro prætio, ſimonia fuit. 1. q. 1. quos conſtiterit. M.

Si cauſas arduas vel diuortium matrimonij non præmiſſa diligenti examinatione iudicauit, vel perſonę idiotæ iudicandas commiſit. contra, cap. 1. De conſan. & affi. M.

Sequuntur cauſæ quõ eps in diuerſis peccet.

Si contempſerit implere voluntates defunctorum præcipue in legatis ad pias cauſas, quando annus tranſactus eſt, & nullus teſtamenti executor eſt. De teſta. c. ſi hæredes. C. De fidei cõ. auct. amplius. M.

Si proprias iniurias dure vindicauit, quod eſt deteſtabile. 46. di. ſeditionarios. M.

Si in votis, & iuramentis ſine cauſa vel cupiditate diſpenſauit, vel ea commutauit; De voto. c. 1. M.

Si pro minori quantitate diſpenſauit in incertis cum raptoribus & vſurarijs. Et ſi ea male diſpenſauit cum ſint pauperibus erroganda, ſecundum Sco. & Ricar. in 4. diſt. 15. & Imo. in cle. abuſionibus. De pęn. & re. M.

Si non obediuit papæ, & alijs ſuis ſuperioribus, & ſacris canonibus, diſt. 92. obediẽti a. De exceſ. præla. nimis. M.

Si eccleſiæ bona vel patrimonialia in præcioſis ſuppellectilibus impendit, in ornatu Onus epi ſine bona eccleſię diſpẽ

ſandá circa miſſam, mo nialium uiſi tionem.

domus, veſtibus, & equis multis. Quicquid enim clerici habent ſunt pauperum. 16. q. 1. c. quoniam. 12. q. 2. Gloria. M.

Si quotidie miſſam non audiuit, & nõ cãtauit miſſam in ſolennitatibus, vt tenetur. Richard. in quarto diſtinctio. 13. artic. 2. q. 2. M.

Si monaſteria monachorum, vel monialium ſibi, aut ſoli papæ ſubiecta ſemel in anno, per ſe vel per alium non viſitauit ac reformauit, ſi reformatione indigebant, vt tenetur. Cle. attendentes. Et ibi glo. de ſta. mo. M.

Monaſteria vero exempta religioſorumque ordinibus ſubiecta, vt ciſtercienſium, camaldulenſium, prædicatorum, & minorum viſitare non poteſt. d. Cle. attendentes.

Ritus in uiſitãdo.

Si viſitando monaſterium monialium ſecum non duxit notarium, & aliquos viros honeſtos, & maturos, vt tenetur. prædicta Clemen. attendentes, & ibi glo. de ſtatu mona. M.

Si exemptos, vel prædicatores, minores, carmelitas, & eremitanos, iniuſte moleſtauit non ſeruando eorum priuilegia, vt quia idoneos ſibi præſentatos ad audientiam confeßionum non admiſit caſus inconſuetos ſibi reſeruauit, vt magis laborent eos ad iudicium traxit, & non in cauſa hereſis, ad quartam pluſquam teneantur coegit, vel

alia huiuſmodi fecit contra. cle. dudum. de ſepul. cap. 1. & 2. de exceſſio. prælatorum. M.

Si manifeſtis vſurarijs alienigenis conceſſit domum ad fœnus exercendum aut tales de terris ſuis ſi quos habet infra menſes non expulit ſuſpenſus eſt de vſuris. c. 1. lib. 6. M.

Si contra formam iuris non aſtrinxit manifeſtos vſurarios vt vſura reſtituerẽt, pro vt eorum facultates patiebantur ſed certa quantitate cõtentus illos ad eccleſiaſtica ſacramenta, & ſcpulturam admiſit. contra c. quamquam. de vſuris. lib. 6. M.

Si ſcienter vel ignorantia craſſa abſoluit a ſententijs excommunicationum, ſuſpenſionum, vel interdicti, aut diſpenſauit in irregularitatibus, & caſibus reſeruatis papæ, cuius auctoritatem non habebat. contra c. cum illorum, & c. nuper. De ſenten. excomm. M.

Si ſumptuoſis ac voluptuoſis cibis vſus eſt. vel laycorum conuiuia frequentauit videtur mortale. Ar. c. gloria. 12. q. 2. & c. inter cętera. De offi. or. M. Ad multos tenetur Epiſ in ſuo officio.

Si neglexit ſalutem animarum nolẽs eis prouidere de prædicatore, & idoneis confeſſoribus, contra prædictum. c. inter cætera, videtur mortale. M.

Si in domo retinuit ſuſpectas mulieres,

vel cum illis habuit aßiduam conuerſationem, contra c. 1. & 2. de coha. cle. & mu. & c. cum ab omni. de vi. & ho. cle. M.

Si prælatus eſt temerarius ratione negligentię, per quã deponi poteſt, di. 21. dictũ, vel ratione puſillanimitatis canis mutus extrahens latrare nõ valens. 43. di. c. 1. vel ratione peruerſę ſocietatis 2. q. 7. peruenit, vel ratione nimie auſteritatis: de conſe. di. quinta, non mediocriter. Vel ratione male doctrinæ. 86. diſt. cum multa. Vel ratione prę ſumptionis in ius vocan. de conſtit. c. 2. 11. q. 3. temerarius, poſſunt eſſe cuncta peccata morta. M.

Si prælatus vel alius quicunq; pactũ fecit, vel aliquid promiſit, vel promißionem recepit, aut aliquid dedit, vel recepit occulte, vel manifeſte ſub verbis expreßis, vel nõ plene expreßis, aut generalibus pro aliquã iuſtitia, vel gratia pro ſe, vel pro alio in cauſis, iudicijs, vel pro litteris apud ſedẽ apoſtolicam obtinendis, tam promittentes, quã accipientes, & tam dantes, quã accipientes, & ſcienter vtentes dictis litteris excommunicati ſunt a ſolo papa abſoluẽdi, vt in extrauagãte Bonifacij. 8. quæ incipit excõmunicamus. Et tantum habet locũ in curia, vt patet ex eius verbis. Hanc alleg. Io. And. Io. de lig. & do. Ant. de But. in c. nemo: de ſimo. M.

Io. car. & Pe. de palu. dicunt extrauagãtem hanc reuocatam, quod mihi dubium eſt.

Si epiſcopus, vel alius prælatus nimium durus fuit pauperibus, & infirmis, quibus tenetur magis neceſſaria miniſtrare. 82. diſ. epiſcopus. 84. di. peruenit. M.

De Clericis in minoribus, vel in ſacris conſtituti.

Si ordinem quemcũq; ſuſcepit ſimoniace quamuis occulte, excommunicatus eſt, et per ſolum papam poteſt abſolui, & diſpenſari vt miniſtret in ordine ſic ſuſcepto, & in alijs etiam ante ſuſceptis, ſecundum Innoc. & Abb. ſicut in c. per tuas. 2. de ſimo. M. Quid de eo qui ſuſcipit ordines in excõicatiõẽ

In mortis tamen articulo poteſt abſolui ab inferiore, non tamen diſpenſari, de quo in extrauagantibus Martini. 5. & Eugenij. 4. Damnabile: Et cum deteſtabile.

Si eo ignorante alius pro eo ſimoniã commiſit, quoniam ordinem ſuſcepit ſuſpenſus eſt tantum ab ordine ſic ſuſcepto, non ab alijs rite ſuſceptis, ſecundum Innoc. & Abb. vbi ſupra. M. Quid dicendũ de eo q ſuſcepit ordines ſimonia ab alio cõmiſſa, acq; de ſuſcipiendo eos ab epõ ſimoniac.

Si non ſimoniace ſuſcepit ordinem, ſed ſcienter ab epiſcopo ſimoniaco caracterem ſuſcepit, non executionem ordinis, in quo ſo

lum per papā diſpenſari poteſt.1.q.1.ſi quis a ſimoniacis. ſed ignoranter per epiſcopum, ſecundū Hoſt. De hoc videatur ſupra in peccato Auaritiæ. M.

Qui diſpenſare poſsit in cenſuris eccleſiaſticis.

Si irregularis exiſtens, vt homicida, vel mutilator voluntarius, Bigamus, & huiuſmodi ſuſcipit ordinem ſuſpenſus eſt ab executione. Et per Papam tantummodo diſpenſari poteſt di. 50. miror. di. 55. mulier, & Ioan. An. in c.1. De biga. lib. ſexto. M.

De illegitimo q̄ ſuſcepit ordinis ante diſpenſat.

Si illegitimus ordinem ſuſcepit ſuſpēſus eſt ab executione niſi diſpenſetur. Qui tamen vt habeat perſonatus, dignitates, & curam animarum, tunc tantum per Papam diſpenſari poteſt, c.1. & vlt. de fil. presby. M.

De eo q̄ extra tēpora, & anni legitimā ętate, & ſine litteris dimiſſorijs ordines ſuſcepit.

Si extra tempora a iure ſtatuta, aut ante ætatem legitimam, vel abſq; dimiſſorijs litteris ad aliquem ordinem ſacrum fuerunt ordinati ipſo iure ſuſpenſi ſunt, & ſi ſic ſuſpenſi in eodem ordine miniſtrauerunt irregulares efficiuntur. vt in extraua. Pij ſecundi quæ incipit, cum ex ſacramentorum. M.

Ordinati tamen abſq; litteris dimiſſorijs, iuſta ſtilum camerę apoſtolicæ prædictas pœnas euitant.

De diſpenſatione circa ordines illegitime ſuſceptos.

Si a prælato prohibitus ſacros ordines furtiue ſuſcepit, tantum papa diſpenſat in executione eorum. Innotuit. de eo qui fur. or. ſuſcepit. M.

Eps vero diſpenſat in minoribus furtiue ſuſce

ſuſceptis, ſecūdum Hoſt. in c. De eō qui fur. or. ſuſce.

Si per ſaltum ordinatus eſt vt qui prætermiſſo vno ordine ſuſcepit ſuperiorem. Quod ſi non ex malitia, licet ex negligentia craſſa, quia infra annos diſcretionis ſuſceperat inferiorem ordinē, poteſt epiſcopus poſt iniunctam & expletam pœnitentiā diſpenſare, vt ordinem præmiſſum ſuſcipiat, ac miniſtret in omnibus. c. 1. de cle. per ſal. promo. Secus ſi per malitiam, vt ibi no. Abb. M.

Si eodem die ſuſcepit duos ordines ſacros ſuſpenditur ab executione vltimi. In quo tantum papa diſpenſat, & in ſequenti caſu. de tempo. ordi. c. innotuit. & ibi glo. M.

Si recepit eodem die ordines minores, & ſubdiaconatum, non licuit, quamuis omnes minores recipi poſſint, maxime ſi eſt de conſuetudine illius eccleſiæ. c. 3. eo. titu. & ibi glo. M.

Irretit⁹ aliqua cēſura, aut pc̄cō notorio vł aliqua deformitate mēbrorū quid debeāt facere.

Si in iudicio conuictus eſt, de quocunq; peccato notorio, vt furto, vſura, vel periurio: Et poſtea ordinatus eſt ſine diſpenſatione, quod fieri non poteſt vt in c. fi. de fur. & Abb. ſicu. ibidem & 23. diſt. maritum immo poſt peractam pœnitentiam ſine diſpenſatione Papæ promoueri non poteſt, ſecundum Richard. in 4. diſtinct. 25. artic. 6. q. 1. M.

Si in facie, vel manibus habet notabilem deformitatem, vt oculum erutum, abſciſum naſum, vel pollicem, ordinatus cum ſit contra iura di. 55. Si euangelica. & c. ſi quis a medicis. M.

Non tamen efficitur irregularis ſi ſuſpẽſus propter defectũ in corpore, propter quẽ promoueri prohibetur, promotus celebrat; ſecundum Abb. ſicu. in c. ſi celebrã. de cle. exc. mi. M.

An infamatus notorie vel mẽbris genitalib⁹ ꝑ ſe abſciſsis poſsit ordinari.

Si ſuſpenſus a iure propter infamiam nõtorie fornicationis celebrauit irregularis factus eſt; ſecũdũ Io. And. & do. Ant. de But. in c. veſtrã. de cohabitã. cleri. & mulie. licet Innoc. contra. M.

Si virilia, vel aliud membrũm ſponte abſcidit, & ſic factus irregularis ordinis ſuſcepit. 55. di. c. hi qui ſe. & c. Qui partem. M.

Factus vero eunuchus in perſecutione, vel egritudine ordinari non prohibetur. vt 55. di. ſi quis.

Item ſi abſciſſio membri a ſeipſo facta nõ inducit deformitatem, & hoc quia timebat ſecari ab alio, nec aliãs ſanari poterat, ſecũdum do. Domi. 24. di. in c. maritum.

Si ſemel obſeſſus a dęmone, vel oppreſſus morbo caduco, ſe in terram proſternens cõtra iura ordines ſuſcepit, ſecundum dom. Dom. vbi ſupra. M.

Si

Si ſciens, vel ignorans ſe excommunicatum ordinem ſuſcepit, ſuſpẽſus eſt ab illius executione, & per ſolum Papam diſpenſari poteſt, vt exequatur. Sed difficilius in primo caſu. c. cũ illorũ. de ſent. exc. M.

An excõicatus, & ĩ pctõ mortali exiſtens ſuſcipiendo ordĩnes peccet.

Si in peccato mortali exiſtens ordinem ſuſcepit, mortaliter peccauit. diſt. 95. Illud ſuperfluum. Magiſter in 4. diſt. 24. M.

Si in peccato mortali exiſtens miniſtrauit quodcunq; ſacramentum, totiens mortaliter peccauit. Richard. & Thom. in 4. di. 24. & de cle. excomm. min. in c. ſi celebrat. M.

Si non habuit ordinem in cuius officio ſolemniter miniſtrauit factus eſt irregularis, & ſolus Papa cum eo diſpenſare poteſt, vt aſcendat ad ſuperiores ordines, licet epiſcopus poſſit diſpenſare, vt miniſtret in iam ſuſcepto. c. 2. de cle. non or. & ſecundum Hoſt. in ſum. e. ti. §. fi. & Rich. in quarto. diſt. 18. artic. 7. q. 5. M.

Quis diſpẽſare poſsit illũ q in officiũ nõ ſuſceptũ miniſtrarent.

Si excommunicatus, vel ſuſpenſus ab officio vel executione officij, vel diuinis, vel celebratione miſſæ, vel interdicta ſunt ei diuina, ſiue ingreſſus eccleſiæ, & huiuſmodi, mininiſtrauit in alicuius ordinis officio, factus eſt irregularis, & per ſolum papam diſpenſari poteſt. c. cum medicinalis: de ſenten. excomm. & c. is qui. lib. 6. & c. cum æterni. de re iudic. eo. lib. Pet. de anch. in d.

Quõ diuerſis modis incurritur irregularitas.

c. cum medicinalis. M.

Tamen irregularis non efficitur ſi tantũ diuinis interfuit. Aut pſalmos, & antiphonas cantauit in choro. Aut miniſtrauit non ſolemniter, vt cantando epiſtolam ſine dalmatica, ſecundum eundem & do. Domi. in c. presbyterum. di. 28.

Si celebrauit in loco interdicto ſcienter non exiſtens ſuper hoc priuilegiatus, nec in caſu a iure concesſo. Irregularitatem incurrit. A qua niſi per Papam diſpenſari poteſt: de ſen. excõ. is qui. lib. 6. De hoc in prima parte. c. 3. M.

Qño peccẽt clerici in multis.

Si ceſariem vel barbam portauit aut coronam non detulit vt tenetur, ſi eſt in ſacris aut in minoribus, & velit gaudere priuilegio clericali, ſecundum Innoc. Io. & do. Domi. in c. ſi clericus. di. 23. de vi. & ho. cle. c. ſi quis. & c. ſeq. M.

Si veſtẽ nimis breuẽ, vel offenſionis arma portauit, vel luſit ad aleas, aut ſe laruauit. de vi. & ho. cle. c. clerici officia, & clerici arma. & c. cum decorem. M.

Si cohabitat mulieri de qua ſuſpitio eſt, non tantum extranea, ſed etiam conſanguinea, quod ei prohibetur. c. 1. & 2. de coha. cle. & mu. M.

Si celebrauit in loco non ſacro, vt camera, vel oratorio, ſine conſenſu epiſcopi, qui hoc ſine rationabili cauſa concedere non debet

bet. de conſec. diſt. 1. c. miſſarum. Ric. in 4. diſt. 13. Sco. & Alex. M.

In itinere tamen poſiti ſi eccleſia deeſt poſſunt celebrare ſub aere, vel in tentorijs cum tabula conſecrata, vt de conſe. diſt. 1. Concedimus.

An extra ecclesiã in extrema neceſſitate poſſit celebrare.

Si celebrauit in loco a iudice interdicto: Irregularitatem contraxit. de cle. excomm. min. poſtulaſti. Richar. vbi ſupra. M.

De pœ̃is circa miſſarũ celebrationẽ, vide oĩa ſequentia §.

Si in eccleſia ſanguine vel ſemine notorie polluta celebrauit irregularitatẽ non incurrit, ſed grauiter peccat. de conſe. ec. vel alta. c. ſi. M.

Vbi tamen eccleſiam occulte pollutam eſſe ſciat celebrando non peccat, præſertim ſi aliam eccleſiam in promptu non habet Ric. vbi ſupra.

Si celebrauit ſcienter, vel ignorantia craſſa ſuper altari fracto, vel non conſecrato, vel tabula mota, licet grauiter peccet: non tamen eſt irregularis. Richard. in ea. diſtinct. 13. vel lapide non capaci calicis, & hoſtiæ, ſecundum Pet. de pal. ea. diſtinct. M.

Super altare tamen non enormiter fracto licet celebrare: de conſecrat. eccle. vel alta. c. Quod in dubijs. Richar. eadem diſt.

Si ſcienter celebrauit ſine igne vel cal-

cia

ciamentis, aut veſtibus benedictis, quæ ſunt, Amictus, Alba, Stola, Manipulus, & Planeta, grauiter peccauit, non tamen eſt irregularis: De cele. miſ. c. fi. Ric. vbi ſupra. Et directoria lib. 1. ti. 7. §. 65. M.

De cingulo, ꝙ ſit benedictum, vel non, ſtatur conſuetudini, quamuis rationabilius eſſet illud benedictum eſſe. Richard. ea. diſtinct. 13.

Si ante matutinum, vel primam celebrauit grauiter peccauit ſecũdum Hoſt. in ſum. De cele. miſ. §. & qualiter directoria. lib. 1. ti. 7. §. 54. M.

Guliel. contradicit quo ad primam niſi eſſet contra conſuetudinem loci.

Si propter maleficium faciendum celebrauit, grauiter peccauit. 26. quæſtio. 5. quicunque. M.

Si non ieiunus celebrauit. 7. q. 1. nihil. De conſe. diſt. 2. Liquido. M.

Si conſecrauit in pane mixto, ita ꝙ non remaneat in natura tritica, licet ſit quædã tertia ſpecies, non fuit conſecratum. Ric. in quarto diſt. 11. M.

Cõſecrare ĩ pane quaſi corrupto quid.

Si conſecrauit in pane ſic corrupto, ꝙ in eo non eſſet ſpecies panis non fuit conſecratum. Ricar. vbi ſupra. M.

Si confecit in agreſto, vel vino ſic acido, ꝙ in eo nõ erat forma ſubſtantialis vini, nõ vere conſecrauit. Ric. ea. diſt. M.

In

In vino tamen vergente ad acidam qualitatem, in quo remanet forma ſubſtantialis vini confici poteſt. Rich. ibidem.

Si tantum aquæ miſcuit vino, quod non eſt conuerſa in vinum, non potuit eam conſecrare. Rich. vbi ſupra. M.

Si omiſit ponere aquam in vino ſcienter De conſecr. diſt. 2. in calice. M.

Si propter crapulam præcedentem, vel ebrietatem vomit ſacramentum: De conſe. diſt. 2. ſi quis propter ebrietatem. M.

Si ex magna incuria ſanguinem effudit de calice in terram, vel ſuper pallam. De conſe. diſt. 2. Si per negligentiam. M.

Si poſt pollutionem nocturnam procedentem ex cauſa mortali celebrauit eadem die. Thom. in 4. diſt. 9. de qua pollutione in peccato luxuriæ dictum eſt. M.

Si rariſſime celebrauit præſertim in ſolennitatibus magnis ſine rationabili cauſa, videtur mortale, ſecundum Ric. in 4. diſt. 13. art. 2. q. 2. M.

De defectibus in miſſa cõmiſsis, vide hæc oĩa ſupra.

Si plures miſſas eadem die in caſu non cõceſſo celebrauit grauiter peccauit. do. Anto. de Butr. in cap. conſuluiſti: De cele. miſ. M.

Si ante diluculum celebrauit ſine cauſa vrgentiſſima, vt propter dandum viaticum morituro, & cum epiſcopi diſpenſatione. Alex. de Ales. in quarta parte, tracta. De

Qui tamē principio vel fini horarum nō interfuit ex cauſa rationabili vel ſine malitia non tenetur illud ſupplere. Ioan. An. & Hoſt. vbi ſupra.

Si iuit ad horas canonicas intētione principaliter percipiendi quottidianas diſtributiones, ſimonia eſt mortale. Ab. ſicu. in c. extra de ſimo. M.

Quid de eo q ad horas conuenit ꝓpter diſtributiōes principalis.

Si dixit horas confabulando, ſyncopando, ac intermiſcendo ea quę ſunt expulſiua deuotionis, contra c. dolentes. mortale eſt ſecundum Duran. li. 2. parte. 2. q. 1. M.

Confabulando vel ſyncopādo, vel alio quouis mō diſtrahēdo an peccet.

Si locum ſacrum, aut ligna eccleſiæ conuertit ad vſum prophanum contra prohibitionem. 19. q. 3. quæ ſemel. de conſe. diſt. 1. ligna. M.

De lignis tamen eccleſiæ confici poteſt dormitorium vel alius honeſtus locus, aut comburi in coquina, ſecundum gl. in d. c. quę ſemel.

Si interfuit ludis, oſtentationibus, duellis, executionibus damnatorum ad mortem, & huiuſmodi, quod non licet. Ar. C. De epi. & cle. auct. interdicimus. ne cle. vel mo. c. ſententiam. do. Car. in clemen. 1. de ſta. monacho. §. porro. M.

Intereſſe ludis, duellis, ac alijs, ſimilibus an peccet.

De Beneficiatos.

S I conſequutus eſt beneficium ſim-

 plex

plex vel curatum, vel dignitatem eccleſiaſticam per ſimoniam conuentionalem occultam vel manifeſtam, papali excommunicatione ligatus eſt, & ad reſtitutionem fructuum tenetur perceptorum, vt in extrauaganti Martini quinti, quæ incipit. multæ. Et alia quæ incipit. damnabile. M.

De peccato ſimōię, quo ad epiſcopos.

Tenetur etiam ad fructus qui percipi potuiſſent, ſi ſimonia fuit conuentionalis, vel ſi fuit intruſus, ſecundum do. Abb. in c. grauis. De reſti. ſpoliato.

Tractat de ſimōia quo ēt ad clericos.

Vbi autem ſimonia tantum fuit mentalis, vt dando munera prælatis vel alijs, propter beneficia, & dignitates conſequendas tamē ſine aliquo pacto expreſſo contritione deletur. de ſimo. c. ſi. & c. tua nos. Quod Io. An. d. Ant. & Abb. Sicu. ſic intelligūt.

Si conſequutus eſt beneficium vel dignitatem eccleſiaſticam propter pecuniam ab amico ſuo ſimoniace datam ipſo ignorante, & poſtea ſciens non renunciat vt tenetur, ac fructus ſi quos percepit non reſtituat, deductis tamen expenſis factis cauſa fructuū acquirendorum. c. de ſimoniacc. & c. nobis. de ſimo. M.

Vbi vero ab amico in fraudem eo ignorāte, vel etiam ab amico eſſet pecunia data propter habendum beneficium ipſo ſciente & cōtradicente non ei nocet, ſi alias idoneus eſt. c. ſicut tuis. & ibi Abb. De ſimonia.

Si

Si filiusfamilias non dimittit beneficium quod pater eo tũc ignorante per pecuniam acquiſiuit, vt tenetur ẽt cum fructibus iam perceptis. Abb. ſicu. in d. c. ſicut nobis. M.

Si redemit vexationem quãdo non habet plenum ius in beneficio, vt in expectatiuis gratijs, aut ſi habebat plenum ius in eo, & poſſeßionem, deiectus fuerat a poſſeßione, ſimoniacus eſt, ſecundum Inn. Ho. Iõa. And. Abb. & do. Ant. de But. in c. ad aures: De ſimo. M.

Si vendidit iuriſdictionem ſpirituale͞ aut temporalem habentem dependentiam ab officio eccleſiaſtico, vt vicariam, præpoſituram, iconomatum, aduocatiam, vel rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem, ſeu caſtaldionatum, & huiuſmodi ſimoniacus eſt c. 2. ne præla. vic. ſu. & ibi Abb. ſicu. M.

Vendere tamen licet obuentiones epiſcopalis iuriſdictionis, ſicut, & alios eccleſiæ fructus, dummodo non vendatur exercenti illam iuriſdictionem, ſecundum Innoc. Bar. & Abb. vbi ſupra. M.

Si per ſuas preces beneficium ſimplex impetrauit indignus moribus, licet indigeat peccauit, vel ſi alias ſit dignus, ſed non indiget ſimoniacus eſt. ar. 1. q. 1. non ita. De ſimo. tua nos, ſecundum glo. in c. tuam: De ætate, & qua. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 100. ar. 5. Et directorium li. 3. De ſimonia. M.

Quid de eo qui bñficiũ precibus impetrauit.

Vbi autem dignus eſt moribus, et indiget preces porrigere licet ei. c. tua nos: De ſimo. & glo. in d. ca. tuam. & Thomas vbi ſupra.

Si preces pro ſe porrigit pro habenda dignitate, aut beneficio curato ambitioſus eſt, & ſimoniacus, licet moribus, alias, & ſcientia dignus ſit. ar. 1.q.1. Nullus itaq;. ſecundum gl. in d. c. tuam. quæ communiter tenetur a doc. vt dicit Ab. ſic. & Tho. vbi ſupra. Hoſt. & Gof. in ſum. M.

Si alterius precibus beneficiū obtinuit, cum ſit indignus ſimonia cōmiſſa eſt. 1. quæſtio. 1. de ordinationibus. quia ſuccedunt tales preces loco pręcij. 1. quæſtio. 1. ſunt nonnulli. glo. in ca. tuam. de ęta. & quali. M.

Vbi vero pro digno quis offert preces: ad quas reſpectus non habetur, ſed ad meritū licitæ ſunt. d. ca. tuam. 1. quæſtio. 1. quibus.

Simonia quoq; propter preces carnales per ſe vel per alium non inducit cenſuram eccleſiaſticam, nec ad renunciandum obligatur, ſi alia pactio, vel conuentio non interceſſit, ſecundum directorium vbi ſupra.

An q principaliter propter beneficiū ſeruiuit

Si propter beneficium habēdum ſeruiuit principaliter prælato, ſimoniacus eſt. 1. quæſtio. 1. ordinationes, & glo. in c. cum

eſſent

eſſent: De ſimo. Renunciare tamen non tenetur, niſi pactus fuerit ſeruire ei propter beneficium, ſi alias ſcientia, vel moribus fuerit dignus. concor. Alexand. de Ales, in ſecundo tracta. de ſimonia. M.

Plato fit ſimoniac⁹, & qui ſecundario fine.

Vbi autem dignus honeſto ſeruitio prælato deſeruit, ſpe ſecundaria habendi beneficium bene licet. vbi etiam epiſcopus alicui recepto, ad ſeruitium cameræ ſuæ promiſit certam mercedem, donec prouiderit ſibi de beneficio non eſt ſimoniacus, niſi ſpecialiter ſe obligauerit ad ſpirituale ſeruitium faciēdum. dom. Ant. in c. cum eſſent. de ſimonia.

Si beneficium habuit per potentiam domini temporalis contra prælati voluntatem intruſus eſt, & reſignare tenetur cum omnibus fructibus, ſi quos percepit vel percipere potuiſſet vero domino, niſi diſpenſetur a ſuperiore. de ele. nihil. de reſtit. ſpo. in literis, & ca. grauis, & ibi dom. Ant. de Butr. M.

Quō impetrantes bñficia peccent.

Si illegitime natus beneficium obtinuit ſine diſpenſatione epiſcopi, ſi eſt ſimplex, vel papæ ſi curatum eſt, vel dignitas, reſignare tenetur: De ele. innotuit. & cap. is qui. de fil. presbyte. lib. 6. M.

Si ſine auctoritate ſuperioris beneficium ſuum vel dignitatem cum alio permutauit

ſimonia eſſe putatur: de rerum permu. c. cũ vniuerſorum. & c. quæſitum. M.

Si renunciauit beneficio, vel dignitati cũ pacto, vt alteri daretur, ſimonia eſt, quia prohibitum. gl. in c. ex parte 1. de off. dele ga. M.

Vbi uero per officiũ iudicis aut bonis viris mediantibus recepta pecunia, vel penſione renunciauit prælati litteris ſimoniacum non eſt; de renun. c. ſane. & c. veniens.

Si pro pecunia ſibi danda, vel penſione renunciauit litteris conceßis a papa, ſuper prouiſione beneficij ſibi facienda, ſimonia eſt, ſecundum Innoc. & Hoſt. in c. ſane. de renuncia. M.

Si certo prætio emit ab epiſcopo, vt epiſcopalem poßit exercere iuriſdictionem, puta quia eſt archipresbyter, vel decanus, & ruralis, ſimonia eſt. c. 1. ne præla. vi. ſu. Sed nec fructus vel obuentiones iuriſdictionis epiſcopalis exercenti illam emere licet, ſecũdum Innocent. & dom. Ant. de Butr. in d. c. 1. M.

De locatione beneficij.

Si locauit fructus beneficij vltra triennium, aut dedit in emphiteoſim, nouę pęnæ nunc ſtatutæ ſunt, per extrauagantem Pauli ſecundi: quæ incipit, Ambitioſe: vt in 1. parte. c. tertio. M.

Beneficiati tenent curã habere Ecleſię rerũ.

Si eccleſiæ edificia, uel præbendæ ex negligentia ruere ſinit, vel poſſesſiones relinquit

quit incultas reſarcire de ſuo tenetur, ſi habet vnde, ſecundum Hoſt. in ſum. de pe. & re. §. quæ pœna.

Si beneficij fructus conſumpſit in pompis, comeſſationibus, & lxurijs, ſacrilegus eſt, & fur, & ad reſtitutionem tenetur, ſecundum Arch. 44. di. c. 1. & Alexand. de Ales in 3. parte in expoſitione 6. præcepti. M. De conſumptiõe bonorũ Eccleſiaſticorum.

Si bona beneficiorum tribuit conſanguineis non pauperibus, in foro conſcientiæ reſtituere tenetur, quia quicquid habent clerici pauperum ſunt. 16. q. 1. c. fi. quod incipit: quoniam. 12. q. 2. gloria. licet in foro contentioſo. Si talia erant bona quæ diſpenſare poterat, vt fructus, reſtituere non cogatur, clericis non reſtituentibus tenentur cõſanguinei. 11. q. 3. peruenit, hæc do. Cardin. & Matthæus in cle. vltim. de vi. & hon. cle. M. Sequitur trãctare in materia bonorũ eccleſiaſticorum.

De fructibus beneficij moderate tantum clericus donare poteſt, ſecundum Inn. Hoſt. Archi. do. Ant. de But. & Io. de imo. qui iſtos allegat in c. fi. de pecu. cle. Quo clericus poſſit donare bona eccleſiaſtica.

Si ſine cauſa legitima, vt infirmitatis, vel alia huiuſmodi non deſeruit eccleſiæ celebrando, & horas canonicas perſoluendo reſtituere tenetur, quicquid ex fructibus beneficij conſumpſit: ſecundum Innoc. Hoſt. Ioan. An. & Ioan. cal. in c. epiſcopus: Tenetur clericus eccleſiæ ſuæ deſeruire.

De præben. & eſt tex. in c. ſi canonici. §. 1. De off. or. in 6. & ibi Gemi. M.

De p ctis clericorũ circa multa, & habet in ſequẽtia. §.

Si non interfuit canonicis horis in eccleſia cathedrali, vel collegiata, in qua recepit ſimul cum alijs quotidianas diſtributiones quæ ibi dantur loco præbendæ, reſtituere tenetur niſi cauſa infirmitatis, & huiuſmodi excuſet eum: De cle. non reſi. c. conſuetudinem. li. 6. M.

Si ſuſpenſus quo ad ſe, & alios vt quia notorius eſt fornicator, aut alias ſuſpenſus, vel excommunicatus percipit fructus ad eorum reſtitutionem tenetur. Archi. in c. 1. 44. diſt. & do. Ant. de But. in c. veſtra: De coha. cle. & mu. M.

Si non fecit reſidentiam in beneficio curato, vel dignitate non diſpenſatus ex cauſa ab epiſcopo vt propter ſtudium, tenetur ad fructuum reſtitutionem. Arch. 31. di. in c. ſacerdotibus. M.

Si conſecuto ſecundo beneficio, & eius pacifica poſſeſſione cum fructibus, retinet primum etiam curatum quod nõ licet, nec valet quicquid agit in ſpiritualibus ĩ ipſo primo. Ant. de Bu. in c. de multa. De præben. & in c. dudum. de elec. M.

Si plura habet beneficia ſimplicia etiam cum diſpenſatione, cui ſecũdum ſtatum ſuũ pauciora ſufficerent, non excuſatur a peccato, propter diſpenſationem. gl. & do. Ant. de

Bu.

But.in c.non eſt:De voto.& Tho. ſecunda ſecundæ.q.185. M.

Si beneficium curatum accepit ante. 25. an. ſine diſpenſatione papæ,qui ſolus in hoc caſu diſpenſare poteſt. de elec. c. licet canõ. lib. 6. M.

Quid de eo qui beneficium curatũ ante 25. annũ accepit.

Si ſcientia, & moribus non ſit idoneus ad curam animarum,niſi renũciet videtur in ſtatu damnationis.c.cum in cunctis : de elect.& c.niſi cum pridem.§.pro defectu.de renun. M.

Quocunque mo nõ idoneus ad beneficia tenẽtur renũciare.& quis dicit idoneus.

Sufficiens ſeu competens literatura dicitur,cum quis ſufficit ad ea quę ſibi imminẽt expedienda,ſecundum loci,& perſonarum ſubiectarum qualitatem.de elec.c.in cauſis. §.fi. De quo ſupra in prima parte.c.2.habes. M.

Si exegit prętiũ pro conferẽdo baptiſmo, chriſmate, aut oleo chriſmatis,pro collatione euchariſtiæ,pro confeßione,pro abſolutione ab excõmunicatione, vel a peccatis, ꝑ benedictione nuptiali, & huiuſmodi ſimoniacũ eſt.1.q.1.dictũ.& c.baptizandus,& c.nullus.& 1.q.2.quã pio.de ſimo.c.ca quę. & c.ad apoſtolicam. M.

Prætiũ exigere pro ſacramẽtis adminiſtrãdis an ſit peccatum; & quid de conſuetudine in accipiendis eleemoſinis pro ſacramẽtis.

Vbi tamen eſſet cõſuetudo ex mera populi liberalitate inducta,vt aliquid detur ſacerdoti pro ſacramẽtis, vel ꝑ exequijs mortuorum, vel pro benedictione nuptiali, & huiuſmodi collatis prius talibus liberaliter

per

per ſacerdotem poſſet compelli populus per epiſcopum ſeruare dictam conſuetudinem, quę decennio introducitur.c. ad apoſtolicā, & c.ſuam.de ſimo.vbi Abb. ſicut prædictā ponit.

Si habēs vitæ ſumptus tenebatur ad miſſam celebrandam rerum beneficij, quod habet in titulum aliquid exegit pro celebrando, ſimoniam commiſit.1.q.1 iudices. M.

Nō habens neceſſaria p ſuo victus, an poſſit alio mō ea acquirere.

Vbi vero non tenetur & deficiunt ſumptus, poteſt pro ſuo labore pecuniam recipere, non cum pactione interueniente, nec habita principali intentione ad hoc. Alex. & Ric. ubi ſup. Io. An. & do. Ant. de Butr. & Abb. in c. ſignificatum de præben.

Si duas vel plures miſſas celebrauit ī die ſine cauſa legitima contra ca. conſuluiſti. & ibi gl. ac doc. de ce. miſ. M.

Si eadem die celebrauit miſſam de feſto occurrente, & aliam pro defunctis, contra ſtatutum ſinodale, vel prouinciale, vel conſuetudinē ibi exiſtentem grauiter peccauit: alias tamē licet Monal. in verbo miſſam. M.

Qua caſu abſque pctō poſsit quis miſsas duas celebrare.

Si celebrauit ſecūdam miſſam eadem die propter ſuperuenientiam magnæ perſonæ, vel epiſcopi, vel propter peregrinos, hoſpites, communicandos infirmos, ne ſine viatico decederent, vel propter neceßitatem nuptiarum, cum tempus laberetur, et ibi alius erat presbiter, qui occurrentibus talibus celebrare

lebrare potuiſſet mortale eſt, ſecundum do. Anto.in c. conſuluiſti: de cele.miſ. M.

Deficiente tamen ſacerdote alio poteſt presbyter ſecundam miſſam celebrare eadē die. ſi perfuſionem non ſumpſit in prima. c. 1. & c. ex parte de cele. miſ.

Si ob lucrum vel adulationem eadem die celebrauit ſecundam miſſam. contra.c. ſufficit: de conſe. diſt. 1. & d.c. conſuluiſti. ſimoniacum eſt, & mortale. do. Ant. & Mona. vbi ſupra. M.

Si ſepelire noluit corpus defuncti, niſi tātum ſibi daretur vel cautio de hoc fieret ſimonia fuit. 13.q.2.quæſt a. & Ant. de But. de ſepul. in c. abolendæ. M. De ſepultura, & exequijs mortuorum.

Facere vero pactum de redimēdo lectum, pannos, equos, & huiuſmodi antequam defunctus ſepeliatur non eſt illicitum, niſi propter hoc ſepultura negatur, quia temporalia ſunt, vt dicit Hoſt.

Si taxauit prætiū maius, & minus ſepeliendo in eccleſia, vel extra, ſimonia eſt: de ſimonia. c. audiuimus. & c. ſicut: & ibi Hoſt. M.

Si vult maius prætiū pro pulſando vnā cāpanam quā aliam, vel pro portando vnā crucem quā aliā. Hoſt. vbi ſup. M.

Si pro anniuerſario celebrādo fecit pactum velle tantā vel tātā pecuniā ſimoniacum fuit. Rich. in 4. diſt. 25. M.

Dicunt aliqui eos excuſari a ſimonia qui quadam ſimplicitate conueniunt dare certam pecuniæ quantitatem pro tot miſſis dicendis, quia potius per modum elemoſynæ eius pecunia dari pie debet interpretari, quã ꝙ emere intendant, quod & verum puto ſi de hoc interrogati, ita reſpondeant ſe intendere, alias ſi intelligunt pecuniã eſſe prætiũ miſſarum non videntur excuſari a ſimonia, licet per ignorantiã faciãt, quia ignorãtia, in hoc quod eſt iuris diuini nõ excuſat, vt in c. per tuas. el. 3. de ſimo. Immo nec mulieres, nec monachi ob hanc ignorantiam excuſantur, vbi ſaltem ſemel in anno talia prædicantur, ſecundum tex. ibi dom. Anton. in c. veniens eo. ti.

Si propter eius negligentiã quiſquã parochianus eius mortuus ſit ſine ſacramẽtis pęnitẽtię & viatici. Alex. de Ales in 2. tract. de negligentia. & arg. c. quæſitum: de pę. & remiſ. M.

Si eucharistiam dimiſit corrumpi, aut non tenuit ſub fideli cuſtodia, vt percipitur De cuſt. euch. c. 1. M.

Si miniſtrauit viaticum in probabili periculo euomendi infirmo, qui vz. tuſſim habeat, aut nil retinebat. Alexand. vbi ſupra. M.

Si audiuit confeſſionem non ſibi ſubditi, vel abſoluit a peccatis, vel cenſura: de qui

quibus auctoritatem non habebat.de pe. & re.c.omnis.in cle.dudum. §. ſtatuimus: de ſepul. M.

Si abſoluit volentem in peccato perſeuerare, vel aliena non reddere, vel concubinã non dimittere: de pę.& re. quod quidam. M.

Si verbo vel ſigno, vel quouis modo penitentis peccata ſine eius licentia, de qua in prima parte. cap. 7. reuellauit. di. c. omnis. M.

Si ſine legitima cauſa prohibuit ſubditos ſuos habentes diſcretionis annos eucharistiam ſemel in anno accipere, contra di.c.omnis. M.

Si neglexit inducere ſubditos ſuos ad cõfeſſionem, cum teneatur ex officio ad talia. Rich. & Tho. in 4. diſt. 15. M.

Vtiles doctrina parochis pro ſuo officio exercendo, ac quõ peccẽt, omittẽdo ea, quę ſuo oneri neceſſaria ſũt, & hęc oĩa ſunt ĩ ſequẽtibus §. uſq; ad finem huius cap.

Si commutauit vota non habens auctoritatem epiſcopi, cuius hoc eſt officiũ, vt in c. 1. de voto. M.

Si interfuit matrimonijs clandeſtinis contra. c. cum inhibitio. de clande. deſpon. M.

Si ſcienter benedixit ſecundas nuptias, vel clandeſtinas. contra.c.1. & c. vir autẽ. extra de ſecun. nup. M.

Si a muliere in neceſſitate baptizatum, & ritè ſcienter rebaptizauit, cõtra.c.rebaptizare.de conſen.di.4. M.

Si baptizauit cum chriſmate non nouo

uo.i. eiuſdem anni non exiſtentem in artic. mortis. de conſe. diſt. 4. Si quis. M.

Si ſubditos non induxit ad bonos mores, exemplo honeſtatis, notorios peccatores, vt concubinarios, & vſurarios verbo virtutis non correxit publicè, aut priuate, ſecundum Sco. in 3. diſt. 25. M.

Diligenter a parocho per lege quę tibi neceſſaria ſunt vt ignē ęternū nō habeas.

Si diuinas, & maleficas ſuæ parochiæ corrigere potuit, & neglexit. 26. q. 5. perue nit, & c. contra. M.

Si propter quæſtum dedit indulgentias in ſua eccleſia, cum non poſſet, aut pronunciauit cum non eſſent. ar. ca. cum ex eo. De pęn. & re. mortale eſt. M.

Si permiſit quæſtores in ſua eccleſia pronũciare falſas indulgentias ad participationem quæſtus, mortale eſt. Et tenetur quicquid ex hoc accipit. Ar. d. c. cum ex eo. & in cle. abuſionibus: De pęn. & re. M.

Si vſurarijs alienigenis publicè vſuram exercentibus domos ſcienter locauit, vel alio tit. conceſſit excommunicatus eſt: De vſu. c. vſurarum. lib. 6. M.

Si aliquem induxit, vt voueret, iuraret, vel promitteret eligere ſepulturam in eius eccleſia, vel electam non mutare, papali excommunicatione ligatus eſt. cle. cupientes: De pen. M.

Si ſcienter & ſpontæ participauit excommunicatis a papa, recipiens eos ad diuina:

De

De ſen. excom. ſignificauit. & papalis eſt ę ęcommunicatio. M.

Si falſauit litteras Papæ; aut ſcienter falſis vſus eſt; vel amouit vnam litteram, aut punctum de eis, papali excommunicatione ligatus eſt, De cri. fal. ad falſariorum. M.

Si tempore interdicti ſepeliuit in cimiterio, in caſibus non conceſſis a iure, aut ſepeliuit publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, excommunicatus eſt. cle. 1. De ſepul. M.

Si decedens in mortali propter humanũ timorem ſepeliuit in cimiterio. 13. quæſtio. 2. c. quibus, & c. pro obeuntibus. M.

Si ſuſpenſus ab homine vel canone, vnde ſe, & ſuos alat percipere poteſt de fructibus beneficij, ſed excommunicatus nihil; De app. c. paſtoralis. gl. in c. ſtudeat. ſuper verbo. Et ſui. di. 50. M.

De Prælatis Religioſis.

Si ambitione quæ oculos excecat appetijt prælationem, vel molitus eſt conſcendere ad eam, ſiue regularem, ſiue ſecularem per viam ſecularium, vel fratrum. 1. q. 1. nullus per ambitum. diſt. 40. quicunq;, & De pl̃atis, ꝑlatorum religioſorũ vide oĩa. §. ſequẽtia, & ad quæ teneantur in cõſciẽtia.

de

de elect. quorundam. lib. 6.

Si non eſt canonicæ electus, vel per ſimoniam. d. c. quorundam. & c. nullus. & de ſimonia per totum. de ætate, & qualita. in c. tuam. M.

Si malo exemplo ſcandalizauit, ſi non tutor ſubditorum, & paſtor, ſed carnifex, & tyrannus non miniſter: ſed dominus non benignus, & affabilis: ſed durus & inexorabilis, non cęteris fratribus vniformis: ſed difformis, & ſingularis in eſu, & veſtitu, camera, & huiuſmodi, non aliorum curam gerens: ſed ſeipſum delicate nutriens, ſpiritualibus, vel corporalibus fratrum infirmitatibus non compatiens: ſed in cunctis impatiens, talis merito prælati nomen amittit. 26. q. vlt. alligant. 11. q. 3. præcipue. 81. di. nemo. 1. q. 1. vulnerato. 1. q. 4. pulſatus. 45. di. licet. & c. nonnunquam. diſt. 74. quorundam. M.

Si negligens eſt circa ſalutem ſubditorũ mortale eſt peccatum, quia ſanguis eorum exquiretur de manibus ſuis. de offi. ordi. irrefragabali. Tacens enim conſentire videtur. 43. diſt. ſit rector. do. Card. in cle. 1. de vita & hon. cler. M.

Si nimia ſeueritate etiam in verbis exceſſit contra ſubditum poteſt eſſe mortale. ar. 45. diſt. nonnunquam. & c. diſciplina: de conſe. diſt. 5. non mediocriter. M.

Si

Si ob ſeueritatem vel indiſciplinatam loquacitatem eſt occaſio, vt ſubditi ex fragilitate peccantes in caſibus ſibi reſeruatis ad eum recurrere non audeant, ex quo quaſi cogantur in peccatis morari, ac de peccato in peccatum ruere. contra c. non mediocriter. de conſe. diſt. 5. 74. diſt. quorundam. 43. di. ſit rector. Vber. in expoſitione regulæ minorum fratrum. & Ric. in 4. diſt. M.

Si peccatum ſubditi infamatorium cum eſſet ſecretum deduxit in publicum, contra c. ſi peccauerit. in fi. 2. q. 1. vbi dicitur, ſecretum peccatum in ſecreto arguimus, vt vbi contingit malum ibi moriatur. M.

Si manifeſta peccata, & alijs ſcandaloſa cum potuit noluit manifeſtetur agere contra. d. c. ſi peccauerit, & 1. c. de acc. & c. 1. De pœn. & remiſ. M.

Si ſubditorum delicta contra regulæ ſuæ, aut conſtitutionum ordinis præcepta ob negligentiam vel affectionem particularem, vel munuſcula diſsimulauit. di. 43. Epheſijs. diſtinctio. 83. Error. De ſimo. cap. licet hely. M.

Si timens deteriorationem ſeu turbationem ſubditi: ideo ceſſauit a correctione non excuſatur, quia corrigendus eſt, qui renuit ſe emendare, vt per pœnas deſiſtat. Et vt ſeruetur ordo iuſtitiæ, & per hoc prouideat bono communi. Thom.

ſecunda ſecundæ q.35. M.

Si cauſa correctionis fecit verberari clericum ſubditum à laico, per quem etiam intelligas religionis conuerſum, quando per clericum alias poterat illum corrigere, tutus non eſt ab excommunicatione.c. vniuerſitatis. de ſen. excom. & ibi do. Ant. & Archi. diſt.25.in prin. M.

Si ex incuria neglexit corrigere ac inducere ſubditum valde negligentem veniendi ad chorum ſine iuſta cauſa, vt eſt infirmitas, vel alia iuſta occupatio, vt ei imponitur. Et ꝙ etiam per cenſuram compellere poßit huiuſmodi negligentem. cle. 1. De cele. miſ. per quod & clericus deponi poteſt, vt ex text. 92. di. ſi quis presbyter. M.

Ante finem diuini officij, licet tamen chorum exire ex rationabili cauſa, ſecundum glo. videlicet quando fatigatus eſt ſpiritus cauſa recreationis, & ſine aliorum ſcandalo fiat, vt in ea. cle. circa prin.

Si exegit aliquid temporale pro ingreſſu religionis ſimoniacus eſt. 1. q. 2. quam pio. Et excommunicatus, vt in extrauaganti Martini quinti, quæ incipit vniuerſis. M.

Si recepit ad religionem eum qui vxorē dimiſerat propter adulterium etiam notorium non ſeparato matrimonio per ſententiam iudicis, vt oportet, vnde non tenet ingreſſus. Ar. ca. quidam. De conuer. coniuga.

iuga. do. Abba. in c. fi. de adulte. & dom. Ant. in c. cum ſis; de conuer. coniu. M.

Si cauſam litigantium tanquam iudex vel arbiter aſſumpſit & diffiniuit, quod ei prohibitum eſt, ſecundum glo. in l. cum præ tor. ff. de iudi. 16. q. 1. monachi. M.

Si iuſſit pannos nouiciorum eis ignorantibus alicui donari, quod eſt contrectatio rei alienæ, & ſeruari debent omnino. ſecundum do. Anto. in c. ſuper eo. de regula. M.

De Prælatis ordinis minorum.

S i ſolicitam curam habere noluit, vt tenetur pro infirmis fratribus, & induēdis ob quod notabiliter paſſi ſunt. cle. exiui. §. vt autem. de verb. ſi. M. Qūo prælati ordinis minoris tenentur ſuū officium diligenter traƈtare

Si pro vlla re temporali in iudicio litigauit vel aſtitit aduocatis perſonaliter, & procuratoribus pro ſe in curijs litigantibus. e. cle. §. cunq; annui. M.

Si procurauit ſuo conuentui, vel loco hæreditatem vniuerſalem relinqui, vel tantā eius partē, ꝙ præſumi poßit hoc fieri in fraudem, quaſi ſub modo, & forma legati dimitti ſibi facere, ea. cle. §. cupientes. M.

Si fuit executor teſtamenti, vel codicilli intromittendo ſe de diſpenſatione, de vſuris & male ablatis reſtituendis. d. §. cunq; annui. M.

Si teſtator in teſtamẽto dixerit, ꝙ executores ſui ſine conſilio guardiani, vel alterius fratris nihil diſpenſent inter pauperes, & huiuſmodi, quod fratribus non eſt licitum. §. verum etiam. cle. exiui. & iterum ſit quicquid in contrarium fecerunt. ſi contrarium fit non valet. ſecundum Bal. in auct. ingreſſi. C. De ſa. ſanc. eccle. M.

Si acceptauit annuum redditum perpetuum. contra. §. cunq; annui. ea. cle. M.

Hoc verum ſiue immediate fratribus relictum ſit, ſiue mediate, vt quia hæres teſtatoris, vel hoſpitale cui teſtator bona reliquit annuatim teneatur ad hoc legatum quod perpetuum eſt, ſi ad decennium extenditur ſecundum glo. in cle. I. De re. ec. non alie. Fed. de ſenis in conſilijs.

Vbi vero pro ſacrificio altaris, vel pro oleo lampadarum, & huiuſmodi ad diuinũ cultum legatum fratribus fieret, acceptare non eſt contra regulam, ſecundum Fed. de ſenis. vbi ſupra.

Si prælatus in loco vbi cognoſcit, ꝙ fratres quottidianis mendicationibus vitam tranſigere poſſunt congregauit frumentum in horreo, vel vinũ in cellario. Contra tex. cle. exiui. §. rurſus. M.

Miniſter tamen, & cuſtodes cum conſilio diſcretorum, & antiquorum ſacerdotum loci, vel conuentus, tunc tantum, quando

eſt multum credibile ex iam expertis, ꝙ quotidianis mendicationibus non poſſent vitæ neceſſaria inuenire, poſſunt de congregatione facienda prædictorum conſilio determinare tex. in eo. §. rurſus.

Si in prouiſione rerum neceſſariarum forma paupertatis exceſſa ſit in rerum quantitate, vel qualitate, vel diuturnitate, contra regulam eſt. Quatuor magiſtri. M.

Si fratribus ſufficit parum, vile, & deſpicabile, multum ſumptuoſum, & ſpecioſum fratribus omnino ſuperflua reputãtur abunde, delicioſa, curioſa, & mollia in vſu ſunt magis paupertas ridiculoſa, quam ſanctißima, quam in regula profeßi ſumus. Auctor conformitatum. M.

Si dedit licentiam deponendi pecuniam pro aliquo fratre contra regulam, & eius declarationes eſt. Item ſi diſpenſat cum fratre in peculio. Quod prꝫlati religioſorum habentium in communi facere non poſſunt. c. 2. & c. cum ad monaſterium. De ſta. mona. Aluarus. M.

Licentia ideo petitur a prælatis minorũ, quia pure, & fideliter debent ſcire determinare pro quibus veris neceßitatibus ingruẽtibus pecunia deponatur, quia nec aliter declaratione regulæ concedunt, vt in Clemen. graui. §. porro. Aluarus vbi ſupra.

Si depoſitam a domino pecuniam in deter minata fratrum neceßitate conuertendam, Prælatus ſine expreſſa illius voluntate, aut eius hæredis, vel diſpenſatione papæ, in aliã rem, aut neceßitatem commutare voluit, contra declarationem regulæ, & cle. Quia contingit. de religio. do. fecit. Quatuor magiſtri. M.

Si depoſitam pecuniam pro fratre ab eodem dum moritur fecit ſibi, vel conuentui aßignari contra regulam eſt, cum ad deponẽtem, vel eius hæredem reuertatur, ſecundũ declarationem Nicolai tertij. Aluarus vbi ſupra. M.

Si ordinauit vel fieri iußit cipum, vel trũchum ad recipiendum pecunias oblatas. cle. exiui, §. porro. M.

Si ad amicos ſpirituales vel pecuniarum depoſitarios, aut locorum procuratores recurrat pro pecunia expendenda, aliter vel præterquam pro vera, & occurrente neceſſitate, vt ſi pro re vana ſumptuoſa, curioſa, vel non neceſſaria expreſſe eſt. Contra. d. §. porro. Aluarus. M.

Si iußit ſubditum mendicare pecunias in fratrum neceßitates conuertendas, qui ſua auctoritate ſubſtituit aliquem ad recipiendum pecuniam, quod eſt per interpoſitam perſonam illam tangere. Contra regulam, verba quattuor magiſtrorum. M.

Sindicus vero loci a ſede apoſtolica conceßus, cuius officium tãtum eſt eleemoſynas pecuniarias reducibiles ad pecuniam reſeruare, & expendere, & legata loco vel conuentui relicta in iudicio vel extra iudicium proſequi, non videtur poſſe dare famulũ ſimpliciter fratri pecuniam quæſtuanti, vt cũ offerat dantibus eleemoſynam pecuniariã, Contra declarationem Nicolai. Nam ſindicus contra regulam vel eius declarationes nihil facere poteſt nec debet, vt in conſtitutionibus Martini quinti. M.

Si voluit ſubditos mendicare non ad neceßitatem, ſed ad ſuperfluitatem notabiliter, quoniam ſic eſt alienum accipere. auctor conformitatum. M.

Si prelatus vel alius frater minorum induxit vel ſuaſit volentem ordinem ingredi ad dandum ſibi vel conuentui de ſuis bonis, aut conſuluit ei circa diſtributionem. cle. exiui. §. cæterum quia. M.

Vbi autem ingrediens ordinem inſpiratus a Deo fratri minori vel conuentui de bonis ſuis eleemoſynam faceret, licet eis recipere. vt in eo. §. cæterum quia.

Si ſecum in itinere duxit burſarios ad victum habendum. Contra regulam minorum eſt, ſecundum Alua. li. de planctu eccleſiæ. M.

Ducere tamẽ eos ſecũ liceret, vbi per pu-

ram obedientiam non extortam cõtingeret eum ire per regiones inhumanas, in quibus veriſimiliter eleemoſynam eſibilem mendicando non reperiret. Alua. ibidem.

Si veſtem, zonam, ſiphum, annulum, vel quodcunq; aliud accepit, intentione, vt auctoritate ſua vendatur pecunia; ſecundum apoſtolicam conſtitutionem; quæ in regulã fratrum minorum eis prohibita eſt. quattuor magiſtri. M.

Si geminam veſtem, bladum, vel aliud prætio a ſe ęſtimata dedit pro alia re emenda, pecunia eſt. In regula minorum prohibita. quattuor magiſtri. M.

Si ſuſtinuit fieri eccleſias, vel edificia locorum, & conuentuum exceßiua notabiliter in ſumptuoſitate, ſeu curioſitate, magnitudine & multitudine conſiderato numero fratrum ibi habitantinm, cum temperatis, & humilibus edificijs fratres contenti eſſe debeant. e. cle. §. hinc. M.

Si potuit, & non prohibuit ne in locis fratrum, & conuentibus tolleretur ſuperfluitas, & præcioſitas nimiaq; curioſitas paramentorum, & vaſorum ad diuinum cultum pertinentium. ea. cle. §. quamuis. M.

Si cum potuit non fecit a fratribus obſeruari arctos vſus rerũ, & pauperes ad quos fratres ex profeßione ſuę regulæ obligantur e. cle. §. ex præmißis. M.

De

De obligatione celebrantium Miſſas pro alijs.

SI obligatus ad dicendum miſſam pro elemoſyna accepta, celebrauit vnam miſſã pro iſto, & pro alijs ſimul, nec illi declarauit ſe ſic celebraturum non ſatisfecit obligationi. Scot. in quolibet. & Franc. de mayro. in 4. diſt. 21. M.

Neceſſaria doctrina ꝑ ſacerdotib⁹, miſſam celebrantibus quõ ſe gerere debeât in hoc negotia legendũ eſt vſq; ad finẽ cap.

Si liberaliter promiſit pro aliquo miſſam celebrare, & eãdem miſſã celebrauit etiam ꝑ alio, nec verba ſuæ promiſſionis ſtare poſſunt, cum iſto intellectu ſine mendacio, puta dixit celebrabo vnam miſſam deceptor eſt, quia verba accipienda ſunt ſecundũ intellectum cõmunẽ quẽ ſolent recte intelligentibus facere. c. ex litteris. primo. de ſpon. Scot. vbi ſupra. M.

Debet ergo in hoc caſu, & in pręcedẽti dicere eis quibus ꝑmittit celebrabo pro te ſimul, & pro alijs, in eadem vel eiſdẽ miſſis, vt liber ſit ab onere cõſciẽtiæ. Quia nõ tãtũ valet vna miſſa dicta ꝑ duobus, quãtũ ſi vna pro ſingulo diceretur, nam merito finito, & limitato ſacrificij ſecũdũ plenã iuſtitiã adequatæ reſpõdet aliquod præmiũ determinatum ad certum gradum. Præter .n. partẽ meriti, quæ debetur celebrãti ſpecialiſſime:

Et præter illam quæ debetur vniuerſali eccleſiæ generaliſſime eſt tertia pars quæ debetur illi pro quo ſpetialiter celebratur. Sed pars iſta in plures diſtributa minus valet omnibus, quã ſi uni ſoli applicaretur. Sco. in quolibet.

Si propter elemoſynam acceptam, obligauit ſe ſimpliciter dicere anniuerſarium, vel miſſas ſancti Gregorij. Et poſtea partem aliquam meriti dictarum miſſarum alteri etiã applicauit, nõ ſatisfecit, eo ꝙ dans elemoſynam intendit eum obligare ad id quod eſt ſibi vtilius, vz. ad tribuendum totum meritum perſonale, & virtutem ſacrificij defunctis ſuis, dum tamen ipſum ad illud liceat obligare. Et hoc licet, quia non eſt contra charitatem ꝙ vnuſquiſq; bonum ſpirituale ſibi procuret ſine præiudicio alterius quantum poteſt. Sco. in quolibet. M.

Prædicta intellige vera quando celebrãtes ſunt pauperes religioſi, vel ſacerdotes non curati, vel prædicti conſuetudinem habent ſimul in eadẽ miſſa pro multis quibus propter elemoſynas ab eis receptas tenẽtur celebrare, & hæc conſuetudo miſſas requirenti non eſſet, vel ſi ignota vel ei explicata contentaretur, vel ſi ſit eccleſia regularis, vel ſecularis collegiata, in qua pro ibi ſepultis anniuerſalia ſolent celebrari, cõtingatq; eodem die vnam tantũ miſſam celebrari ꝑ

an

anniuerſario,& pro defunctis miſſas requirentis,quia intelligitur facta promiſsio ſalua laudabili eccleſiæ conſuetudine. Secus vbi eccleſia eſt parochialis,tenetur.n. ſacerdos prædictam conſuetudinem ignoranti nõ tificare,aut miſſas promiſſas per alium ſacerdotem dicere, quia ipſe eodem die miſſam anniuerſarij celebrat. Sco. in quolibet.

Si obligauit ſe ad celebrandum miſſas in teſtamento relictas, aut in pęnitentia iniunctas,aut ex voto promiſſas,& in eis etiam pro alijs celebrauit nõ ſatisfecit, quia cum in prædictis totum meritum ſit applicandũ ſecundum intentionem teſtatoris, confeſſoris, & vouentis,diminuere illud non poteſt celebrans, aut celebrare faciens eo ꝙ in talibus per ſuperiorem tantum ex cauſa commutatio,vel limitatio fieri poteſt. vt habetur in cle. quia contingit. de reli. do. & in c.1. De voto. M.

Si pro elemoſyna accepta obligauit ſe ad miſſas dicendas,cum iam dotantibus eccleſiam,vel alijs certis perſonis ſit ſpecialiter obligatus,ad certum numerum miſſarũ per totum annum dicendarum in ſua eccleſia, decipit, & non ſatisfacit. Scot. in quolibet. & de hoc videtur caſus in c. ſignificatũ eſt:de præben. vbi concluditur ꝙ qui obligatus eſt ex conuentione pro aliquibus quotidie celebrare,alijs ſe nõ poteſt obligare.M.

Meritum ergo miſſæ finitum eſt, quia ibi euchariſtia oblata acceptatur a deo. Non reſpectu Chriſti, vt immediate ſe offerentis, ſicut in paſſione, quæ ideo fuit infiniti meriti. Sed ratione voluntatis eccleſiæ generalis, quæ quidem habet rationem meriti finitam, vel etiam ſi ratione Chriſti inſtituentis & dantis ſibi valorem, & acceptabilitatem adhuc non ęque acceptatur ſicut paſſio Chriſti, & ſic habet meritũ infinitũ cui correſpondet bonum debitũ virtute ſacrificij. Sed cum euchariſtia acceptatur nõ præciſe ratione rei contente: ſed reſpectu bonę voluntatis offerentis ſic eſt ibi, ſecundũ meritũ. ſ. perſonale aliud a virtute & merito ſacrificij iuxta illud Gen. quarto. Reſpexit ad Abel & munera eius. Sco. in quolibet, & Frã. in 4. di. 21. Vbi ait meritũ miſſæ eſt bonũ finitũ & limitatũ, qa ſi eſſet eiuſdẽ efficacie ꝑ duobus, ſicut pro vno ſequeretur, ꝙ pro infinitis ſe extenderet illud bonũ. Et qualibet die liberarẽtur omnes, tunc ab eccleſia pro vna miſſa dicta pro vna anima, quod falſũ ęſt, quinimmo et ſuperfluũ eſſet purgatoriũ tunc ponere. Quod hæreticum eſt ſentire.

Curati qui ex inſtitutione eccleſiæ tenentur celebrare pro ſuis parochianis, & ſacerdotes inſtituti ad celebrandum pro ſuis collegijs, vel conſortijs, vel pro dotãtibus eccleſias, & monaſteria, vel altaria, vel dicere

tot

tot miſſas in hebdomada, vel qui ſpecialiter ſe obligarũt dicere tot mißas pro aliquo propter elemoſynã ſibi collatã, quouſq; primo non ſatisfecerint prædictis quibus obligati ſunt, alijs ſe ad celebrandũ obligare non poſſunt. Sco. in quolibet: cum quo comuniter conueniunt Tho. Ric. ſan. Bon. Pet. de tarã. Pe. de palu. cæteriq; theologi in 4. di. 45. Io. And. poſt Inn. & Hoſt. Io. cal. do. Ant. de But. do. Card. Io. de imo. & Abb. ſicu. & communiter cæteri canoniſtæ in c. fraternitatem. De ſepul.

De Nouitijs religionem egredi non valentibus.

S. 1 Monaſterio dedit aliquid temporale pro ingreßu religionis ex pactione, vel conſuetudine, vel prætextu paupertatis, ſimonia eſt. c. non ſatis. & c. quoniam: De ſimo. Et ligatus eſt papali excommunicatione, & qui eum recipit. & ſi eſt conuentus, vel capitulũ oẽs ſunt ſuſpẽſi, vt in extrauaganti Vrbani 5. quæ incipit. In vinea. M.

De pctis nouitiorũ non valentibus egredi religionẽ, vide & plege maxima diligẽtia o Nouitie ſequẽtia oĩa. §. ea. n. tibi magnã vtilitatẽ, & vberiorem fructũ afferent.

Per modum tamen cuiuſdã proteſtationis recipiens, dicere poteſt quando monaſteriũ eſt tenue. Nõ habemus quid tibi demus pro victu, niſi tu portes tecum vnde viuas: gl. & do. Ant. in eo. c. non ſatis.

Si mētalis fuit ſimonia, mortale eſt, quod contritione deletur. de ſimo. c. fi. M.

Si quia non poterat nubere, et non vt deo ſeruiret monaſterium ingreſſa eſt inuita a parentibus compulſa, niſi voluntatem ratificet eſt in ſtatu damnationis, ſecundum quoſdam. M.

Si ingrediens religionem ſubticuit impedimentum, maxime interrogatus, vt quia habebat votum arctioris religionis, aut in alia profeſſus fuerat, aut infirmitatem vel magna habebat debita, & huiuſmodi, cōtra c. licet. de regula, & quia doloſe egit. M.

Si emiſſo voto religionis approbatę cuius habitum diſtinctum vel non diſtinctum ab habitu profeſſorū ſuſcepit de manu eius, qui poteſt religioni incorporare ſępius deliberauit ad ſeculum redire, totiens mortaliter peccauit, cum ſit tacite profeſſus. c. 1 De voto. in ſexto. & Imo. in clemen. fi. de regula. M.

Si emiſſo voto ſolummodo caſtitatis non referens ad aliquam approbatam religionē, cuius poſtea aſſumpſit habitum tacite profeſſus non eſt. Imo. & Gemi. in d. cap. 1. De vo. M.

Si adultus habitum profeſſorum diſtinctum ab habitu nouitiorum, ſcienter & ſpō te detulit triduo, vel habitum nouitiorū per annum ſine proteſtatione ſe non obligandi,

vel expreſſam profeßionem infra annum fecit; aut ingrediens ordinem renunciauit mundo, & pompis eius quoties deliberauit regredi ad ſeculum fuit mortale, cum ſit tacite profeſſus. c. ad apoſtolicam. & c. ſtatuimus: de regula. & c. non ſolum. eo. ti. in ſexto. Et idem ſi ingrediens iurauit non exire: De iureiuran. c. ſi vero. M.

Si adultus per annum portauit habitum religionis approbate communem nouitijs, & profeßis, vbi conuerſi portant diuerſum a prædictis, vel etiam diſtinctum latenter portauit ab habitu profeſſorū, quorum vz. habitus benedicitur: ſed nouitiorum nō, ſi deliberate voluit egredi cum ſit tacite profeſſus. cle. eos. de regula. M.

Annalis tamen delatio habitus patenter diſtincti per ſciſſuram, colorem, vel formam vel indiſtinctißimi communis profeßis, nouitijs, & conuerſis illius religionis tacitam profeßionē non inducit, vt di. cle. eos. & ibi glo.

De habitu nouitiorum

Si impubes profeßionem factam ante pubertatem ratam habuit factus pubes, aut compleuit annum. 15. in habitu nouitiorum latenter diſtinctio ab habitu profeſſorum, poſtea voluit ad ſeculum remeare cum ſit tacite profeſſus. ea. cle. eos. & c. 1. eo. ti. in 6. M.

De ꝓfeſſione facta ante legitimā ætatem.

Si pubes ſumpto habitu nouitiorum cum

De tacitas ꝓfeſsione.

de

demonſtratione verborum,vel factorum ꝙ voluit vitam mutare,vt dicendo nunquam ad mundum redibo, vel fecit teſtamentum legando,vel donando bona ſua,& poſt hoc voluit egredi cum ſit tacite profeſſus.c.ad noſtram.& c.conſulti.De regula: quæ capitula do.Abb.& Card. ſic intelligunt. M. Inn. Hoſt.Vin.& Goſ. volunt ꝙ ſolum propoſitum mutandi vitam cum aſſumptione habitus nouitiorum introducat tacitam profeſſionem: ſed prius dictum videtur verius.

Minorum vero ordinem ingrediens etiã facto teſtamento & errogatis bonis pauperibus ex hoc tacite profeſſus non eſt. Eorũ enim regula eſt noua decretalis cõdita poſt decretales prædictas, in cuius.2.c.dicitur. Quod venientibus ad recipiendam vitã iſtã miniſtri dicant verbum ſancti euangelij, ꝙ vadant & vendant omnia ſua,& ea ſtudeant pauperibus errogare,& poſtea ſubditur. Concedant eis pannos probationis. Ex quibus patet ꝙ errogatis iam bonis annus probationis conceditur, qui certe fruſtra cõcederetur,niſi infra annum poſſent ad ſeculum remeare,vt etiam vult Monal.

Si religioni impubes a parẽtibus oblatus poſt pubertatem per annum perſeuerauit, et nunc ad ſeculum redire velit,mortale eſt cũ ſit tacite profeſſus.c.1.De re.li.6.& do.

Ant.

Ant. in c. ſignificatum. extra eo. M.

Poteſt tamen tacite profeſſus trãſire ad aliã religionem laxiorem ſine vlla diſpenſa tione d. Anto. vbi ſupra.

Si vouit religionem ingredi, vt ibi perpe tuo viueret, aut de hoc nõ cogitauit, & poſt hoc deſiderauit ſępius exire, totiens fuit mor tale. Tho. ſecunda ſecundæ. q. vlt. M.

Vbi vero tantum vouit ingredi cauſa ex periendi, exire poteſt. Thom. ibidem.

Si habens votum arctioris religionis, intrauit laxiorem volens ibi nouicius manere ſine diſpenſatione ex licẽtia cauſa non po teſt. Ar. c. licet de regu. M. Dubia multa circa ingreſſum religionis, & egreſſum.

Religio dicitur arctior in qua eſt contem platio, & officium prædicandi cum ſtrictiori modo viuendi in victu, veſtitu, temporalium abdicatione, & corporis mortificatio ne, vt c. licet, & c. in inſulis. De *regu. ſecundum do. Ant. in d. c. licet, & c. ſane. in additione. e. tit.*

Groſſiori igitur cibo, & prolixiori ieiunio vti, viliori panno in pracio, & colore. Nil in communi habere, & pecuniam non tangere, pautioribus pannis veſtiri. Et *nudis incendere pedibus, actione contemplationis, & prædicationis, adiuncta maior au ſteritas, & perfectio religionis eſſe putabitur. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſtio. 188. dicit ſummũ gradũ perfectionis in religioni*

Tt bus

bus obtinet quæ ordinata eſt ad prędicandū.

Secunda quæ ordinata eſt ad contemplandum.

Quantum ad tranſitum ex vna ad aliam attenditur vitæ arctitudo ſan. Bon. in apologia, perfectio religionis attēditur vbi paupertas altior, obedientia vniuerſalior, et forma caſtitatis honeſtior.

Si tacite profeſſus non obſeruat tria vota principalia, & ea quę ſunt præcepti, vt dicere horas canonicas, & huiuſmodi. Tho. in 4. diſt. 38. M.

De Religioſos Profeſſos.

An religioſi profeſſi ordinis minorum poſsint tranſire ad aliam religionem.

S. 1. ex ordine fratrum minorum ad quęcunq; alium ordinem quacunq; diſpenſatione tranſiret tutus non eſt, ſecundum S. Bon. & Pet. Ioan. ſuper regulam minorum. M.

Si de ordine mendicantium tranſierit ad quemcunq; ordinem non mendicantium excepto ordine Carthuſienſum excommunicatus eſt, vt in extrauaganti Martini. 5. in concilio Conſtantienſi. M.

Qūo q̄s poſſit trāſire de vna aliā religionem.

Si petita licentia tranſeundi ad aliam religionem a prælato ſuæ religionis, cuius extat priuilegium dicens, ꝙ petita, & obtenta eſt in ſtatu damnationis, ſi tranſiuit ea non obtenta. domi. Ant. in c. licet. de regula. alias volens tranſire ad religionem ſtrictiorem

rem, ſufficit licentiam a prælato petiſſe, quã uis non obtinuerit. d. c. licet, quod hic glo. intelligit, quando vult aggredi vitam contemplatiuam, non autem ſi vult infidelibus prædicare. do. Abb. in c. quam ſit laudebile; De Iudæis. M.

Si ad æqualem religionem, vel laxiorem deliberauit tranſire ſine diſpenſatione, aut licentia petita a prælato, & non obtenta, cũ hoc non poßit, eſt mortale ſecundum Io. An. & Gemi. in c. cum ſingula. De præben. & domi. Anto. in c. ſignificatum, de regu. M.

Si tranſiuit ad religionem laxiorem ſine licentia papæ, aut parem extra dioceſim, ẽt cum cauſa ſine epiſcopi licentia, vel in eadem dioceſi ſine cauſa; & ſine licentia ſaltẽ Abbatis, non tenet tranſitus. c. non ſatis: De regula. & glo. in c. cum ſingula. De præben. do. Anto. in d. c. ſignificatum. M.

Si ſine habitu balnea intrauit nullam habens, aut minimam neceßitatem, illicitum fuit, ſecundum glo. in c. omnes qui 24. q. 1. ſed & ſic videtur excommunicatus per. c. vt periculoſa. ne cleri. vel mo. lib. 6. Nam temerarie facit qui ſine cauſa rationabil: facit aliquid de probibitis, ſecundum do. Card. in Cle. 1. §. ſi quis. de ſtatu mo. M.

Si induxit ad ingreſſum religionis quemquam per ſimoniã, aut traxit ad ſuam, vocatũ ad aliã detrahendo religioni, contra illud De inducto re aliquẽ ad religionem p ſymoniã.

apoſtoli, vnuſquiſq; in qua vocatione voca tus eſt in ea permaneat. 1. *Corinth.* 6. *M.*

Religioſus tenetur animarũ curam dimittere nolẽte Epo.

Si religioſus non dimittit curam animarum commiſſam ſibi ab Abbate epiſcopo cõtradicente, vt tenetur ſi Abb. in hoc ſuper epiſcopum priuilegiatus non ſit, ſecundum Henricum de Gandauo in quolibet. M.

Inductus ad religionem malitioſe quõ tenẽtur ſeruare promiſſa, & quõ iductor peccauit.

Si inducens aliũ ad religionis ingreſſum malitioſe ſubticuit religionis auſteritatem, vel falſo aliquid ſuggeſſit inducto, vt temporalium promiſſionem, aut voluptuoſam vitam, & huiuſmodi. Rich. in 4. *diſt.* 38. *ar.* 6. *q.* 3. *M.*

Inductus vero prædicta deceptione quæ multum de voluntario minuit, quia quadã ſurreptione ſe vouendo obligauit teneri, nõ videtur ad dictam religionem. Richard. vbi ſupra.

De uouente ingredi religionem.

Si aliquam religionem indeterminate vouit intrare, niſi tot religionibus ſe offerat, ꝙ vnam inueniat, ſi poteſt, a voto abſolutus non eſt. Ric. ea. di. M.

Vbi autem vnam vouit intrare religionem ſi illa eum recipere nolit, non tenetur aliam quærere. Rich. ibid. idem Tho. e. di.

Si ingreſſus eſt religionem, in qua ſciebat ſubſtantialia. ſ. paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis non ſeruari, 12. *q.* 1. *nolo. & ca. non dicatis. De ſtatu mona. c. cum ad monaſterium. M.*

Eſus

Eſus carnium de accidentalibus regulæ eſt monacho, vnde quando monachi præſentes hoc non introduxerunt, poteſt præſumi, ꝙ ex cauſa legitima factum ſit. Ideoq; non eſt in ſtatu damnationis, niſi quia monaſterio reformato vellet ſine neceßitate carnes comedere. ſecundum Abb. Sicu. & d. Card. in prædicto. c. cum ad monaſterium. M. Quo monaco regula ſit eſus carniū.

Nullus prælatus vel etiam papa dare poteſt licentiam, vt proprium habeat, vel rem diſtribuat vt propriam d. c. cum ad monaſterium. in fi. Qui tamen reperit ſe eſſe in loco, vbi non viuitur in communi, nec talem locum in ſua religione inuenire poteſt tenendo pecunias, veſtimenta, & huiuſmodi de voluntate prelati paratus omnia in communi ponere, vel in manu prælati requirentis, nihil ſuperfluum ſuæ profeßioni retinēs, nec ſine licentia prælati talia diſtribuens niſi fortaßis conſtitutis in extrema neceßitate, non eſt in ſtatu damnationis, neceßitas enim non habet legem. de obſer. ieiunij. cap. 2. Pōtifex nō pōt diſpēſare in ꝓprio religioſo.

Si ſcienter omiſit dicere aliquam horam canonicam, aut indeuote dixit ſponte nolēs cohibere vagationem mentis, vel occupans ſe in opus manuum, quod ſecum non compatiebatur attentionem ad horas canonicas, quas dicebat, vel confabulabatur, & huiuſmodi, & ſi per magnam partem officij, fuit De horis canonicis.

mortale. ca. dolentes. de cele. miſ. Alex. de Ales in 2. & Pe. de palu. in 4. diſtinctio. 15. M.

Si per magnam partem dormitauit, dum dicebat in choro diuinum officium, nec poſtea redixit, aut alio modo per pſalmos ſuppleuit, ſecundum prædictos doc. M.

De pctō plati i electiōe. *Si prælatum per ſimoniam elegit aut per amicitiam, aut ſpem promotionis, & huiuſmodi, dedit vocem in electione, & tanto grauius ſi indigno. de ſimonia. per totū. & c. cum ad monaſterium. §. ſi quis. de ſtatu mona. M.*

De pctō prælati in uiſitatione. *Si in viſitatione ſubticuit libenter, ſeu ſcienter contra prælati vel viſitatoris præceptum quę erant contra ſtatū religionis, vt contra vota paupertatis honeſtatis, & huiuſmodi; ſiue fieret in cōmuni ſiue in particulari. 11. q. 3. qui reſiſtit. & c. quid ergo. cle. 2. de ſtatu mona. Ricar, & Alexan. Lombar. in 4. diſt. 19. M.*

De correctione faciēda a plato. *Si pręmiſſa fraterna correctione, & non ſecuta emendatione, vel præſumitur recidiuatio, vel magnum ſequi ſcandalum, peccatum fratris pręlato viſitanti, & præcipienti non ſignificauit, etiam non præmiſſa monitione. Rich. & Alex. vbi ſupra. M.*

Si facta ſecreta ammonitione ad quam tenebatur crimine exiſtente occulto, frater monitus eſt emendatus, & tamen idem crimen

men prælato etiam pręcipienti denunciauit cum periculo infamiæ, eô, ꝙ per probabilia ſigna apparebat pręlatum non eſſe talem qui ſecretum teneret; vt debebat. Rich. vbi ſupra. M.

Vbi vero crimen eſt manifeſtum nõ oportet ſecretam monitionem præcedere denunciationem: De pęn. & re.c. 1. & etiam quã do eſt ſecretum in duobus caſibus. De ordine correctiõis.

Primo quando peccatum fratris ſit veniale.

Secundo quando non ſperatur probabiliter ex monitione correctio.

Si crimen occultum quod probari non po teſt dixit pręlato viſitanti, non denunciando tanquam patri, ſed accuſando fratrem tanquam iudici. Rich. vbi ſupra. M.

Si accuſauit prælatum, vel conſocium intentione infamandi, licet de crimine vero, eſt mortale, & multo magis, ſi accuſauit de crimine non vero: de accuſa. c. accuſaſti. 2.q.3.calumniator. & Richard. in 4. diſtinctio. 13. M.

Si ſecreta ordinis ſui ſine rationabili cau ſa reuellauit, ex quo ſequitur infamia ordinis. Rich. in 4. diſt. 21. M.

Si partialitatem fecit in monaſterio, vel conſpirationem contra prælatum, aut ſeditioſam diuiſionem. diſtinctio. 46. ſeditionarios. M.

De Obedientia.

De obedientia.

Quõ peccet religioſus contra obedientiam.

SI religioſus fecit contra præceptum regulæ vel conſtitutionum, vel prelati ſui, aut contra aliquod etiam minimum, ex contempt u vt frãgere ſilentium nolet culpam dicere, & huiuſmodi, ar. cle. religioſi. de priuile. De ſtatu mona. c. cum ad monaſteriũ. §. quod ſi contemptor. M.

Contemnit vero qui ſpernit, & nõ curat. diſtinctio. 22. de conſtantinopolitana.

An ignorantia excuſet a peccato.

Si per ignorantiam regulę ſuę fecit contra illius præcepta non excuſatur a mortali, ſecundum quattuor magiſtros ſuper regulam fratrum minorum. M.

An pcepto prelati contradicere ſit peccatum.

Facere tamen contra pręceptum prelati ad quod non tenetur obedire non videtur mortale 11. q. 3. non ſemper. Itẽ vbi actus obedientiæ eſſet occaſio peccati, vt ſi præciperet ei confeßiones mulierum audire qui acriter ſtimularetur a cõcupiſcentia carnali, ſecundum quattuor magiſtros ſuper regulam minornm.

Si ex deliberato conſenſu fecit contra prohibita ſub pęna excommunicationis, ſuſpenſionis, priuationis actuum legitimorum librorum, & huiuſmodi, vt ſupra in 1. parte. c. 21. §. 4. M.

De religioſis ordinis pdicatorum.

Si frater ordinis prædicatorũ degit in cõuen

uĕtu habente de proprio in cōmuni contra ſuas conſtitutiones ad quas præceptorie obligatur illicitum eſt ei, ſecundum Feder. de ſenis conſi. 12. & do. Ant. in c. nimis. De exceſ. præla. M.

Si ſine legitima neceßitate ſe diſpenſare fecerant in habendo proprium in communi vbi poſſent ex elemoſynis viuere, videntur in malo ſtatu, vt ſup. in 1. parte. cap. 3. §. 140. M. De petenda diſpēſatiōe.

Si religioſus nolit obedire in his ſine quibus obſeruari non poteſt obſeruantia regularis, vt ſunt officia, domus, vel ordinis, ſicut eſt prædicare, legere alijs, confeßiones audire, coquinam, & ſacriſtiam, & huiuſmodi facere, nullā habens legitimam excuſationem. Alexand. Lombard. in 2. diſtinct. vltim. M. De inobediētia circa obſeruantias regularis.

Si religioſus prælati præcepto nolit obedire in his quæ in ſuis conſtitutionibus ponuntur ad pleniorem ſuæ regulæ obſeruantiam, vt eſt ſilentium, diſciplinæ, culparum recognitio, confeßio, communio, & huiuſmodi. Alex. ibidem. M. De inobediētia religioſi in conſtitutionibus ſuæ religionis.

Si inobedientia contra præceptum prælati, in aliquo prædictorum procedat ex deliberato contemptu, nō per ſurreptionē mentis, tunc eſt mortale, ſecundum Aſten. lib. 6. titulo. 77. art. 3. M.

Si prædicatores, & minores nō obediunt De religioſum nō obedire epo qs.

epiſcopo præcipienti ire ad proceſsiones ex magna cauſa, vt in nouo introitu legati, aut imminente peſte, vel alio flagello. pro quo facit. 16.q.1.reuertimini.do.Abb.in c. ad abolendam: de hære. M.

De pc̃cõ prę dicatoris. *Si prædicauit non inſtitutus prædicator a prælato, vel propter pecuniam, aut inanẽ gloriam principaliter, aut in peccato mortali exiſtens, aut etiam confeſsiones audiuit S.Bo.in quarto.diſt.19.& Ric.in 4.diſt.25. & Land.in 4.diſt.17.1.q.3.non ſolum. M.*

Si prædicando, vel priuate loquendo malitioſe retraxit obligatos a ſolutione decimarum, vel requiſitus a rectoribus eccleſiarum noluit facere de his populo conſcientiã excommunicatus eſt, ſecundum quod habetur ſupra in prima parte. c. 3. M.

Prædicare ad hoc, vt diuites dent pauperibus, vel ad aliquod opus pium pecunias, vel vt ſubſtententur licitum eſt Rich.& S.Bonau. ea.diſt.25.art.1.q.quarta.

Si prædicauit indulgentias plenarias iã datas aliquibus eccleſiis non eſſe nunc ſuſpẽſas, excepta indulgentia ſanctæ Mariæ de Angelis Aſſetij excommunicatus eſt. Et a ſolo Papa abſoluendus, vt in proceſſu Pauli ſecundi. de quo ſupra in prima parte, cap. 3. M.

Si prælatus cui a ſuperiore prælato iniũctum eſt, vt nihil ſubdito præcipiat contra

iniun

iniunctionem ſuperioris, præcepit ſubdito mortaliter peccat. ſecundum S. Bona. in 4. diſt. 32. Super litteram. q. 4. M.

Si tamen ſubditus cui ille ſuperior prælatus non dixit, ne obediret, iuſſus a dicto prælato inferiore non obediuit, vt tenetur. S. Bonau. ibidem. M.

Si frater minor promouendus ad dignitatem epiſcopalem poßit reluctari tali obedientiæ, & negligit non videtur tutus in conſcientia, ſecundum Bona. in declaratione regulæ fratrum minorum. M.

De peccato infirmarij.

Si infirmarius contra conſcientiam, vel impoſitionem medici aliquid ad bibendum, vel comedendũ dedit infirmo, propter quod eius mors accelerauit, probabiliter irregularis eſt: & mortaliter peccauit, ſecundum do. Abb. in c. tua nos de homi. & dominũ Marianum in c. ad audientiam. eo. ti. M.

Si infirmus contra obedientiam infirmarij aut contra cõſcientiam ſumpſit aliquid, quod probabiliter timebat ſibi eſſe valde nociuum. do. Anto. in eo. c. tua nos. M.

Quõ peccẽt religioſi mẽtiendo.

Si viri perfecti, vt religioſi quibus fides adhibetur, tanquam conſeruatoribus veritatis publice mentiantur officioſe, quia maximum eſt veritati præiudiciũ mortale eſt. Alex. Lombar. ea. diſt. 38. M.

De magiſtro ĩ Theologia.

Si doctor veritatis, vt magiſter theologiæ, vel prædicator mentitur officioſe, ratio

ne

ne ſcandali, quando vz. mendatium ab alÿs intelligitur. mortale eſt. Ricar. in 3. diſt. 38. art. 1. q. 3. M.

Quõ ſtatus perfectionis aggrauat peccatum.

Status perfectionis, vel circumſtantia, de ſe non aggrauat peccatum in infinitum, de non mortali faciens mortale, ſed per accidens ratione ſcandali, dũ ſcitur mendaciũ a tali eſſe dictũ, propter quod ſcientes ſcandalizantur, ſed in mendacio iocoſo hoc nõ contingit, licet ſecundum genus ſuum ſit grauius officioſo, quia non ita fit ſcandalũ annexũ, eo quod ille cui dicitur ſcit mentientem non intendere eum decipere. Alex. & Rich. vbi ſupra. M.

An poſſit appetere eccleſiã ſecularẽ.

Si deſiderauit tranſire ad eccleſiam ſecularem, vt habendo curam animarum, mortale eſt, quia vult preeſſe, ſecundum gl. in c. monachi. 16. q. 1. & do. An. in c. licet: de regula. M.

Error prælati non ligat ſubditum.

Subditus non peccat non obediendo cuiquam prælato iubenti aliquid per errorem, alias non iuſſurus ſi veritatem ſciuiſſet: c. ſi quando: de reſcrip. ſecundum Pe. de palud. in 4. Item præcepta ſuperioris intelligũtur ſaluo iure alterius. l. nec autem C. De emancipatio. liberorum.

De Paupertate.

Quõ teneãt ſeruare paupertatem.

S*I paupertatem non ſeruat celans veſtem,*

ſtem, vel aliud prælato ſuo non paratus ea petenti ſibi tradere, vel manifeſtare. c. cum ad monaſterium, in fi. de ſtatu mona. Ioan. An. & Abbas ſiculus ibidem. M.

Si frater minor per ſe recepit pecuniam, ideſt accepit conuertendã in proprios vſus, vel interpoſitam perſonam, ideſt ſua auctoritate alium ſubſtituit ad pecuniam pro ſeipſo recipiendam. Quattuor magiſtri. M.

Proprietarius in mente a ſimplice ſacerdote poteſt abſolui, ſicut fornicarius mentalis. M. De mentali ꝓprietario.

Si frater minor præcipit qualiter expendatur pecunia, vel computum exigat de pecunia expenſa, vel eam iubeat deponi, aut in capſulam pecuniã deponi iuſſit, vel eius claues deferat contra regulam ſuam, ſecundũ cle. in declaratione cxiui. §. deniq; de verb. ſig. M.

Si veſtimentis vel cibarijs multum mollibus, & delicatis vſus eſt, maximè frater minor, in cuius tunicis debet relucere paupertas, aſperitas, & vilitas, ſecundum patriæ conditiones, quantum ad colorem, & prætium panni, vt in cle. exiui. §. cæterum: de verbo. ſignificatio. M. De veſtimentis fratrũ ordinis minorum.

Si ſibi appropriat aliquid, ita vt de eo faciat quod vult vtendo, commutando, mutuando, pignorando, & huiuſmo Sequitur tractare de poteſtate fratrũ ordinis minorũ contra ſuã regulã vide ſequentia §.

iuſmodi, ſecundum quatuor magiſtros. M.

Si frater minor rem emit, non dico conueniendo de prætio rei emendæ, aut procurando prætium rei emptę, quod ſibi licet: ſed pecuniam, & prætium pro re dando. Quod eſt contra eius regulã, ſecundum quattuor magiſtros. M.

Si frater minor per aliũ aliquid emit, vel vendit etiam de prælatorum licentia, quia eſt per interpoſitam perſonam dare, vel accipere pecuniam contra regulam, & eius declarationes, niſi emens ſit qui facit elemoſynam, aut eius nuncius, aut ſindicus apoſtolicus, ſeu conuentus, vel loci procurator. Alua. vbi ſup. M.

Vendere ſeu rem pro prætio in aliũ trãſferre dominium fratribus minoribus non licet: ſed rei vendite per ſindicum apoſtolicũ recipere prætium in rem ſibi licitam conuertendum bene licet, ſecũdum declarationem Nicolai. quattuor magiſtri. Mortale. Vel non.

Si frater minor rem mutuat. ſ. rei dominium in accipientem transferens non licet. Mutuum vero in neceſſitate recipere dicendo, ꝙ ad reſtituendum fideliter laborabit nihil ſub certitudine pollicens bene licet, ſecũdum declarationem Nicolai. quattuor magiſtri. Mortale vel non.

Si frater minor ſcribit libros, vel facit

horo

horologia, & huiuſmodi, vt recipiat prætium pecuniarum contra regulam eſt, ſecũdum Alua. vbi ſupra. M.

Si operas ſuas frater minor locauit, de certa mercede conueniendo contra regulam eſt, cum debeat ſine pacto ſuã expectare mercedem pro habendis. ſ. neceſſarijs ad vitam, ſecundum quattuor magiſtros. M.

Si frater minor ſua auctoritate rem donat, commutat, aut pignorat ſine ſindico ſedis apoſtolicæ, aut licentia habita vel præſumpta domini, qui rem dedit. Quattuor magiſtri. & 12. q. 1. non dicatis. M. An frater minor poſſit donari.

Intuitu tamẽ pietatis & deuotionis res mobiles parum valentes, vt ordinatum fuerit in capitulis Generali, & Prouintiali donare poſſunt ex conceſſione Nicolai in ſua declaratione.

Si ſine licentia prælati ſpetiali, vel generali religioſus aliquid dedit, vel accepit, vel retinet contra regulam eſt. 12. queſt. prima. non dicatis. & de ſta. mo. cum ad monaſterium. §. 1. verba Aluari. libro de planctu eccleſiæ. M. Quõ religioſus poſſit retinere aliquid.

Si rem fratribus communem ſine prælati, vel officialis licentia in vſum ſpetialem ſibi conuertit, vel ſi de rebus communibus plus quam velit prælatus vel officialis tollit Aluarus vbi ſupra. M.

Si prælato tollente fratri vſum rei frater De murmuratione religioſo.

ter

ter murmurat,& turbatur,& cõqueritur, vere eſt proprietarius ex affectione nimia, quam oſtendit Aluarus vbi ſup. M.

Si frater minor in rebus ad vſum conceſſis notabiliter excedit paupertatem, vilitatem,& aſperitatem, quæ altißimam paupertatem ab eo profeſſam conſequuntur. S. Bon. ſuper regulam. M.

Exceſſus in paupertate.

Si ſine prælati licentia ſimplex votum fecit,vere expropriatus non eſt, cum non habeat velle,neq; nolle.20.q.4.monacho. Alua. vbi ſup. M.

Si frater minor ſine vera, & imminenti neceßitate patitur pro ſe pecuniam deponi, contra regulam eſt,vt in declaratione clementi. exiui. M.

Si frater minor portat plus tunica vna cum caputio, & alia ſine caputio, ſine vera neceſsitate, & licentia prælati, qui tamen penſatis neceſsitatibus, ſecum poteſt diſpẽſare ſecundum Clementem in ſua declaratione. M.

Si frater minor portat calciamenta.ſ. de corio pedes cooperantia ſine neceßitate, vt debilitatis, infirmitatis, vehementis frigoris,quod ſuſtinere ſine detrimẽto non poteſt, vel itineris quod perficere alias nequiuit, eſt contra regulæ præceptum, ſecundum Clementem in declaratione & quattuor magiſtros. M.

Si frater minor equitat ſine neceßitate; vt infirmitatis, prolixi, vel impediti itineris, vel negocij vrgentis. S. Bona. in ſua declaratione, & Martini quinti in conſtitutionibus. M.

Si frater minor non poteſt regulam ſpiritualiter obſeruare, nec recurrit ad Miniſtrum, vt tenetur, qui videlicet ipſum alio in loco collocet. Clem. exiui. §. vt autem hæc. M.

Spiritualiter obſeruari non poteſt regula, vt propter periculoſam grauitatem temptationum, vt in conſortio mulierum. Et ſi ibi non poſſent corporis neceſſaria haberi ſalua ordinis puritate, verba do. Bon. ſuper regulam, & Martini quinti, in conſtitutionibus. M.

Si religioſus ſine litterarum ſtudio nolit occupari in aliorum fratrum licitis ſeruitijs, & ocioſe viuat, maxime frater minor. videtur contra regulam ſuam viuere, vt in declarationibus Nicolai. Et non tam carnaliter, quam crudeliter comedit ſanguinē martyrum, ſecundum Sanctum Bonauenturam. M.

Religioſus tenetur regulā obſeruare, & ſemper in digno bonū ſe occupare.

Si religioſus, maxime ordinis mendicantium, nolit pro ſuis benefactoribus orare, ei æterna ſupplicia præparantur, ſecundum S. Ber. M.

pro bñfactoribus tenet orare.

Si ingreſſus religionem erat alteri pecu-

Soluere ſua debita tenet religioſus.

Vu niam

niam reddere obligatus, & non procurat ei ſatisfieri, vel a monaſterio: Si in communi habet, vel ſi in communi non habet mercede alicuius ſui honeſti artificij, vt in ſcribendo, miniando, & huiuſmodi. Aut alio modo honeſto, ſecundum Hoſtien. & Thom. ſecunda ſecundæ. q. vlti. M.

De Caſtitate.

De ſeruãdo caſtitate mẽtes, & corporis.

S I *non ſeruauit caſtitatem corpore aut mente. Sed ſi eſt frater minor, & habuit ſuſpectum conſortium vel colloquium cũ mulieribus, ſi ſequeſtratus frequenter cum muliere loquitur, cuius ætas, & conditio ſuſpitionem inducat, vel ſi ex hoc fratri excitatur enormis temptationis ſtimulus, vel ſi ex hoc in alios ſcandalum generatur, verba S. Bon. ſuper regulam. M.*

Non debet morari ortus cum muliere.

Si in loco ſolitario, & obſcuro cum muliere moratur. Si tempore nocturno, vel alias opportuno ſolus ſit cum muliere. Si geſtis eſt diſſolutus, vt ex nimia ad mulierem appropinquatione, vel iunctis inuicem manibus, Vel defixis in mulierem oculis aſsidue, ac moliter conuerſatur, dicitur ſuſpectum conſortium, S. Bon. in ſua declaratione. M.

Religioſus dẽt omnino vitare omnia ſcãdala.

Si frater interdictam ſibi cum muliere conuerſationem reiterat ſuſpectum eſt conſor

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſortium, ſecundum auctorem conformitatum. M.

Si religioſus vel religioſa habet conuerſationem alicuius perſonæ ſibi periculoſam, niſi dimittat abſolui non debet, propter periculum ruinæ ſuæ. diſt. 32. Hoſpiciolum, & diſtin. 81. per totum. M.

Si propter nimiam frequentationem cũ aliqua fœmina, præbet materiam ſcandali cuiquam, niſi dimittat non debet abſolui. De vi. & ho. cle. cum ab omni. M.

Si reformato monaſterio ad obſeruantiã regulę nolit ibi manere vt tenetur, quando nec verbo, nec animo dixit aut intellexit, dum profeſſionem fecit velle ſę tantum teneri, ſecundum ſtatum quem reperitur videlicet diſſolutum. do. An. in c. ſuper eo. de regu. M.

Hoc aliqui verum dicunt quando ingrediens ſciebat eiuſdem religionis regulam, vel peritus erat, vel ſi ſimplex fuit, fuit ei explanata regulæ auſteritas.

FINIS.

BRIXIAE,

APVD PETRVM BOZOLAM.

M. D. LXXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGISTRVM

1. 2. 3. A B C D E F G H I K L M

O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll

Mm Nn Oo Pp Qq Rr

Sſ Tt Vu.

677




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
GEN. 1970